UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Ivsta Reipvb. Christianæ In Reges Impios Et Haereticos Avthoritate: Iustissimaq́ue Catholicorum ad Henricum Nauarræum & quemcunque hæreticum à regno Galliæ repellendum confœderatione ; Liber

Rainolds, William

Antverpiae, 1592

urn:nbn:de:hbz:466:1-63183

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Th. 4830
M 1
52.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Auctor hujus
libri est
Will. Gifford
Archiepisc. Rhemens

vide Fabr.
X. pag 1454

RB.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DE IVSTA REIPVB. CHRISTIANÆ IN REGES IMPIOS ET HAERETICOS AVTHORITATE:

Iustissimaque Catholicorum ad Henricum Nauarræum & quemcunque hæreticum à regno Galliæ repellendum confœderatione

G. Guilelmo Rosseo Authore,

Liber Societatis Jesu, Padiborna. 1593.

LIBER.

Cuius particularia Capita vide post præfationem.



Liber rarus

ANTVERPIÆ,
Apud Ioannem Keerbergium.
Anno CIↃ. IↃ. XCIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FORTISSIMO NOBILISSIMOQVE PRINCIPI,

Carolo Duci Mayennensi, Generali Coronæ & Status Gallicani, sacræque Catholicorum contra hæreticos Vnionis atque fœderis præfecto & propugnatori.

MIRABITVR *fortasse aliquis (Magnanime Princeps & inuicte Dux Carole) aut reprehendet etiam institutum hoc nostrum, quod isto turbulentissimo tempore, quando tympanorum sonitu & turbarum clangoribus omnia vbique perstrepunt, quando nihil nisi vrbium oppugnationes et expugnationes, equestres & pedestres conflictus, cædes, victoriæ, omnibus in circulis & sermonibus iactantur, cum vbique volitant militares turmæ ad bellum sese accingentes, & bellicum ex omni parte canentes: quod in his mediis flagrantis belli tumultib. tibi summo harum copiarum ductori et negotiorum moderatori, hos nostros qualescunque labores offeramus. Quid enim (inquiet) Marti cum Musis? quid togæ cum sago? quid scholæ, calamoque & libro, cum castris, cum gladiis, cum*

armis & tormentis bellicis? Et si aliquid de studiis humanioribus gustauit, occinet forsan illud Enniani ex Marco Tullio: Præliis pro mulgatis,

Cic. orat. pro Mutana.

Pellitur è medio sapientia, vi geritur res:
Spernitur orator bonus, horridus miles amatur:

Vestrum verò studium literarum totum iacet. Hæc & his similia vt populariter à nonnullis dici puto, & in quibusdam bellis hominũ ferorum & syluestrium, Canibalum, Tartarorum, & Lapitharum, locum habere non nego; ita de bellis hominum prudentium & ciuilium, quales erant Romani & Græci, longe aliter sentio: de Christianorum verò præliis, his potissimum quæ pro repub. pro fide & Ecclesia, pro Christo Christique honore, contra eius aduersarios geruntur, qualia sunt tua hæc (Princeps) Gallicana, vbi inprimis spectatur iustitia causæ, belli æquitas, conscientiæ integritas, ex qua pendet militum in bello morientium sempiterna corporis atque animæ fælicitas, plane impias esse omnes huiusmodi voces non dubito. Neque verò alias tam viribus quam ingenio, tam robore corporum quam sagacitate animorum, quam prudentia, & consilijs, & stratagematis, maxima bella confici solita, abundantissime demonstrat tota Romanorum & Græcorum historia. Apud quos quicunque fuerunt

Literarũ & armorũ conuenientia.

Impera-

Imperatores optimi & in bellis clarissimi, ij semper fuerunt sapientiæ laude insignes, et vel ipsi in literarum studijs egregie versati vel hominum doctorum consuetudine admodum delectati. Cuius rei testes sunt Græcorum illi Themistocles, Epaminondæ, Pericles, Phociones, Alexandri Magni, Thucidides, Xenophontes: Romanorum Scipiones, Fabij Maximi, Pauli AEmilij, Luculli, Traiani, Cor. Taciti, Iulij Cæsares: quorum alij viris doctissimis ita familiariter vsi sunt, vt eos omnium suorum præliorum & expeditionũ habuerint comites, eorumq. potissimum consilio res difficillimas susceperint & cõfecerint; alij per se sũma eruditionis laude præstantes, rerum à se gestarum memoriam doctissime mandarunt literis, et fideliter tradiderunt posteris. Neque vero religiosissimus vir omnisque scientiæ & humanæ et diuinæ peritissimus, illud bellicosi ducis ad se suumque in scribendo stylum applicasset, Hierõ. in epist. 51. ad Dõnio

Et nos tela pater, ferrumque haud debile dextra. (sanguis, Virg. Æneid. l. 12.

Spargimus, & nostro sequitur de vulnere

Nec prudens Antiquitas tota, non solum Martem, sed Mineruam quoque finxissent belligeram, & armigeram, & Diuam armipotentem, *nunquam vt Martem, sic Palladem quoque belli Deam præsidemque fecissent, & huic non minus quam illi suam assignassent.* Virg. Æneid. l. 11.

Ibi.lib.8. Galeamque, haſtamque minacem.
*AE*gidaque horrificam turbatæ Palladis arma.

Niſi in ingenio, in ſapientia, in ſtudiis literarũ, magnam ſenſiſſent ineſſe vim ad laceſſendos, ad debilitandos, ad frangendos aduerſarios; ad varios animorum motus, audaciam & formidinem, fiduciam & deſperationem ingenerandos, ad ſpiritus hominum accendendos & reſtinguendos: niſi doctrinam plurimum valere exiſtimaſſent ad gerenda prælia, ad incitandos milites, ad inſtruendos duces, ad profligandos hoſtes, ad victorias conſequendas, ad totam belli rationem ordine diſciplinaque adminiſtrandã.

Quod ſi fideles Hebræos Chriſtianoſque intueamur, eorumque reſpub. & actiones perpendamus, tum vero perſpicuum erit, ita non modo non repelli à bellis ſapientiam, doctrinam, pietatem; quaſi omnia in armis, in lacertis, in vi & robore militari ſint poſita: vt hic potius primæ ſint partes iuſtitiæ, moderationis, religionis; poſteriori loco ſequantur & inſeruiant reliqua vniuerſa. Si enim vere & ſincere credimus quod Deus per Moyſem Hebræos edocuit, in iſtiuſmodi libellis omnibus, ſupremum exercitus imperium penes Deum eſſe, qui eſt Dominus Sabaoth, *& ſummus exercituum populi ſui dux; hominem autem ſiue Ducem, ſiue Regem, ſiue Imperatorem, non eſſe niſi* illius vicarium,

Hebræorũ in bellis religio.

Iſa.1.9. Ierem.11.20.

carium, & quasi proimperatorem, *aut pro-regem, nimirum qui Dei vicaria & delegata potestate militibus illis præest, eiusque nomine præcipit: si aduertimus eundem Deum tanquam verum exercitus Ducem cuius proprium est milites ad pugnam acuere & animare, illud officium sibi assumere, propterea que iubere vt appropinquante prælio, sacerdos stans ante aciem ita alloquatur populum:* Audi Israel, *audite Christiani milites*, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis. Non pertimescat cor vestrum: nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios vestros dimicabit vt eruat vos de periculo: *hoc modo si bella nostra præpotentis Dei numine, auspiciis, ductu & imperio gubernari sentiamus: tum vero nunquam dubitabimus prudentiam, pietatem, religionem, conscientiam, causæ bonitatem, reliquis esse omnibus anteponendam, quando supremus hic exercitus Imperator, milites omnes siue hæreticos & schismaticos, siue etiam impios & sacrilegos, à suis vexillis ita repellit, vt eorũ adiunctione totius reliqui exercitus vel fortissimi virtutem corrumpi, viresque debilitari, nec posse eum præclaram aliquam victoriam de hostibus comparare, quamdiu talium improborum consortio, tan-*

Ioseph. Antiq. li. 4. ca. 8.

Deut. ca. 20. v. 2.

Iosue. 7.

quam peſte & lue pollutus & contaminatus
2 Paralip. 25.7.& 20 26. est; apertiſsime in multis hiſtoriæ ſacræ locis conteſtatur. Quique ita ſua bella omnia geſsit & gerenda præcepit, vt illa, religioni temperari, & ſacerdotali benedictione ſanctificari populus aduerteret; vbi Ioſue fortiſsimus Dux iubetur egredi & ingredi, hoc est
Nū. 27.21 res grauiſsimas belli & pacis aggredi ad verbum ſacerdotis Eleazari: vbi precibus ſacerdotum victoriæ magis quam fortitudini militum attribuuntur, adeo vt etiamſi Ioſue cum ſuis acerrime præliatur contra Amale-
Exod. 17. citas, non tamen vincunt Hebræi niſi cum Moyſes & Aaron ſacerdotes ad DEVM leuant manus, pro exercitus victoria deprecantes, qui ſi paululum remittunt, ſuperantur
1. Reg. 14. 18. & 30. 8. Hebræi & ſuperant Amalecitæ: vbi Ioſue, Dauid, alijque quamuis clariſsimi Imperatores, non tamen niſi conſulto diuino oraculo bella ſuſcipiunt, nec gerunt, nec obſiſtentes hoſtes inuadunt, nec fugientes perſequūtur, nec circumuentos interficiunt, nec victoriam vllam adi-
4. Reg. 6. piſcuntur; vt ita nimirum edocerentur ex miſericordia, & ordinatione, & prouidentia Dei, bellorum nutus & momenta omnia, omnes expeditiones, certamina, proſperoſque vel aduerſos ſucceſſus penderes: quis neget in his prælijs Dei religionem, & conſcientiæ integritatem, reliquis omnibus præponderare?

Quem

Quem pium & religiosum belligerandi morem ita ab istis hauserunt veteres Christiani Imperij monarchæ, & inprimis Christianissimi Galliarum reges; vt nusquam maior eorum quàm in bellis inchoandis appareat integritas, nusquam maior quàm in ijsdem persequendis eluceat pietas, ideoque & nusquam maior quàm in ijsdem consciendis cernatur fælicitas. Ita Constantino Magno in more fuisse positum notant Ecclesiastici scriptores, vt quotiescunque bello cum hoste decertaturus esset, crucis tabernaculum publicè erigeret, *in quo non solùm ipse Deum orabat, sed etiam alios virtutis & pietatis studio insignes viros, Episcopos & sacerdotes sibi adiungebat, qui in idem cum eo orandi studium incumberent. Hacque potissimùm pietatis deletis vbique tyrannis, vniuersum Romanum Imperium sibi subiugauisse, ipse verè Christianéque profitetur.* Tuo *(inquit)* impulsu (sancte Deus) res salutares & aggressus sum & confeci: tuoque vexillo vbique hostibus opposito, exercitum ab illis triumphantem duxi. Quinetiam si quando reipub. vsus postulat, illa ipsa tuæ virtutis & potentiæ insignia sequens, contra hostes audacter procedo. *Eadem bellandi pietate & religione fundarunt hoc Imperium Gallicanum primi Christiani reges, Clodouæus, eiusque successores. Eadem*

Christianorum in bellis religio.

Eusebius de vita Constantini, lib. 2. cap. 12. 14.

Ibi. ca. 54.

Veterum Francorũ in bellis religio.

dem prorsus religione collapsum, & à Saracenis, Arianis, Afris, Mauris, varijsque domi & foris hostibus laceratum, partim instaurarunt, partim mirificè amplificarunt excellentes illi Principes, Lotharingicæ domus satores, Carolus Martellus, Pipinus, & Carolus Magnus, qui à degenerantibus Merouingijs, cum totius orbis Christiani applausu & congratulatione, maiestatem non modò Regiam, sed Imperatoriam quoque, in suam familiam traduxerunt: qui nunquam sine episcoporum & sacerdotum comitatu, eorumque spirituali panoplia suas serratas acies & corporalem armaturam stipante Deoque commendante, bellum aliquod, præsertim arduum & periculosum aggressi sunt. Cuius posterioris, Caroli Magni eum fuisse morem historici prodiderunt, vbi prælium aliquod anceps & difficile esset commissurus, vt tum ille statim coram exercitu, sacra facienda excitatis altaribus curarit & milites ducesque confessione & communione sancta se ad bellum præpararint. Qui quum hoc modo animoque dimicarent, victorias planè stupendas & admirabiles de hostibus suis retulerunt. Adeò vt diuinæ illæ promissiones, Persequemini inimicos vestros, & corruent coram vobis. Persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum de vobis decem millia. Cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro:

Post pa. 581. 582.

Ibi. 588. 589.

Post pag. 599.

Leuit. 26. 8.

stro: *nunquam euidentius completæ fuerint, quàm in glorioſsimis illis principibus, Martellis, Pipinis, Carolis magnis, contra hoſtes Dei & Eccleſiæ, Saracenos, Arianos, Afros, Germanos, Longobardos depugnantibus.* Post pa. 591. 592. 593. &c.

Neque verò proximi maiores & anteceſſores tui (Princeps) quicquam ab his veterum abauorum ſuorum inſtitutis diſceſſerunt. E quibus vt auus tuus Claudius, Ioannis fratris Cardinalis Lotharingi, & pater Franciſcus, Caroli fratris Cardinalis, prudentia & pietate toto orbe Chriſtiano nobilitati cõſilio in ſuis rebus bellicis ſequutus eſt, eorúmque ſacerdotali apud Deum interceſſione fælices præliorum euentus potiſsimum impetrari cenſuerunt: non aliter frater tuus Henricus (cuius vt aliàs, ita in hac poſtrema glorioſiſſima de Germanis & Hugonotis victoria, extraordinaria quædam pietas, & nocturnæ in precibus lucubrationes, multorum & teſtimonijs & libris celebrantur) fratris quoque ſui Ludouici Cardinalis ope, conſilio, & præſidijs ſpiritualibus vſus, multas bellorum difficultates incredibili celeritate & fælicitate expediuit. Idemque de tua generoſa fortitudine (Carole Princeps) boni omnes confidunt, & certò ſibi pollicentur, qui etiamſi cum auo patréque, & fratre, fratrem Cardinalem habere non potes bellorum tuorum auſpicem, adiutorem, conſultorem, & pro te apud Dei tribunal ſequeſtrem & deprecatorem, quo per immanis illius Claudius Dux Guiſius. Ioannes Cardinal Francif. Dux Guiſius. Carolus Cardinal. An. 1587. Henricus Dux Guiſius. Ludouicus Cardinal. Carolus Dux Mayennenſis

tyranni

tyranni periuria & sacrilegia orbatus es; eius tamen loco optimum constantissimumq; Episcopum Agenensem, omnium bonorum iudicio dignum, qui vt in fratris Cardinalis locum quoad oneris grauitatem succesſit, ita in parem quoque locum quoad honoris amplitudinem ascendat; tanquam alterum tibi fratrem adoptasti: vt omnes intelligant te maiorum tuorum vestigijs insistere, te Iosuam Eleazari pontificis ductum in bellis sequi, te religionem Dei cum armis tuis coniungere, te Ecclesiæ precibus, vt Christianum militem & Imperatorem decet, inprimis confidere: & denique nullum à te moueri, nullum à te probari bellū quod non idem causæ iustitia, conscientiæ æquitate, virorum sanctorum iudicio, & (quod caput est) Ecclesiæ Christi, eiusque Episcoporum authoritate, sententia, suffragatione, & pietate, apud Deum hominesque commendetur.

Episcopus Agenensis.

Id quod cùm præcipuè omnibus persuasum esse debet qui in his bellis militant; ne (quod rebellibus, & Hugonotis, & seditiosis vsu venit) in iniustis bellis, corporis atque animæ mortem sempiternam adeant: tum hoc opere illud plenè demonstratum arbitramur, vt nemo Christianus sub vexillis tuis militans, de iustissima sua causa possit aliquo modo dubitare, non magis quàm si in bello contra Turcas aut Saracenos militem se tuum profiteretur. Nam partim ea de causa, partim vt hæreticorum quorundam huius hæresis grauitatem eleuantium frau-

Singulorū huiuslibri capitum summa.

fraudes detegeremus, postquam generaliter Reipub. Christianæ iura & potestatem in regibus suis eligendis, designandis, frænandis, coërcendis, castigandis & deponendis explicauimus, & quando rex intra regiæ potestatis terminos manens honorandus est vt rex, quando eos limites perrumpēs, detestandus est & abominandus vt tyrannis: ostēdimus hodiernam hæresim, maximè Caluinianam quæ in Gallia serpit, esse Saracenismo vel Paganismo longè detestabiliorem: propterea æque longè magis esse Christianis rationibus vtile, vt Paganus aliquis, vel Saracenus, vel Turca, quàm vt Caluinista Galliæ rex præficiatur. Examinamus deinde particulatim & speciatim Hugonotarum causam; eosque probamus nullo modo veros esse Francos, hoc est nullo modo esse antiquissimæ, & Christianissimæ huius Franciæ monarchiæ membra: tum quia à veteri Gallorum religione Catholica ad Atheismum Caluinianum defecerunt; tum quia legibus & regibus Gallicanis obedientiam nullam, nullam reipub. & patriæ Gallicanæ naturalem pietatem præbuerunt, sed eam hostilius quàm vlli vnquam Burgundi, aut Angli vastauerunt. Adeò vt si veteres Hebræi vno animo missa legatione ad fratres suos è Manassis & Rubenis tribu, qui in Iordanis ripa erecto altari, à Iudæorum religione ad vnicum altare in tabernaculo Testimonij alligata defecisse videbantur, propterea per

Caput 1. & 2.

Caput 3.

Caput 4. & 5.

Caput 6.

Ioseph. Antiquit. lib. 5. ca. 1. Iosue cap. 22.

ea per Eleazarum ſupremum Pontificem denũtiauerint, ſi illi in incœpto obſtinatè perſiſterent, *nolle ſe eos pro fratribus, pro Hebræis, pro poſteris Iacobi habere, imò verò* nolle ſe pro legis
Ioſeph. Moſaîcæ defenſione laborem vllum defugere, ſed ad eam ſimul & Dei honorem tuendum, tranſmiſſo flumine, eos pro Cananæis habitos, nõ ſecus atque Cananæos exterminare: *quanto magis debẽt Chriſtiani pro defenſione Euãgelij & teſtamenti æterni, quod non* in ſanguine hirci aut *vituli, ſed* in ſanguine Chriſti
Hebr. 9. 12. &c. Ieſu *filij Dei cõſecratũ eſt, exardeſcere? & hos Hugonotas, non Hebræos ſed Cananæos, non Chriſtianos ſed Turcas, non Gallos ſed Gallicani nominis labes, maculas, peſtes, & hoſtes atrociſſimos exiſtimare? qui præter antiquiſsimam Galliæ cum toto orbe Chriſtiano communem religionem Catholicam ſpretam & repudiatam, etiam Gallicanis quoque legibus, & regibus, & reipub. toti magis intolerabiles iniurias intulerunt, quàm vlli vnquam non dico Angli aut Hiſpani, ſed vel Normanni, aut Vandali, aut Saraceni, aut Mauri, qui eaſdem quas Hugonotæ Galliæ regiones Languedocam, Gaſconiam, & Guiennam, minoribus quàm Hugonotæ vrbium templorumque ruinis, incendijs, & depopulationibus, hominúmque ſtragibus*
Caput 7. *peruagati ſunt. Ex quo deinceps efficitur, talem hæreticum principem Coronæ Gallicanæ capeſſendæ, officioque regali ſuſcipiendo nullo modo eſſe idoneum*

idoneum. A quo per omnes leges diuinas & humanas, per omnes scripturas Testamenti veteris, Euangelicasque & Apostolicas, per omnia Concilia generalia, patrumque Catholicorum consentientes sententias repellitur. Qui etiamsi esset in solio Regali constitutus, generalique Francorum assensu & approbatione rex admissus; Caput 8. sitamen in hæresim incideret, eamque pertinaciter defenderet, vt in potestate est non modò Pontificis Ecclesiæ summi, sed etiam Gallicani regni episcoporum, eum deponere & Regia dignitate priuare; Caput 9. ita talis Ecclesiæ sententia iustissimè armat non solùm reges exteros, sed etiam suos ipsius domesticos subiectos, vt sana integraque conscientia eum & possint & etiam debeant impugnare, eiusque à se dominatum & iugum reijcere, nec vnquam ad talis hæretici regis obedientiam reuertere. Quãtò magis Galli illud hoc tempore locoque contra Nauarræum præstare tenentur, qui consensu & efflagitatione omnium Galliæ Ordinum, & sæpe antea & nuper in vltimis Blesarum Comitijs à Corona reiectus est, Caroluſque Borbonius Cardinalis eorundem Ordinum votis, ipsiusque Henrici Valesij Regijs literis & codicillis Parlamentorum amplissima authoritate roboratis, proximus regni hæres declaratus, & iam legitima succesione verus rex: etiamsi hic ingratissimus eius nepos post innumera beneficia in eum particulatim effusa, illũ suũ in baptismo spiritualẽ patrem, natura

tura & sanguine patruum, Ecclesiastica lege Episcopum & Cardinalē, regni lege regem, diuina lege
Post pa. 471. ab eius dominatu & iudicio liberū, in custodia nequiter & flagitiose detineat: Deniq; cōtra improbos quosdā Caluinistas Catholicorū nomen emen-
Caput 10. tientes, & Nauarræū hæreticū esse relapsum stolidè pernegantes; illud planè cōuicimus, eique propterea quantauis iuramenta quātacunq; vehementia, & diris, & deuotionibus, & execrationibus interponēti, tamē in publicis rebus, in negotio fidei, vbi de Ecclesiæ discrimine & spoliatione, de ciuitatibus, de prouincijs, de regnis & regū diadematis agitur, nūquā esse credēdū: tū quia omnibus hæreticis siue priuatis siue principibus ludus iocusq; est fidē fallere & peierare, vbi cū Catholicis pacta cōuenta trāsgrediēdo aliquid possūt vel incōmodare illis, vel commodare sibi; tum quia ipse Nauarræus iam olim in hoc genere nimis multa dedit falsæ & fallacis fidei argumenta. Adeo vt om-
Caput 11. nes Galliæ nobilissimæ familiæ Ordinesque Catholici qui vllam habent honoris sui, vllam maiorum suorum, vllam reipub. Gallicanæ, ecclesiæ Christi, ipsiusque Dei præpotentis curam, cuius hic potissimum gloria religioq. in discrimen vocatur; in hoc officiū vno animo intendere & cōspirare, in hoc sacratissimum fœdus omnes suas siue fortunæ, siue corporis, siue animæ facultates viresque impendere teneantur, quo talē hæresiarcham supremi Pontificis censura iamdu-

dum à

dum à Christianorum communione abscissum & abiectum, à reipub. Christianæ gubernaculis arceant. Hoc nostrum est (Princeps) consilium & institutum. Hic laborum nostrorum finis. Hæc libri summa. Hic capitum singulorum & argumentorum effectus & scopus. Quæ vniuersa quum eo pertineant, vt milites, præfecti, duces, sacerdotes & monachi, laici & Ecclesiastici, omnes & singuli qui hæc castra sequuntur, persuasissimum habeant, hæc esse illa bella Domini, *quæ toties in sacris literis prædicantur, & quæ Dominus idcirco vt plurimum copiosis hostium suorum cladibus, manubiis spoliisque fortunare solet,* quia bella Domini sunt; *in his bellis labores & conatus suos maxime Deo probari; arma sua in his bellis* sanctificari; *in his bellis* manus suas *sanguine Dei inimicorum (vti* mitissimus *Dei propheta loquitur)* consecrari: *& generaliter quicunq; hic preliantur, sub Dei auspicijs pugnare, qui vincunt Dei singulari ope & præsidio hostes vincere, & qui moriuntur, à Deo certam laborum suorũ & vitæ eius causa profusæ in cælo coronam recipere, vt siue cædant siue cadant, siue viuant siue vitam amittant,* semper domini sint, Dominoque viuant, & Domino moriantur: *hæc cum sit totius huius argumenti, totius disputationis vis & conclusio, vt Christiani omnes vera fide & cognitione, sincerâque conscientia ad hæc Christianissima bella ar-*

Totius libri summa.

Exod. ca. 17. v. 16. 1. Reg. 17. 47. & 18. 17.

1. Paral. 5. 22.

Ierem. 6. 4 Ioel. 3. 9.

Nũ. 12. 3. Exod. 32. 29.

Rõ. 14. 8.

mẽtur, quæ pro vera Christi fide Catholicaq, eccl
sia contra hæreticos eius capitales hostes geruntu
cui tandem aptius hoc opus dicari potuit aut d
buit, quàm tibi (nobilissime Princeps Carole) q
& Ecclesiæ & reipub. Gallicanæ generalis cõsen
horum Christianorum exercituum, horum arm
rum, horum bellorum & bellatorum contra tal
Antichristianos aduersarios supremum cons
tuit gubernatorem. Huc accedit quod quum ill
strissimorum fratrum tuorum Henrici Ducis
Ludouici Cardinalis voluntate & nutu, pro
eri fœderis defensione hoc inchoatum & absol
tum sit: illis iam iniquissimi tyranni fraude ad m
liorem vitam translatis, magna ratione hoc il
debitum tibi erat persoluendum ad quem eor
vt honor & gloria, ita & laborum operumque
illis cæptorum continuatio & successio hæredi
rio quodam iure & Gallicanæ reipub designatio
pertinet. Qui vt hoc honoratissimo sed laborio
munere dignè pro eius magnitudine perfunga
vt prouinciam hanc tibi impositam perite pros
req, moderetis, vt fœdus hoc sanctè pieq, contra
ctum prudenter conserues & largiter amplifi
& denique bellum hoc necessarium & sanctis
mum, si quod fuit vnquam à primis Reipub. Ga
canæ initijs, contra istos maxime prophanos o
nium sæculorum hæreticos persequaris strenuè
administres prouidè, & ad extremum vsq, duc
& dirigas sagaciter, & plenissima de hostibus v
Clor

ctoria concludas fæliciter; eoq; modo familiæ tuæ honorem; Catholicis securitatem, Gallicano populo iustum regem, Reipub. tranquillitatem, Ecclesiæ pacem, & à suis perditissimis turbulentissimisq; hostibus liberationem compares: & illi fratres, maioresq; tui, & Sancti in cœlo omnes; & omnes viri boni in terra, perpetuis votis precibusq; à Deo Opt. Max. comprecantur. Parisijs 15. Nouemb. Anno M. D. LXXXIX.

Tuæ Excellentiæ
addictiss.
G. G. R. A. Peregrin. Roman.

ARGVMENTA OMNIVM

in hoc libro capitum breuiter comprehensa: quæ singula suis locis magis articulatim distinctéq; ponuntur, & fusiùs per partes explicantur.

CAPVT I.

DE origine reipub. eiusque potestate. pag. 1.

CAPVT. II.

De finito regum Christianorum iure: & quòd penes rempub. sit regibus leges ponere, eosque nequiter dominantes armis coërcere, castigare, & deponere. pag. 33.

CAPVT. III.

Quis sit tyrannus. pag. 105.

CAPVT IIII.

Quòd hodierna Protestantium hæresis sit veteri Paganismo deterior. pag. 175.

CAPVT V.

Quòd Caluinismus sit Paganismo, aut Turcismo longè detestabilior. pag. 265.

CAPVT VI.

Caluinistas Galliæ, quos popularis loquendi consuetudo Hugonotas vocat, nec Christianè nec politicè veros esse Gallos. pag. 327.

CAPVT VII.

Rex Nauarræus cùm sit hæreticus, maximè talis qualem superiùs duobus proximis capitibus descripsimus, non potest esse Christianorum rex. pag. 410.

CAPVT VIII.

Rex hæreticus per Pontifices excommunicari, & iure regio alioqui debito iustè priuari potest. pag. 495.

CAPVT. IX.

Contra regem hæreticum, rectè piéque non modo à regibus Christianis, sed etiam à suis ipsius subditis bellum potest suscipi. pag. 576.

CAPVT X.

Nauarræum esse hæreticum relapsum, cui millies interposito iuramento Catholicis aliquit promittenti nunquam est credendum. pag. 659.

CAPVT XI.

Conclusio ad præcipuas quasdam familias, & Ordines reipub. Gallicanæ. pag. 733.

De origine Reipub. eiusque potestate. in quo hæc tractantur.

Caput Primum.

1 *Quòd natura respub. & ciuiles societates instituit.*
2 *Et magistratuum iurisdictionem.*
3 *In reipub. potestate est formam regiminis, siue Regiam, siue Aristocraticam, siue Democraticam assumere, & earū vnamquamq. quibus velit imperandi, & parandi conditionibus circunscribere.*
4 *Hac in re duo contraria paradoxa cauendà sunt, alterū hæreticorum qui reges nimium subjciūt populari furori, vt ante aliquot annos Scoti, qui Mariam reginam suam è regno iecerunt.*
5 *Alterum aliorum qui reges nimium efferunt super respub. easque totas & singulorum ciuium fortunas nimis seruiliter subjciunt regibus. Horum sententia statuens regem nullas ob causas posse à repub. castigari, vel deponi, fusè declaratur.*
6 *Etsi regia potestas sit excellentissima, hæc tamen de regibus opinio est perabsurda & nimis assentatoria, & contra naturam atque institutionem rerumpub. ipsque longè perniciosissima.*

NEMINEM arbitror aliquando cōsiderasse paulo diligentius hominis originem & conditionem qui non statim aduerterit eum à natura ad ciuilē societatem fuisse factum & ordinatū. Neque hoc viderunt solum excellentes illi Philosophi, Platones, Aristoteles, Theophrasti, Ciceronis, qui ingeniorum acumine & altitudine potuerunt

tuerunt in abdita naturæ misteria penetrare, sed alij etiam omnes quicunque mediocri intelligentia præditi res obuias & communi vitæ consuetudine tritas voluerũt attendere. Facile enim fuit animaduertere reliquis animantibus à primo ortu naturam tam prouidè consuluisse vt ipsis per se suppeteret, quicquid ad vitam tuendam erat necessariũ, vt nõ magnopere aliorum subsidijs indigerent. Alia enim rostris, alia vnguibus, alia plumis instruxit, Tauri cornibus, apri dentibus, morsu leones se tuẽtur, quæ robore non valent solertia nituntur: & pleraque non minus fuga & occultatione se defendunt, quàm velocitate & viribus: quorum tanta est & tam admirabilis varietas, vt multi Philosophi in eorum indagatione ætatem suam totam contriuerint. *Arist. Plutarch.* Homo autem tanta cum miseria & imbecillitate ex matris visceribus effunditur, vt trunci instar immobilis iaceat, nec sine alterius ope vel labra maternis vberibus possit admouere. *Humanæ naturæ infirmitas.* Deinceps autem quò magis adolescit, eò magis aliorum operã requirit siue ad curandum corpus, siue ad formandum animum. Neque enim vlla est corporis pars, quæ non alicuius opifici labore & auxilio ad sui conseruationem egeat, neque mens aliqua scientia, vel liberali, vel mechanica excolitur, nisi magister quispiam in ea facultate capescenda præmonstret viam. Vt vestiamur, multorum operariorum industriæ necessariè antecedunt priusquam lana aut quæcunque alia materia corpori nostro tegendo vestem præbeat: vt pascamur, frumentum, & quæ sunt alia terræ marisque esculenta, multorum manibus elaborantur, priusquàm nobis pascendis fiunt idonea. Vt interdiu in agro operemur, vel in officina, multorum opificum adiumento opus est, qui idonea nobis conficiant instrumenta, vt po-

quotidianos diei labores noctu quiescamus, architectum requirimus qui domum construat, in qua lassatum corpus reficiamus. Animus autem quò est corpore sublimior & augustior pluresque habet virtutes & disciplinas quibus instruatur, eò quoq. pluribus indiget magistris, à quibus ad eas percipiẽdas formetur. Quamuis enim natura nobis igniculos quosdam virtutis & doctrinæ indiderit, tamen nisi ad eosdem fouendos præceptorum institutio accederet, nę illi statim in ipsis cunabulis extinguerentur. Neque verò vnquam quispiam, vel in Ethicis, vel in Philosophicis, vel in Mathematicis, vel in Theologicis, vel in Medicina, vel in Iurisprudentia, vel in re bellica, vel in ciuili, vel vlla in virtute earũ quæ mentem aut mores informãt vir illustris euasit, nisi qui alijs in ea scientia excellentibus, diligẽtem operam nauauit. Huc pertinet quæ ex omnib. animantibus soli homini concessa est loquendi, & intimos animi sensus communicandi facultas, quæ nulli rei vtilis est, si ciuilem vitæ societatem abstuleris. Huc pertinet præstantissimum illud amicitiæ bonum, quod tale est, vt *nec aqua nec igni, nec ipso sole* (vt inquit ille) *pluribus in locis vtamur, quàm amicitia*, quod quum à natura non autem ab indigentia & commodorum perceptione ortum habeat: quum natura alios diligamus, & ijs quibus morum similitudine coniungimur benefacere cupiamus, & si nunquam mutuam compensationem speremus, planum est homines natura ad ciuilem cõmunionem impelli, sine qua omnis amicitiæ & alijs benefaciendi vsus intercidit, à qua si quis vnquam alienum se præbuerit, vt Timon ille Athenienſis, eum & Philosophi & Christiani, vel belluam, vel deum esse dixerunt: belluam quidem, quia hominum communionem auersatur cuius apetitum natura

Cic. de amicit.

Arist.poli. li.1.ca.2. Aug.de amicit.to.4

humano generi, vel maximè ingenerauit: deum autem: quia seipso contentus nullà re videtur indigere, quod est diuinitatis proprium. Neque verò princeps illa virtutum moralium iustitia aliquem locum habet in homine ciuilis societatis experte. Nam quum eius munus sit vt communi vtilitati seruiat & suum vnicuique tribuat, (propterea quę rectè à philosopho *virtus popularis* dicitur) cætum hominum desiderat, in quo splendorem & radios istius suæ popularis beneficentiæ emittat: nec nisi inter varia hominum genera atque ordines versetur, potest erga domesticos, erga magistratus, erga superiores, erga pares, erga inferiores, erga ciues, erga eos quibuscum negociatur æquabiliter se gerendo, vllam suæ excellentię speciem ostendere aut partem muneris præstare. Istę igitur corporis atque animi necessitates, ista virtutum semina animis nostris insita homines dispersos & dissipatos in vnum locum contraxerunt. Hæ causæ ædificarunt vicos, construxerunt ciuitates, fundarunt Academias, multorum agricolarum, artificũ, fabrorum, architectorum, militum, mercatorum, doctorum atque indoctorum varietatem, tanquam totidem eiusdẽ corporis membra vnitate & societate ciuili copularunt: vt dum alij alijs quod opus erat suggererent, alij ab alijs quod ipsi desiderabant sumerent, omnes pariter in publicum quoddam corpus (quam Rempublicam vocamus) coalescerent; & mutuis auxilijs in generale corporis illius bonum & salutem intenderent. Et quòd hic fuerit verus, primùm vicorum, & deinceps ciuitatum, & postea maiorum rerumpub. amplas in se regiones complectentium ortus; & antiquissima historiarum monumenta docent, & hodierna rerum experientia conuincit. Quemadmodum enim natura, corporum omniũ,

homi-

hominum,bestiarum,arborum,stirpium,herbarũ, fluminum granditatem à minimis principijs & seminibus inchoauit; non aliter maxima imperia,& ciuitates amplissimæ,vt olim Carthago in Africa, Roma in Italia, multoque post omnes celebriores Germaniæ ciuitates: & ante mille annos Venetiæ in mari Adriatico à paucis pastoribus,aut exulibus, aut piscatoribus, aut militibus, aut colonis, aut similibus: sui tuendi causa in vnum locum confluẽtibus duxerunt originem, id quod optimi historici Berosus,Iosephus,Liuius, Diodorus Siculus, Cornelius Tacitus,Coccius Sabellicus, Osorius,& alij annotarunt. Nostraq.tempestate eadem ratio quosdam in extremo occidente Americanos, olim bestiarum ferè ritu viuentes, in magis ciuilem vitæ societatem compulit. Quin etiam agrestes in vltima Septentrione Tartari qui vnius imperio nõ cõtinentur,neque verò ciuitatibus includuntur,neq; certos habent ditionis terminos, sed sub papilionibus degunt,& tandiu vno in loco cum vxoribus & gregibus agunt quoad terram circuniacentem depasti fuerint, plurimumque ab aliorum hominum ciuili humanitate absunt, non tamen singuli dispersi,sed tanta multitudine vagantur; quanta opus est & ad magnam ciuitatem complendam, & ad mutuam omnium defensionem, & ad iniurias vndiquaque depellendas: quo prorsus modo olim vixisse Numidas Africæ,& Germanos & Sarmatas, & alios vniuersos in illo longissimo Europæ atque Asiæ tractu populos,fidelium historicorum monumenta prodiderunt. Eos autem in hanc vitæ communionem contraxit, non hominum eloquentiũ persuasio,à quibus erant penitus inanes, non regis alicuius authoritas,quæ adhuc nulla prorsus extitit; non denique artificiosa aliqua causa, qualem

Ortelius in Thesa.

Corn. Tac. lib. 1. Pompon. Mela li. 3. ca. 3. 4.

homines ignari quandoque comminiſcuntur, ſed ipſa naturæ communes indoles, à ſolitudine abhorrens, & ad ſocietatem ciuilem propendens, ipſa ratio oſtendens hoc eſſe aptiſſimum vitæ & ſalutis tuendæ medium, ipſa mentis humanæ ſolertia & perſpicacitas, ipſum dico naturæ lumen, quo perceptum eſt hunc viuendi modum fuiſſe & corporibus vtilem, & animis ſalutarem, & poſteritati cõtinuandæ neceſſarium, & tum ſingulorum commodis tum vniuerſorum rationibus maximè conuenientem. Natura erga hominum cætus & communionis induxit, natura ciuitates fabricauit, natura reſpub. inſtituit.

2. 2 Neque verò huc vſque tantummodo profecit, vt homines diſperſos & palantes in vnum congregaret, ſed etiam vt eoſdem congregatos pacis & tranquillitatis obtinendæ opportunis vinculis conſtringeret. Quorſum enim innumeræ multitudinis intra vnius ciuitatis mœnia coitio, ſi ad prohibendas cædes, ad vitanda ſtupra, ad punienda latrocinia, ad coercendos robuſtiores ne infirmos opprimant, ſi ad ſuum cuique tribuendum, nulla ponatur regula, nulla ineatur via? Si cuique quod liceret idem liceret, ſi fas eſſet agere quod voluntas effrænata imperat, quò libido furioſa trahit ſi hominum cupiditates nulla legum aut magiſtratuum authoritas comprimeret, quemadmodum poſſent iſtiuſmodi cætus, vel ad breue tempus ſtatum ſuũ conſeruare? Nimirum vti de Cadmæis fratribus fabulantur poetæ, qui eodem ipſo quo nati ſunt die mutuis vulneribus conciderunt, ita huiuſmodi hominum ſocietatem nullo iure, nullis legibus, nullis magiſtratibus aſtrictam, neceſſe eſt ſtatim diſſolui & inteſtinis tumultibus diſſipari.

Neceſſitas magiſtratuum.

Multoque ſatius eſt ſingulos in luſtris & latibulis

mor

more ferarum degere, quàm hoc modo in vnum confluere, vbi iniurijs accipiendis sint expositi, si interim nullis remedijs ad iniurias propulsandas sint instructi.

Communis ergo ratio quæ prius illud suasit, hoc etiam necessario adiunxit, vt singulæ societates magistratus sibi quosdam crearent, quorum studio & authoritate pacatè viuerent, & quietè bonis suis fruerentur. Id quod præterea ab eis expressit mundi totius (cuius homo pars est primaria) consideratio. Quum enim omnes creaturæ ordine quodam dirigantur, quum cælorum orbes ab vno motore circunferantur, quum in elementis sit vnius supra alterum dignitas & excellentia, quum in bestijs, in piscibus, in metallis, gradus diuersos, & perfectionum distinctiones reperiamus, quum in omnibus vniuersè rebus, aliæ emineant, aliæ subsidãt, aliæ suo quodam modo imperent, aliæ pareant, quàm monstrosum est, & humanæ naturæ dignitati aduersariũ, vt homo solus, cuius vsibus aliæ creaturæ omnes inseruiunt, viuat inordinatè, nullã habeat honoris præcellentiam, nullum subiectionis ordinem, sed in Babilonica quadam cõfusione versetur, vel infernali potius, vbi iuxta literas sacras *Nullus ordo sed sempiternus horror & cõfusio inhabitat.* Ergo quin eadẽ ratio quæ respub. finxit, ordinum, etiã distinctiones, & magistratuum iurisdictiones vnà inuexerit dubitari non potest. Etsi vniuersum terrarum orbem, mente & cogitatione perlustremus, non solum vbi religio & disciplinę humaniores vigent, sed etiam vbi rustica barbaries & immanitas, & turpissimus idolorum cultus grassatur, vt in vltimis Indiæ Orient. & Occident. terminis: illic vbiq. expressa videre possumus naturæ magistratus & principes, commendantis exempla. Nam

Io. 10. 22

& in Calecutio & Narsinga longissimisque Africæ atque Asiæ littoribus & remotissimis Indici maris insulis ad Iapponenses & Chinas vsque, principes quidem nominantur; & in America ante Hispanorum in eas oras aductum, alibi optimates, alibi Senatus, alibi reges, semper & vbique magistratus aliqui, longè lateque imperitabant. Neque aliter quàm in Europa nostra alibi imperium vnius, alibi potestas multorum viget, alibi electi è populo rectores præsunt, quos varijs nominibus Imperatores, Reges, Senatum, Duces, Marchiones, Comites: Consulesque vocamus; sic in illis quoque regionibus, eadem eluxit imperiorum differentia, vt vno loco regnū vel monarchia, hic mera, illic mixta, in alio Aristocratia, in alio democratia, gētium & populorum teneret gubernacula. Omnium autem populorum consensum ipsius naturæ vocem esse rectè asseruit prudēs ille Rom. reipub. moderator. Cui suffragatur perspicua Dei omnipotentis sententia, qui populum suum electum aliàs Iudicum, aliàs Regum, aliàs Sacerdotum imperio subiecit, vt singulas gubernationum formas sibi probari ostēderet. Hinc enim est quòd etiamsi terrenum principatum omnem *humanam creaturā* vocet Apost. quia nimirum in certos homines popularibus hominum suffragijs confertur, tamen quia ea ipsa principum electio fluit à natura quam Deus condidit, & à ratione quam Deus homini infudit, & quæ ei tanquam exiguus quidam radius ab immēso diuinæ lucis fulgore haustus, idcirco disertè pronūciat Apostolus alter, *Non esse potestatem nisi à Deo, & qui potestati resistit, eum Deo ipsi resistere*, & Deus iam ante per Salomonem dixerat, *per me reges regnant & legum conditores iusta decernunt.*

Nouus Orbis innauigationib. Iosephi Indi, & Ludou. Patritij.

Cic. de nat. deor. lib. 1.

Lib. Iud. Lib. Reg.

1. Pet. 2. 13.

Rom. 13. Prou. 8, v. 15.

3. Vt autem hęc satis sunt ex se perspicua, ideoq.

3.

long-

longa aut accurata probatione non egent, ita illud quoque non minus euidens est, quòd diuersis populis diuersæ fuerint parendi & imperandi formæ, quòd alij reges, alij dictatores, alij consules sibi præfecerunt, quòd alij annuos, alij perpetuos magistratus asciuerunt, quòd qui reges habuerunt, eis alij laxiores, alij angustiores cancellos circundederunt, hoc totum à populorũ voluntate & approbatione manasse. Neq. enim loquor de gentibus bello subactis, non de regibus qui vi & ferro regiones inuaserunt & populis nolentibus iugum imposuerunt, quomodo olim Alexander Magnus Asiam, & hodierno die Turcarum Imperator imperium Græcũ dominatu suo tenet, sed de illis principibus, qui à populo volente & cõsentiente, ad regale fastigium vel principatũ quemcumq. euecti sunt. Quid enim causæ est cur Heluetij populari politia regantur, Veneti Ducem habeant, sed multis legibus deuinctum, Brabanti & Saxones Duces quoque, sed multo liberiores, Galli, Angli, Hispani, reges sed longè diuersis conditionibus imperantes, Dani & Poloni reges item, sed ad certas regendi regulas quàm priores illi magis alligatos: vnde hęc diuersitas nisi à liberis singulorum populorum studijs, qui talem reipub. formã prætulerunt? Cur Anglia quæ olim varijs regulis suberat, nunc vnum agnoscit principem? Italia contra quæ olim vnius populi Romani imperio, postea Gothorum & Longobardorum regum tota continebatur, nunc inter varios principes est distributa? Si naturam consulas, ea facile pateretur Heluetios non minus hodierno die Austriæ Ducibus parere, quàm ante annos trecentos eisdem Ducibus subijciebantur. Quòd ergo iam nõ Duces sed populares magistratus habeant, & pro vna republica quæ tum regionem eam omnem cõplectebatur,

plectebatur, nunc in tredecim resp. diuidantur, n
à natura, nõ à Dei verbo aut prescripto venit, quo
est vnum & immutabile, sed à populorum moribu
qui necessarijs temporum caulis & reipublicæ cõ
modis adducti alias assumpserunt parendi & impe
randi formas. Quod autem de reliquis vniuers
magistratibus dico, de regali quoque potentia in
telligi certa ratio & nationum omnium institut
probant. Nec enim regius dominatus aliam habe
quàm reliqui principatus originem, & qui reges si
bi crearunt, consules aut duces sibi creare potuerũ
& qui Regalem amplitudinem potius quàm Im
perialem aut Ducalem selegerunt, in eadem restri
genda tantã varietatem adhibuerunt, vt regis quo
que non minus quàm aliorum principum vim at
que maiestatem e reipub. ordinantis arbitratu pen
dere ostenderint. Plurimum quidem poterant Ro
manorum reges, & à simplici monarchia parum
aberat eorum potestas; neque tamen hæreditario
iure à patre transibat ad liberos, sed noua semper e
lectio intercessit, *Senatu Authore* & quasi suadente
quis erat regno gerendo idoneus, *Populo iubente* &
decernente, quis in regio throno collocaretur. Vn
de factum est vt è quatuor regibus Romulum se
quentibus tres, *Numa Pompilius*, *Tullius Hostilius*, &
Tarquinius Priscus, non è stirpe regia, nõ sibi cognat
aut agnati, ne Romani quidem, sed peregrini, Se
natus tamen *consilio* & populi *iussu* Romanum dia
dema capesserent. Lacedemonij reges habebant i
speciem quidem aliquanto insigniores, regni enim
successio à patre descendebat ad filiũ, quod est præ
clarum regiæ celsitatis indicium; & tamen quòd
regibus coercendis Ephori quinque è plebe delecti
(vt apud Romanos Consulibus frænandis Tribu
ni plebis) adiungebantur, quòd isti Ephori regibus
immi

Liuius de cad. 1. l. 1.

Reges Romani.

Lacedæmonij.

Arist. poli. l. 2. c. 8.

imminebant & eorum actiones obseruabant, & si quid offenderent eos aliquando alijs pœnis, aliquando etiam capitali supplicio mulctabant, quàm immensa erat hæc Regum Lacedæmoniorum maiestatis infra eam qua reges Romani potiebantur imminutio? Est inter Moluchas insulas insula Bornensis reliquis ditior & excellentior, cuius incolæ moribus sunt honestissimis, iustitiamq. & pietatem imprimis colunt, pacemque amant, & bellum maximè detestantur, regemque suum *dum paci studet, vt Deum quendam adorant*, & raris admirandæ cuiusdam venerationis officijs prosequuntur, & lacessiti quidem regem ad bellum vadentem alacriter stipantes, manus cum hoste fortissimè cõserunt. sin verò rex belli mouendi appetentior, causam præbeat vt ipsis bellum inferatur, hoc in more habent, vt semper regẽ in prima acie collocent vbi maximum est periculum, neque strenuè hostẽ inuadunt donec Regem occisum intelligunt: *tum enim primum pro libertate & futuro rege* pugnare incipiunt, *adeo vt nullus vnquam fuerit apud eos rex belli conflandi author, quin is hostili manu concisus interierit.* Prętereo mirabilem varietatem Asiaticorum regũ, quorum alij adeo effrænati sunt tyranni vt impunè quiduis perpetrẽt, & pro libidine in omnium subditorum fortunas & sanguinem grassentur: alij adeo seruiliter quorundam procuratorum imperijs obnoxij viuunt, vt *quindecim simul reges* Goæ in eandem arcem inclusos, oculis orbatos, è regio throno expulsos ab ijs qui ipsorum nomine regnum administrabant, primo suo in Indiam appulsu Lusitani repererint. Alibi patribus succedunt filij, quod multis in locis fit; alibi noua perpetuò est electio, quam etiam multi populi retinent. Aliàs in vsu est, nec electio, nec hæreditaria filiorum successio, sed

Moluch. Nouus orbis. Maximilianus. Transyluanus in epi. de Moluccis pa. 532.

Asiatici reges.

Osorius in historia Emanuelis lib. 10.

post

post regum obitum excluſis perpetuo liberis, ad r
gimẽ aſſumuntur regum è ſororibus nepotes, qu
conſuetudo in ampliſſimo Calecutij regno & i
Cochimenſi & alijs quibuſdam vicinis inoleui
Hæc & quę ſunt huius generi plurima, à ſola popu
lorum voluntate moribus & inſtitutis manant
mittamus. Europam noſtram intueamur & regno
rum iura expendamus, an non hic ęquè magna oc
currat diſſimilitudo.

Poloni reges ſine certorum Palatinorum aſſen
ſu, nec bellum mouere, nec fœdera inire nec tri
butum indicere, nec quippiam magni alicuiu
momenti in republica facere aut conſtituer
re poſſunt Daniæ rex de nullo viro nobiliore quem
Baronem dicimus, vitæ & mortis ſententiam po
teſt ferre; ſed ſi talis accuſatio cuiquam intẽdatur,
ad pares ſuos, hoc eſt ad Barones pertinet ſuprem
de vita & morte decernendi poteſtas. Id quod item
Anglicani & Gallicani regni quoque iure & mori
bus à primis Hugonis Capeti temporibus fuit ſta
bilitum. Quanquam hanc legem Dani nuper intr
triginta annos regi ſuo dederunt: & iuſiurandum
de hoc à rege Friderico cum coronaretur primum
omnium exegeruntquod in Anglia & Gallia diu
turna multarum ætatum conſuetudine antea fui
receptum. Gallorum autem reges & ſi quoad alia
imperant multo laxiùs, nec ita quemadmodũ Po
loni & Dani & Angli ad certorum hominum ſen
tentias audiendas, & aſſenſum obtinendum deuin
ciuntur: tamen nec eorum infinita eſt authoritas,
ſed ſuos etiam habent aliquos terminos quan
quá valde amplos & latè admodum patentes. Ger
maniæ verò Imperatorem quis ignorat ita eſſe cir
cunſcriptũ, & quaſi vinculis & manicis implicitũ,
mult

Bodin. de la repub. li. 1, ca. 9.
Belleſor. in Annal. li. 3. c. 4. li. 4 ca. 16. & Comm. cõment. li. 6. in fine. An. 1559.

multi vt Duces, multi Comites, multarum ciuitatum Democratici magistratus Imperatore Germanico regalius & solutius imperent, qui nec Turcæ quidem inuadenti Imperij copias ad resistendum colligere potest, nisi prius à Conuctu Imperiali facultatem impetrauerit, qui etiam talibus difficillimis temporibus durissimas aliquando conditiones Imperatori subsidium ad Turcam repellendũ flagitanti imposuerunt.

Neque verò minor est differentia & varietas in ijs qui sunt ad hanc sublimem imperandi celsitatẽ efferendi. Germani successionem hæreditariam inprimis auersantur, ideoque è precipuis Imperij legibus in quas electus Imperator iurat, ea vna est, *vt consilium nullum ineat quo dignitatem imperij suæ familiæ peculiarem & hæreditariam faciat, sed liberam & integram permittat Septemuiris eligendi facultatem, iuxta Caroli IIII. legem & iuris pontificij præscriptum.* Angli, Hispani, Galli, & si patribus defunctis filios hæredes, vel proximos agnatos semper surrogent, adeo vt hæc consuetudo vim legis apud eos obtineat; nõ tamen ita simpliciter & vniuersè hunc creandi reges modum sequuntur vt quum euidens aliqua reipublicæ necessitas aut vtilitas requirat nefas putent eam immutari.

Sleid. li. 8. an. 1532.

Sleid. li. 1.

Chronica Angliæ.

In Anglia enim post Henricũ I. regẽ, cui Mathildis filia Germaniæ Imperatori nupta superstes fuerat, Angli vel praua emulatione legis Gallorum Salicæ ne mulieri subijcerentur, vel iustis causis quia regno putabant fore consultius, Stephanum regem coronarunt. Qui tamen postquam multos annos regnasset, ex optimatum consilio filium suum Gulielmum magnæ spei iuuenem, nullum ob facinus sed tantum quietis publicæ gratia, regni successione priuauit, & Henricum ducem Normanniæ Mathildis

Filij patribus nó semper succedunt in Anglia, Hispania, Gallia.

thildis filium sibi mortuo successorem certis co
ditionibus constituit, qui etiam regno proxim
potitus est. Et post Richardum primum quamu
Arturo Duci Britanniæ communi more ius reg
deberetur (filius enim erat Galfridi maioris na
fratris) tamen quod is infantulus esset & regni st
tus virum ætate matura requireret, Archiepisc
pus quoque Cantuarienſis & alij nobiles, vehem
ter pro Ioanne sponderent cum summa cum iust
tia regno præfuturum, is generali omnium Ord
num assensu in regio throno constitutus est, & l
cet facti sui Archiepiscopum & alios pœnitent
cæperit cum postea regem effrænatè diuina & h
mana iura conculcantem viderent, tamen fuisse i
lud in eorum potestate situm, & genetalis liberat
omnium Ordinum suffragatio, & similia superio

Paul. Aemil, li. 2.

rum temporum acta declarant. Nam post Guli
mum Normanum Angliæ regem, Henricus I. r
gnauit: cum tamen Robertus Henrici frater na
maior suum ius prætéderet, & antè Normanorum
tempora Edouardo Seniore mortuo, filius prim
Adelstanus, & post Adelstanum filius II. Edmu

Hollinſ. pa. 223. Stouu. Polid. Virg. Angl. Histor. li. 6.

dus, & post Edmundum III. Eldredus succes
quanquā Edmundus reliquerat duos filios Edu
num & Edgarum, quorum vterque post Eldredu
suo tempore ad regium diadema est assumptus.
Hispani quoque semper hæreditarium ius in reg
bus suis probarunt, ita tamen vt episcopi & proc
res iudicarent vtrum is qui natura esset hæres, i
genio quoque & moribus esset regno procuran
idoneus. Vnde decernunt. *Vt nullus apud eos præsu*

Conci. Tol. 4. ca. 74. Conci. Tol. 5. ca. 3.

ptione regnum arripiat, nullus excitet mutuas seditiones
uium, nemo meditetur interitus regum, sed defuncto in p
ce principe, primates gentis cum sacerdotibus succes
regni communi consilio constituant, quòd si quis ad reg

maiest

maiestatis fastigia aspirat, quem nec electio omnium præficit, nec Gothicæ gentis nobilitas ad hunc honoris apicem trahit, sit consortio Catholicorum priuatus, & diuino anathemate condemnatus. Neque Galli ita perpetuò fuerunt filijs natu maioribus affixi, vt semper eis regnum paternum tribuerint. Nemo fuit sua ætate Carolo Magno ad regnum Galliæ optimè moderãdum habilior; nec tamen regnum totum Carolo est traditum, sed inter ipsum & fratrem Carolomannum dispertitum. *Carolo maiori Nouiodunum, Carolomanno Sueßiones regiæ euenere. Transrhenanæ nationes Carolomanno parebant, Carolo Aquitania tribuebatur.* Et quanquam fratres isti prius viuente patre à Pontifice Romano Stephano in Gallias ventitante iiuncti fuissent, quod erat ad regnum futurum magnaprærogatiua: à Francis tamen ius regni non à pontifice, sed à se pendere dictitantibus, reges non habebantur, *priusquàm illi congregati suis suffragijs in eorum dominatum consenserant*: qui etiam *eos æqualiter* reges declararunt. Interijt paulo post Carolomannus cùm tertium regnaret annum sed relictis liberis, & tamen *proceres regni eius ad Carolum magnum vltrò veniente, regem eum totius Galliæ salutarunt*: & sic ea tota in vnius Caroli monarchiam neglecta Carolomãni posteritate coaluit. Non defecerat in Gallia hæres regni masculus cùm Ludouicus & Carolomannus regnarent, vixit enim Carolus quanquam infans, legitimus tamen Ludouici Balbi filius, & tamen quod in Gallia tumultus quidam increbescerent, & è Germania tempestates quædam bellorum timerentur, *Galli vt Germanorũ principum iugum à se depellerent, ad quod rege duce, non infante*, sed viro opus erat alijsque grauissimis causis permoti, duos alios Ludouici Balbi filios nõ legitimos, sed naturales ad regnum extulerunt, eosq.

Belleforest. lib. 2. ca. 5.

Æmil. l. 2

pariter

pariter vnxerunt & coronarunt, regnumque ita d
uiserunt, vt maiori cederet Francia propriè dict
minoris imperio Aquitania & Burgundia subiic
retur. Denique quum non semel regnum Gallic
num, non in duo tantum, sed in quatuor etiam r
gna optimates distribuerint; illisque singillatim t
tidem regis liberos supremos & absolutos reg
dederint, quorum nullus alium superiorem agn
ceret (quorum regiæ sedes, ciuitates *Parisiorũ, Suc
sionum*, & *Mediomatricum vel Rhemorum* frequenti
historicorum omnium monumentis celebrantu
hoc, ne alia consecter, euidentissime docet quid r
spublica possit, si quis summam & absolutam ei
potestatem consideret; & etiam quid soleat, quan
do singularis alicuius vtilitatis adeptio, vel mag
periculi depulsio præsens remedium efflagitat.

Paul. Æmil. lib. 1. Greg. Tur. hist. franco lib. 4 cap. 22. Belfor. in Annal. l 1 ca. 12. 18.

Diuersa succedendi ratio.

Quid illud? quòd in Hispaniæ, Angliæ, Scotiæq
regnis, fœminæ ad regni successionem admittũtu
in sola Gallia vi legis Salicæ siue antiquę siue rec
tis, fœminæ omnes etiam cum masculis suis à ta
successione repelluntur. Annon magna est differ
tia & dissimilitudo immensa? Quis autem leger
illam Salicam tulit? quis in sola Gallia fœminas
regni gubernaculis semouit? Quis Poloniæ reger
à Dano & Anglo, quis hos à Gallo aut Hispano
multis in regno tractando differentijs seiunxit
seperauit? Certè nec Deus, nec natura quæ apud o
mnes istos vna est; sed ipsorum populorum volũ
tas, arbitrium, designatio, & libera quum respu
suas primò formarunt aut posteà correxerunt insti
tutio. Sicuti enim ratio docuit rerumpub. rectore
eadem scelera dispari suppliciorum acerbitate cõ
primere, proùt nimirum videbant reipub. paci, &
perditorum hominum frænandæ nequitiæ fuisse
vtilissimum, vnde fures alibi quadruplo aut quin

Deut. cap. 22. v. 1.

tupl

tuplo reddendo, alibi seruitute perpetua, alibi ad certum tempus, alibi membri alicuius amputatione, alibi castratione apud alios suspēdio plectuntur: eademq. ratio ita dispositit, vt in quibusdā regnis soli nobiles militari disciplinę assuescāt, propterea- que à tributis sint immunes, rustici autem terræ colendæ tantummodo sint addicti, & oīa tributa soluant, in alijs coloni nō minus quàm nobiles ad militiam assumuntur, & vectigalia non minus à nobilibus quàm ignobilib. penduntur: sic eadē ratio prudentes homines & in fundanda republica prouidos instruxit, vt regum suorum monarchiā partim Aristocratia, partim Democratia magis minusve tēperarent (quod in omnib. Europæ regnis factum fuisse manifestum est) prout generali totius reipub. bono, & singularum partium cōmodo videbant potissimum expedire. & ab eodem fonte publicę authoritatis vel eorum hominum quibus respub. suam legum cōdendarum contulit facultatem, manauit lex illa Salica & si quas similes leges de refutandis vel admittendis regum liberis, suis morib. maximè accōmodatas, alia regna sanciuerunt. Quòd si qui alio modo contra populi assensum, vel iniusta violentia quemadmodum in literis sacris Nemrodus ille, vel nefarijs artibus, proditionibus, insidijs, corruptelis, nobilium hominū cædibus, vt apud Grę- cos Pisistratus, Nearchus, Dionisius, Phalaris, Gelo, & permulti alij imperium vel in suos vel in alienos vsurparunt; tales vt crudeles tyrānos & potiús prædones quàm reges, nullo iure, nulla æquitate nixos, respub. semper horruerunt, philosophi damnarunt, legumque conditores, Licurgus, Numa, Solō, Romanorum & Græcorum prudentissimi, ad eos tanquam publicos hostes occidendos quemlibet ciuem magnis propositis honoribus & præmijs excitarunt.

Brocar. in descrip. terræ sanctæ.

Gen. 10.

Vide post cap. 10.

excitarunt.nec iniuria: quum enim naturale ius, &
naturæ iurisque illius conditor Deus,cuique popu-
lo plenam tribuerit, liberamque sui gubernandi fa-
cultatem quam sine certis ijsque horrendis,vel in
Deum & naturampeccatis,vel in vicinos principe
& populos iniurijs,nemo eripere potest, si quis sol
ambitione,vel imperij sui dilatãdi cupidine ductu
nulla populi electione,nulla maiorum successione
nullo Dei mandato, nulla lege legitimaque causa
huic populo imperare volet, eumq. sibi seruire co-
gat,longè ei grauiorem iniuriam facit,quàm si latr
domum cuiuspiam effringeret, & bona, opesqu
domesticas per vim extorqueret. adeò vt semper
ue primas imperiorum origines inquirimus,siue di
uersos regendi modos non violentos & tyrannicos
sed legitimos & regales attendimus, vtrobique a
reipub. populique authoritatem tanquam verum
horum vtriusque fontem recurrendum sit.

4. 4 Cæterùm hic ex alto duplicem video eminen-
tem scopulum,& vtrumq. valde periculosum. Al
enim his principijs innitentes. superbè regum di
dematis insultã, & penes promiscuam multitud
nem esse volunt,vt reges è suis solijs deturbent at
in ordinem cogant. Alij in contrariam partem n
mium vela cursumq. suum flectentes, diuinitate
planè regibus affingunt, omnẽ penitus à repub.to
lentes eos coercendi potestatem, etiam si nõ mod
domi priuatis sceleribus sint turpissimi, nec mod
si priuatorum hominũ iniustissimè bona expilãt,
effundunt sanguinem,sed etiam si vniuersę reipub
pestẽ moliantur & perniciem. Vtrique nimirum
medio aberrant & ad extrema labuntur. Vtriq.pa
tis alterutrius odio nimium indulgent sibi,& nim
inimicè alijs aduersantur;& vtriq. dũ nimia vehe
mentia quod conceperunt temerè,defendere vol

per

pertinaciter, communis reipublicæ hostes sunt apertissimi: Illi dum seditiones concitando & armãdo subditos contra reges, ciuilium bellorum flammas in reipub. viscera immittunt: isti dum sub regũ nomine tyrannos euehendo, illisque interminatam licentiam patrandi fanda & infanda quæuis concedendo, rempub. sui seruandi copia spoliant: hancq. tyranno, non aliter, quàm ouem lupo tradunt mactandam & diripiendam. Et de prioribus, quando multa luctuosissima extant post annos sexaginta proximè elapsos, in omnibus Europæ regionibus exempla, vnicum Caluinistarum in Scotia rebelliũ facinus perstringere sufficiat. Qui quũ à regina sua, tum in Gallijs agente facultatem impetrassent Comitia parlamentaria conuocandi, & in ijs *quod è repub. videretur* constituẽdi, primùm omnium Catholicãm regionem è tota Scotia decreuerunt profligãdam, quòd nec regina vnquàm cogitauerat, & è *repub.* non erat, sed contra rempub. eiusque vulnus lætale & interneciuum. Id quum ita fecissent, traijcientem illuc è Gallijs paulò post reginã ita excepe-
runt vt prius pacisciserentur, *ne in statu recepto religionis quicquã immutaret, ipsi tantum eiusq; familiæ vna per-* *Ib. pa. 584*
mitteretur missa, eaq; priuata. Quis nõ obstupẽscat homines prodigiosè impudẽtes & improbos, qui quũ ementito reginæ nomine per Scotiam cuiq. è fæce vulgi, quot vellet Geneuen. Cõmuniones publicè fuissent latgiti; reginæ supremæ principi, *vnicã missã*, verũ Dei colendi toto orbe Christiano ritũ, idq. *priuatim* vix ægrè permittũt. Cæterùm annuit huic eorũ postulato regina. videbat enim preces esse armatas, seque in eorum manibus versari, qui specie tenus videbantur petere, reuera aũt poterant & volebant cogere. Ecce iam quàm facilè arripiunt eã funditus exauthorandi prætextum. Aduenerat Omniũ

Hist. Scot. Buchã. lib. 16. pag. 582.

Regin. Scot. quomodo ea quam ob causam regno eiecta.

Sanctorũ dies in Ecclesia Catholica maximè festu
& solennis. Reginæ Sacellani pro more omnium
Christiani nominis Ecclesiarum, afferunt ornandi
altaris apparatum paulò quàm aliàs celebriorẽ. In-
dignantur Euangelici, fremunt ministri, & synodali decreto cõstituunt, propterea armis esse agẽdum reginamque regali dignitate abdicandam. Sed præstat ad posteritatis memoriã audire quemadmodum ab ipsis actoribus, historiæ series narratur. Nescio enim an aliàs quisquam lector indifferens, propter incredibilem rei barbariem, & indignitatem tam tam, quanta nec fando concipi potest, fidem sit habiturus. Sic ergo illi. *Calendis Nouemb. regina missam adhuc tenui & quotidiano cultu contentam omnem Papæ fastum adiecit. Id quum Euangely ministri tulissent aegerrimè, & in publicis cœtibus magnis querimonijs prosecuti fuissent, ac nobilitatem sui officij commonuissent* (vt in ci armis insurgerent) *cõtrouersia in domo priuata inter pa- tres est agitata, possent ne idololatriam iamiam in omnium perniciẽ grassaturã cõpescere, & summũ magistratum intra legum præscriptum per vim reducere. Ecclesiæ ministri con- senserunt posse.* Sic illi. Notet hic christianus lector, aduertant Christiani & proceres & principes om- nes plusquam satanicam istorum ministrorum superbiam & tyrannidem, nec dubitent eundem spiritum qui in Scoticis ministris regnat, in alijs istis ministris, vbi quod captant imperium consequuti fuerint viuere & flagrare. Nihil dico, de iniquitate eius decreti (quã *legẽ* vocant) à paucis rebellibus cõtra plurimorum procerum & optimorum ciuium voluntatem positi. Nihil dico quòd *idololatriam* vocant Dei culum, toto orbe Christiano vbiq. frequẽtatũ; & in Scotia, à prima eius conuersione huc vsq. annis plusquã mille perpetuatum. sit illa *lex*, sit hæc *idololatria*: tamen quãdo qui legẽ tulerãt de missa per-

Buchã. ibi. pa. 590.

reliquam

reliquam Scotiã abolenda, ijdem ipsi concesserunt reginæ vnam in sua familia celebrandam, hanc vnam ea si vsitato Catholicorum ritu administrauit, an propterea fuerat ita fanaticorum hominum concionib. vexanda? ita ad populum traducenda? ita ministrorũ synodalib. decretis dãnanda? vt post eius caput illorum anathematis deuotũ, proceres ad eam bello domandã inflãmarentur; Quid autẽ ex hoc sequitur? regum diademata ministrorũ hoc est improbissimorum ganeonum libidini esse subiecta, & de eorum sceptris & capitib. in *priuata* ministri alicuius *domo*, in taberna fortasse meritoria posse definiri; eosq. è regali fastigio posse deturbari, nõ solum quum diuina & humanã iura violant, nõ quum toti reip. magnum aliquod damnum important, non quum priuatis hominib. insignes iniurias inferunt, non quum leges patrias superbè & ex contemptu transgrediuntur, sed etiã tum quum leges quidem obseruant, sed tamen nõ tam exactè, accuratè, & tãquam mathematicè, quin minimum aliquod punctulum ab earum rigore in alterã partem deflectat. Atq. hoc exemplum sit eorum qui reges indignissimè in seruilis obedientiæ tanquam pistrinum cõpingunt; de quibus quoniam posteà nonnulla dicẽda sunt, hoc loco eos dimittamus.

Bellay in Apo. cath. parte 1. parag. 7. Apolo. pro reg. c. 6. & cap. 34. 116 c. 26. ibid. c. 6.

5. Alij verò contra vsque eò attollunt regij nominis amplitudinem, vt quos ministri illi regibus, eos hij reipub. toti, idque longè miseriores seruitutis extremæ compedes injciant. Sic enim pro regibus declamant. *Non modò personæ omnium sunt regibus obnoxiæ, & mancipio nexuque tenentur; verum etiam res omnes populorum atque fortunæ ita regum sunt propriæ, vt vsu duntaxat & fructu singulorum esse videantur: regum omnia sunt dominio, singulorum vsu: regum sunt omnia proprietate, singulorum possessione. Vnde quod vulgò*

dicitur, Nunquam mori regem, verum est, quum vni vi… defuncto, mox alius non expectato vel populi consensu v… procerum, ipso iure succedat, non vt patris hæres, sed vt l… gitimus populi moderator ac regni tanquam alicuius la… fundij, non optione sed nascendi cõditione dominus. Si qu… ris quis fuit huius legis author, per quam famil… aliquæ, verbi gratia Valesia, Stuarda, vel Austriac… Galliæ, Scotiæ, aut Hispaniæ regna obtinent? Re…

Apolog. catholique parte 2. parag. 7.

spondent, idem qui regnorum *author Deus qui so… eam antiquare potest.* Quid ergo? Nunquid vt dom… nus latifundij fundum suum arare, colere, depasce… re, seruare sibi, locare alijs; sic rex rempub. cui pra… est, vt velit, formare, commutare, leges figere & re… figere, iuraq. oĩa infringere suo vnius arbitratu po… test, vt nullus legum repagulis, regum potestas ter… minetur? Ita prorsus. *Nunquam enim reges acc… perunt legem aliquam suæ supremæ potestatis atque d… tionis moderatricem. Princeps enim animata lex est in ta… ris, cuius potestas atque iurisdictio, nõ alia lege, quàm ipsa… voluntate in angustum cogi potest. … qui populi, voluntate numinis in regum potestatem concesserunt, nec sibi pa… rendi, nec regibus imperandi modum vllum lege præscribe… re potuerunt, sed vel sponte sua, vel inuiti in eorum verb… iurare coacti, legum vinculis solutum eis imperium reliqu… re.* Cęterùm ex hac regis descriptione duo sequun… tur absurda, ne plura commemorem, vtrumq. gra… uissimum, & publicis rebus lõgè pestilentissimum.

Ibid. & in Apolo. pro reg. c. 9.

Si enim quis sit regni tanquam latifundij alicuius non po… pulorum voluntate sed nascendi conditione dominus, qui… ergo si regi alicui filius stolidus, quid si insanus &… emotæ mentis nascatur? Nunquid insanis & fu… riosis hominum sanorum & prudentum vita, & … fortunæ, imò rerumpublicarum hoc est hominum… innumerabilium, quoad regimen, quoad legislatio… nem, quoad vitam & mortem gubernacula cõmi…

tentur…

tentur? Atqui hoc istis regum contra rempublicam defensoribus minimè videtur absurdum. *Neque enim (aiunt) vlla extat lex, cuius auctoritate stolidi & insani paterno regno spolientur. & quum in priuatis hæreditatibus familiæ herciscundæ, iudicio fatui, mente capti, furiosi, nihilo sint deteriore cõditione quàm hæredes cæteri, quid est cur non idem in regnis qui primogenituræ obueniunt lege obseruetur?* Ex hoc concludunt. *Quum regna primogenituræ iure contingunt, quam rerum natura mutari non sinit; & successionis ius competat nihilominus hebeti, stolido, & insano, quàm recte intelligenti, quid erit cur hic illis in regno præferatur, quod non virtutis opinione sed nascendi sorte contingit? Atq; ita quidem sorte contingit, ita generi cohæret agnationis iure, ita regiorum liberorum maximo debetur, vt propter corporis vitium aut animi morbum intemperys agitati tolli nequeat.* Apo. Catò. vbi sup. & Apol. pro reg. ca. 2 o.

Esto. Concedamus itaque tantum nascendi cõditioni, vt quos natura produxerit vel corpore mõstrosos, vel omnino mentis expertes & truncos potius quàm homines; eos omnium hominum summos & capita faciamus: & naturalẽ nascendi miseriã, corporumq. & mentium deformitatem donata regij diadematis & splendoris magnificentia consolemur. At quid si rex mẽte nõ sit stupidus, sed cõtra acutus, & acerrimus, verùm qui omnem solertiæ & intelligentiæ suę vim cõferat ad vastandum populum, ad trucidandã nobilitatẽ, ad extinguendã religionẽ, ad humana & diuina subuertenda, & (vt vno verbo cõplectar omnia) ad reipub. nauem cui regẽdæ præpositus est, perforandã, & in altissimis Oceani fluctibus demergandam. num saltẽ talẽ Neronẽ, & Heliogabalum, ipsas belluas feritate & immanitate superantem respub. frenare potest, eoque in ordinem coacto, suę incolumitati consulere? Imò nec hoc ferunt hoẽs isti nimis peruicaciter in suis opi- Apo. c. 29

nionibus defixi. sic enim aiunt. *Etiamsi rex oblitus f degenerat in belluã, & cùm incurabili morũ ac naturæ m hgnitate dominatur : etiamsi stabilimentum authorita suæ in ciuium infirmitate collocat, & regnum nõ procu tionem à Deo creditam, sed prædam sibi oblatam putat, tiamsi potestatem coelitus acceptam ad bonorum exitum legum euersionem, patriæ ruinã conuertet, & quòd dicitu nauem perforet, in qua ipse natiget*; nec curare Deu credit mortalia quenquam, *hic quanquam omnib. m dis impius & nefarius est, tamẽ nobis sacrosanctus esse debe ac sub eo viuendum est, ea lege, vt Deum qui honoris ei a ctor fuit, poenarum exactorem esse patiamur. à nemine nim radicari potest, quia est in suo regno non solum singu superior, verùm etiam vniuersis: supremamq; ac solidã su prouocatione potestatẽ habet, nemini nisi superis obnoxius.*

Infinita potestas regibus attributa.

Hactenus illi. quæ ego eam ob causam paulò fu siùs descripsi vt intelligat lector, & quorsum dirig tur disputatio mea, & quàm necessarium sit hac te pestate de legitima regum potestate monumẽta l brorum extare, quibus subditi instituantur ad ea quam debent & Deo, & reip. & regi obedientiã. Ne que enim mihi dubium est quin istiusmodi incõ derati sermones (nec enim grauiore verbo vtar) olim nequissimos illos Rom. Imperatores, Caiu Caligulam, Neronem, Domitianum, & reliquos tam nefariam hominum despicientiam, & sacrile gum deorum contemptum extulerint; & hodierno die illos posteriores Anglorum reges Henricum VIII. filium Eduardum, filiamque Elizabetham, moderato maiorum imperio, in efferatam & barba ricam tyrannidem transformauerint, vt post proie ctas antiquas patriæ leges, post oppressum clerum exinanitam plebem despoliatam fugatam & conci sam nobilitatem, ipsas etiã ecclesias auarissimè pa tim expilauerint, partim euerterint. sanctissimamq

Parlamenta Henrici Edouardi Elizabetæ.

De

Dei religionem fœdissimè conculcauerint, eámque quoties libebat innouandi authoritatem sibi inexplicabili blasphemia arrogauerint. Traditur de Teridate Parthorum regis fratre, quòd sub Nerone Romam magno cum comitatu aduenies, seque prosternens ad pedes Neronis sic eum affatus sit. *Ego (domine) Arsaci nepos, Vologesi & Pacori Parthorum regis frater, tuus seruus sum, venique vt te deum meum, nō secus ac Mithram (id est Solem) colerem. Equidem is ero, quem tu me fato quodam efficies. Tu enim fatum meum es & fortuna.* Cui Nero ita respondit. *Tu quidem quòd huc veneris, rectè feciſti, vt præsens præsente me fruereris. Nam quæ neque pater tuus tibi reliquit, neque fratres seruauerunt, ea ego tibi nunc do, teque regem Armeniæ facio, vt tu atque illi simul intelligatis, in mea potestate esse regna dare & adimere.* Hac stultissima adulatione Teridates ille regnum Parthorum adeptus est. Non aliter sed multò flagitiosius isti nostri Christianos reges alloquũtur. Perinde enim ac si reipub. Christianæ totidem essent manubiæ victricibus regum armis acquisitæ, quas propterea suo arbitratu possent distribuere, vel dissipare; perinde acsi principes dij essent, subditisque fata suo nutu dispensarent, subditi autem mera mancipia, in eum finem condita, vt regum vsibus inseruirent: ita illis omnia, primas, secundas, tertias, largiuntur, reipub. ne quartas quidem, vel locum vllum relinquũt, nisi quatenus rex ex indulgentia eam pro suo commodo viuere permittit, hoc modo sceleratissimè non rempublicam, sed priuatam, non liberam hominum consociationem, sed seruilem mancipiorum & remigum gregem; non eorum qui sub iure & legibus viuunt, sed eorum qui vnius libidini sunt subiecti multitudinem describentes. *Dion in Nerone.*

6 Quam perniciosam sententiam priusquàm re- 6.

futo, illud libenter profiteor, mihi nullum esse quacunque reipublicæ forma nomen & officium regali augustius aut honorificentius. Et si enim pulares quoque magistratus & optimatum prin patum à Deo datum non ambigo; tamen regiu diadema, quemadmodum à maioribus nostris Christianas respublicas introductum est, libent prædico esse alio quocumque dominatu diuinius præstabilius, & hominum generi salutarius: com quod qui seditiosè conspirant, qui dignitatem ea imminuunt, qui armis lacessere non verentur, e ego vt diuinæ voluntatis hostes, vt humanæ soci tatis inimicos, vt publicæ pacis & quietis turbat res execror, & ferro flammaque persequendos i

Regius principatus maxime naturalis.

dico. Reliqui enim principatus naturâ quidem co stant, & Deo probantur, eiusque authoritate sanc untur; ideoque nefarium facinus admittit, qui il repugnat, at hîc multo expressius vnius Dei vniue so mundo præsidentis imaginem repræsentat, hi multo illustrius & solis reliqua sydera sua luce col lustrantis, & mentis vnius omnia corporis mêbr atque officia moderãtis; & vnius ducis exercitum & vnius gubernatoris nauê, & vnius patris famili domum, & denique in ipsis animãtibus vnius ari tis gregem ouium, & vnius regis examê apum dim

Hierõ. lt. 2. epist. 13. ad Rustic. Chrysost. ad. Rom. hom. 23.

gentis figurã gerit. Quas similitudines ad declaran dam regis monarchiam naturæ maximè consent neam, antiqui poetæ & philosophi, & deinde Chr stiani patres adhibuerunt. ideoque & hanc maie statem lædere scelus est, illo priori certa proportio ne grauius & atrocius.

Cæterùm quemadmodum in alijs rebus, sæpenu mero fit, vt propter vicinitatê quam quædam vitii habent cum quibusdam virtutibus, permulti im prouidè ab hijs ad illa dilabuntur: eoque errore ab

ducti,

ducti, pro religione superstitionem, pro fortitudine audaciam, pro liberalitate profusionem, pro iustitia crudelitatem quasi pro veris & castis vxoribus spurcas meretrices amplectuntur, ita quoniã hic quoq; id ipsum potest cõtingere, cauẽdum est diligentissimè ne dum regiã potestatẽ debitis laudibus extollimus, ad vicinã illi tyrannidẽ immodicis præconijs celebrandam euagemur, & pro vero rege qui est excellens immortalis Dei munus, totiusque reipub. tanquam anima & vita, sanguinarium tyrannum, Satanæ administrum, turbinem reipub. & venenũ, iudicij errore asciscamus; & talem pro pastore lupum, gregi hominum liberorũ præficiamus. Quod si facimus, tantò magis mortiferum vulnus ciuili societati infligimus, quantò intestinus & occultus proditor opibus nostris munitus, & omnia salutis nostræ præsidia & firmamenta, sua manu tenens, externo & manifesto hoste, nobis armatis & ad eum profligandum vigilantibus est periculosior.

Certè qui hoc modo regem solum infinita potestate armant, rempub. autem sui contra regem diuina atque humana iura proijcientem, & reipub. molientem interitum defendendi potestate despoliant; non modò regibus ipsis infesti sunt, quos pro moderatis regibus truculentos tyrannos efficiunt (vt suo loco demonstrabitur) sed simul in oẽs Christianos & Christianorum respub. iniurioſi sunt, Deoq, ipsi & naturæ bellum indicunt, quũ ea bona hominibus eripiunt, quæ Deus & natura ipsis inseuit & impressit? imò dum reges videtur colere, hoc est corporis partem quidem illustrem, sed tamen partem tantummodo & sine qua corpus politicum consistere & florere potest, corpus vniuersum vastãt & interimunt, initiaque & media & fines, propter quos ea humana societas instituta est, corrũpunt & per-

Reipub. cõstituendæ causa.

peruertunt. Nam quæ est origo, quæ causa prima istarum societatum quas Respub. vocamus? Nimirum vt ab iniuriis simus tuti, vt cum liberis & vxoribus tranquillè viuamus, vt solitudine communionem cõmutemus, & cum bono priuato bonum publicum procuremus. Quæ sunt media quibus hæc bona consequimur? leges politicæ, magistratus inferiores, amor ciuium mutuus, concordia publica. Quis finis, quô tendit his mediis respub? *vt gubernatori cursus secundus, medico salus, Imperatori victoria, reipub. moderatoribus beata ciuium vita proposita est; vt opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, virtute honesta sit.* At ista infinita regis licẽtia tollit hæc simul omnia. iniurias enim sine modo multiplicat, liberos & vxores parentibus maritisque inuitis eripit, leges ciuiles violat, opulentiæ, gloriæ, & virtutis spem omnem ciuib. intercîdit, quũ rex ruinam patriæ molliens, leges perfringens, in omnium bona vt suam prędam inuolans, subditorum vxores & filias vicõ stuprans, tolerandus tamen sit, nec de eo idoneis rationib. amouendo vel corrigẽdo vnquàm laborandum. At (inquis) in regem ius regendi vniuersum à nobis ipsis transfudimus, ideóque quicquid de fortunis & capitibus nostris statuerit, id patienter est sufferendum. At quis aliquando populus, quæ ciuitas, quis homo sobrius & sanę mentis, vel dixit vel cogitauit ita vniuersè & sine exceptione regi tradere sui regendi potentiam, vt rex pro sua libidine posset dare, auferre, diripere, spoliare, deglubere, mactare, & absque contradictione de vita & nece omnium pro suo vnius nutu statuere? Ecquis vero vsque adeo a vera ratione alienus est vt vnquam sibi persuadere possit Christianos populos hoc animo sibi reges præfeciſſe? verum quidem est potestatem & regimen publicum a populo ad reges esse delatum

Cicer. ad Attic.

Obiectio.

Respons.

delatum & penes reges manere, sed ita vt rex regem agat non tyrannum, non carnificem : hoc est vt iustè, ciuiliter, politicèque regat non iniustè, immaniter, tyrannicè. ergo si quidem rex iustè, si ordine, si iuxta præscriptas à natura & iure gentium conditiones, si regaliter, hoc est, si in bonum & vtilitatem publicam gubernet, etiam si nonnunquam in officio delinquat, & tolerandum fateor & honore quoque afficiendum : sin verò iniustè, si immaniter, si barbarè, si contra naturæ regulam, & populorum omnium consuetudinem, si nihil minus quam regis munere ad quod assumptus est fungatur, qui hunc pro rege honorandum ait quum nihil regiæ indolis præ se ferat, eum ego nescio, an hominem humano ingenio præditum existimare debeam. Est quidem rex (vt paulò ante significauimus) tāquàm ægri medicus, tanquam vectorum gubernator, tanquam exercitus imperator, tanquam familiâs pater, tanquam ciuitatis custos. Nunquid verò si æger sibi à medico venenum temperari perspexerit, quia à medico oblatum ebibet? Si gubernator nauem cum vectoribus ad scopulos allidere voluerit, vectores eum non impedient? si imperator perfidiosè exercitum hostibus prodere voluerit, milites huic imperatori non poterunt resistere? si paterfamiliâs famulis necem afferre conetur, his nefas erit defendere? si ciuitatis custos immissis facibus, vrbem suæ fidei commissam incendere studeat; num ciuibus interdictum erit incendium extinguere, & custode sublato reliquos omnes seruare, potius quam pati, vt cum furioso custode ciues sani & sobrij & ciuitas vniuersa simul deleatur? Et quemadmodum distinguimus inter mancipia & ciues, inter alligatos ad transtra Turcarum remiges & Christianorum proceres nobilesque, inter dominum imperiosè seruis man-

Differentia inter regē & tyrannum, populum liberū & mācipia.

uis mandantem, & regem legitimè ſubditos gube-
nantē, ſi ad hunc modum reges deſcribimus? Man-
cipia enim quicquid ſunt domini ſunt, cuius inſtru-
menta quanquàm ratione prædita dicuntur, qui
quicquid laborant domino laborant, & quicquid
acquirunt domino acquirunt. At ciues non regi ſo-
li, ſed ſibi etiam familiæque & liberis operas impē-
dunt, & maximè publicis commodis inſeruiunt
nec regi aliter famulantur, niſi quatenus is ad tot-
us patriæ emolumentum ſingulorum incolarum
opes & labores accommodat. Hoc qui tollit, eo ip-
ſo ciuium & ciuitatis naturam deſtruit, & pro ciui-
bus mera mancipia inducit, quorum nec innume-
rabilis multitudo ciuitatē vel rempublicā poteſt ef-
ficere. Id quod ſolertè aduertit primus Rom. Im-
perator Octauianus: quo ludos aliquando ſpectan-
te, quum ab hiſtrione pronunciatum eſſet, O *dom-*
Oroſius li. 6. c. 22. *num æquum & bonum*, populùſque quaſi de Octauia-
no dictum approbaſſet, is ſtatim manu vultuque
indecoras adulationes repreſſit, & proximo die *gra-*
uiſsimo corripuit edicto, dominumque ſe vetuit appellari
quo verbo pro libertate ſeruitutem Romanorum
videbat inferri, & cōſequenter legitimæ rei publicæ
formam deſtrui. Quam ſordidā & degenerem Ro-
manorum indolem Tiberius licet perpaululum
manifeſto Tyranno diſcrepās, ita tamen indignabā-
tur, vt ſæpiſſimè quum è curia egrederetur, probro-
ſē ad Romanorum contumelia ſolitus fuerit mur-
Cornel. Tacitus. lib. 3. murare, *o homines ad ſeruitutem paratos!* qui ſi his no-
ſtris temporibus vixiſſet, vidiſſetque Chriſtianos iſ-
iuſmodi ſcriptis in ſempiternam, eámque miſerri-
mam ſeipſos ſeruitutē conijcere, quantò iuſtius ex-
probraſſet animos *ad ſeruitutem paratos*, quantò ſto-
machoſiùs grauiſſimis ſuis edictis Octauianus iſtos
corripuiſſet, & tanquam improbos adulatores caſti-
gaſſet,

gasset, qui sua nimium sordida regum admiratione ea totis nationibus auferunt, quæ Deus & natura singulorum hominum pectoribus altissimè ab ipsa natiuitate insculpsit. Ecquid enim magis est homini cuiq; ingenitum, quàm seipsum ab iniurijs defendere? An aliquis potest ita à se salutis suæ curam abdicare, vt lupo ad se laniandum irruenti non possit resistere, & latroni iugulum suum petenti non possit repugnare? Quod ergo singulis hominibus sic inustum & ingeneratum est vt deleri non possit, id isti totis prouincijs, nobilissimis rebuspub. eripiunt, easque ita inermes rabidi magistratus libidini prostituunt, vt si is quouis lupo & leone immanior, aut latrone vias obsidente truculentior in omnium vitam & fortunas grassetur, iugulum tamen præbere tenentur, nec excipiendo vulneri clypeum obijcere licet: adeò vt si Christiani principes eo essent ingenio quo monstrum illud hominis Caius Caligula *qui optauit populo Romano vnam ceruicem, vt eam vno ictu posset abscindere*, qui cognatos & senatores promiscuè sine vllo discrimine, aut vlla causa occidit; qui trucidaturus fratrem quem metu venenorum præmunitum medicamentis suspicabatur iratè exclamauit, *etiam antidotum aduersus Cæsarem?* hæc tamen omnia sunt molliter & æquo animo ferenda. Nec enim aliter isti tanquam à Caio Caligula instituti, reges etiam Caio illi pares (nequiores enim vix esse posse arbitror) omni potestate contra rempublicam armant: hac autem iniustissimam vim & iniuriam à se depellente, tanquam Iunonis œstro perciti exclamant, *perduellionem, & Nunquid antidotū aduersus regē?* nunquid defensio aduersus principē? quasi verò respublica regem ad regale fastigium attolendo, ita à seipsa omnem defendendi se curam & cogitationem proijciat, vt hic extremis quidem

Suetonius in Calig. cap. 27. 29.

quidem temporibus possit nouis rationibus incol
mitati suæ prouidere. Quid verò si principe in c
tremis agente, quando ei de republica cogitare n
vacat, nec vacare potest, repentinus aliquis hos
rempub. inuadat, quod temporibus patrum no
strorum Romæ contigit, quum Clemente Pōtifi
Guicciard. hist. li. 20. decumbente, & iam prope expirāte, Turcica class
Barbarussa duce Ostiam appulsa est, totaque ciuit
Romana tremefacta derelictis mœnibus ad pron
mos mōtes cōfugit. Quid si principes, corpore qui
dem satis valeant, sed animo ita sunt molles & effe
minati, vt in rempublicam mentem suam nolint
intendere: sed eam patiantur foris ab hostibus in
uadi, intus ab iniustis magistratibus diripi, quod in
Gallia sub prima regali Merouingiorum stirpe,
Chilperico, Theodorico, & Childerico regibus
vsuenisse, Gallorum annales testantur. Ecquis in
a communi sensu derelictus est, vt hoc temporum
statu tollat reipublicæ facultatem sese defendendi,
suamque salutem contra externos & intestinos ho
stes propugnandi? At princeps sanguinarius, crude
lis, iniustus; valetudinario, ægro, moribundo, long
est reipublicæ damnosior; & otiosis illis atque vo
luptarijs Chilperico, Theodorico & Childerico,
immanis & ad fundendum sanguinem negotiosus
Caius aliquis, Nero, vel Heliogabalus infinitè ch
humanæ societati funestior & pestilentior. Quod
ergo in illis minutis periculis licet, in his grandibus
multò magis licet. Si fas est curare reduuiam, mul
to laudabilius est mederi brachio, & capiti; si vbi
rex ignauus est vel nihil agit, respublica potest ne
glecto rege prouidere sibi; vbi rex contra rempubli
cam dira perpetrat, quū patrias leges violat, quum
religionem Dei mortalis aspernatur, quum liberis
populis tanquam suis mancipijs abutitur; & hone
stum &

stum & glorioſum eſt reipublicæ regis amentiam cohibere, & vnius compreſſa audacia vniuerſorum ſecuritatem conſtituere. Neque enim reſpub. creatæ ſunt propter reges, ſed reges electi ſunt propter reſpub. Neque populi primò in vnum cætum confluxerunt, vt regum bonum procurarent; ſed multitudo conſociata reges elegit, qui multitudinis bono præeſſent, & commodum adiuuarent. Ergò primæ ſunt reipub. partes, ſecundæ regum. Nec vt ſeruet regem reſpub. debet ſe in certum interitus & vaſtationis periculum conijcere. neque vero hoc vnquàm auditum eſt, aut ab homine ſano commẽdatum. At vt ſeruet rempub. regis eſt certiſſimæ mortis diſcrimen generoſo animo ſubire. Id quod a multis fortiſſimis ducibus regibuſque, & nominatim a Codro Athenienſium rege factum, ad æternam nominis eorum gloriam hiſtorici monumentis prodiderunt. *Iuſti. lib. 2*

De finito regum Chriſtianorum iure, & poteſtate poteſtati reipub. ſubiecta. Quod per has partes explicatur.

CAPVT II.

1 Secunda opinio paulò ante poſita regibus contra rempub. nimium tribuens vberius refellitur, & probatur pugnare cum inſtitutione regum paganorum, qui ſemper ad iuſtè regendum obligati fuerunt, & quum iniuſtè imperitarent, è regia fuerunt maieſtate deiecti.

2 Eſt contra omnem rationem & religionem Chriſtianam.

3 Eſt contra inſtitutionem regum & regnorum Chriſtianorum, Imperatoris Germanici, regis Gallicani, Angli, Poloni: qui ad regnandum non admittuntur, niſi ſub con-

ditione & stipulatione quòd iuxta leges patriæ, iust
iuxta fidem Christi & ecclesiæ catholicè suis populis
imperaturi.

4 Refellitur opinio nouorum Caluinistarum, qui ex
sanguinis successione plenum regnandi ius proximo ha
vendicant. contra quos probatur plenitudinem & per
ctionem regiæ potestatis pendere ex consensu reipub.
datur per solennem regis inaugurationem, quod patet
praxi reipub. Gallicanæ, potissimùm in primis regibu
Hugone Capeto descendentibus, Roberto, Henrico 1. Phi
po 1. Ludouico & Hugone ipso. Vbi agitur de potestate
chiepiscopi Rhemensis in rege approbando.

5 Sic item antequam Imperium vt nunc in Germa
stabilitum erat, Imperium vel regnum Germanicum
functi regis hæredibus tradebatur per assensum reipub
maximè Episcoporum. Idem fiebat in Imperio Græco, su
& in Hispania; vbi in generalibus synodis decretum an
quitus fuit reges esse deponendos, nisi & ordine regi
thronum ascendant, & ordine rempub. sibi commis
gubernent.

6 Iuramentum subditi non eum astringit ad obedien
am regis, nisi rex vicissim legitimè & christianè imper
& reges aliter imperantes iustè à subditis depositi sunt
Anglia, Hispania, & Gallia sæpius, eáque ratione ius re
um à Carolinis ad Hugonis Capeti stirpem traductum
Hoc ipsum sæpe factum est in Imperio Græco, & nu
Poloni ob solam à regno absentiam, Henricum Valesi
regia potestate iustè exuerunt.

7 Ius omnium Europæ regum & regnorum hoc fund
mento nititur, quòd respub. possint suos reges depone
Idipsum tota Ecclesia Christi approbauit in Imperio
Oriente in Occidentem transferendo.

8 Multò magis respub. potest regi ignauo, vel malè g
bernanti leges ponere, & ne eas transgrediatur, bello,
alijs modis impedire.

9 Re

9 *Refellitur eorum absurda sententia, qui aiunt subditorum bona propriè pertinere ad regem: contra quos probatur manifesta praxi reipub. Anglicanæ, & multò magis Gallicanæ, regem absolutum esse dominum nec regalis sui ærarij vel patrimonij, à quo nihil perpetuò potest alienare sine Ordinum assensu.*

10 *Respondetur vulgari eorum qui contrà sentiunt obiectioni, qui ex Samuele Iudæis prædicente quid rex tyrannicè facturus erat, eliciunt omnia subditorum bona ad reges iure regio pertinere.*

11 *Conclusio, magnam esse potestatem regis, magnamque ei deberi obedientiam, sed tamen multò maiorem reipub.*

EDEXEAMUS ex his spinosis Philosophicæ rationis dumetis, ad latissimos peruulgatę rerumpub. consuetudinis & experientiæ campos, & in prouinciis, vel Ethnicis vel maximè Christianis, non quid populari tumultu & furore, sed quid moribus, quid legibus, quid gentium omnium ipsorumque etiam regum consensu & approbatione gestum sit dispiciamus. Neque enim quæstio hæc adeo est obscura aut implicata, quin si paulatim mentis aciem in ea examinanda defigamus, possumus eius veritatem liquidò & clarè intueri. Illud autem inprimis certò statuere & possumus & debemus, neque prudentissimas Ethnicorum nationes, in temperandis Imperiis suis a rationis ductu deflexisse, & sanctissimos Christianorum populos, in regnorum mutationibus, etiam religionem & conscientiam cum ratione & consilio cõiunxisse. Erant ergò antiquissimis temporibus, in plærisque omnibus & Asiæ & Græciæ ciuitatibus reges. Regia enim potestas, vt simplicior, & minus com-

I.

Iosue 9. 10. 11. 12. Regum potestas antiquissima.

compoſita videtur reliquas Ariſtocraticas & D
mocraticas antecelliſſe. ad illas autem homines n
ceſſitate quadam poſtea deuolutos fuiſſe probab
eſt, quum reges non publicis commodis ſed priu
tis incumbendo, eligentium eos expectationem f
fellisſent. tum enim nouis additamẽtis legum M
giſtratuum, Coſmorũ, Ephororũ, nõ definitã imi
regum potentiã alibi coercebãt, alibi penitus toll
bãt. Id quod de Græcia cõſtat, de qua ſic legim⁹ ap
Dioniſium Halicarnaſſæum, virum antiquita
ſtudioſiſſimum, nec minus in politicis rebus ver
tum. *Omnes Græciae ciuitates* (inquit ille) *initio ſub*
gibus erant, ſed poteſtea à quam eorum nonnulli abuti po
ſtate cæperunt, & in rebus adminiſtrandis non tam ra
nem, quàm ſuam libidinem conſectari, regni tædio mag
pars ſtatum publicum mutauit, in leges ac Magiſtra
omni poteſtate ac dominandi ratione tranſcripta.

Dion Halicarnaſſ. lib. 5.

Ergò penes rempub. eſt ſtatum ſuum mutare & r
ges non tam ratione, quam libidine rempub. g
rentes, ab eius gubernaculis amouere. Quod autẽ
Dioniſius de ſola Græcia aſſerit, hoc Cornelius T
citus grauis admodũ & ſyncerus author ad omn
nationes transfert: ſic enim ille. *Vetuſtiſſimi mort*
um, nulla adhuc mala libidine, ſine probo, ſine ſcelere, ill
que ſine poena aut caſtigationibus agebant. At poſtqu
pro modeſtia & pudore, vis & ambitio ingruebat, prouer
re dominationes, multoſque apud populos æternum' m
ſerunt. Quidam ſtatim aut poſtquam regum partæſum
leges maluerunt. Hæ primò rudibus hominum animis ſi
plices erant, maximeque fama celebrauit Cretenſium q
Minos, Spartanorum quas Lycurgus, ac mox Athenien
quas Solon perſcripſit. Nobis Romulus, vt libitum erat
peritauit. Deinde Numa religionibus & diuino iure po
lum deuinxit, repertaque quædam à Tullo & Anco.
præcipuè Seruius Tullus ſanctor legum fuit, quibus et

Cornel. Tacitus lib. 3.

reges obtemperarent. pulso Tarquinio aduersus patrum factiones multa populus parauit ad tuendam libertatem & firmandam concordiam. Ita Tacitus. Primò ergò ciuiles hominum societates, vnum aliquem virum bonum, qui ius ipsis diceret Regem eligebant. is quum temporis interuallo degeneraret, & non secundū rationem æquabiliter, sed ex odio, amicitia, vindictę cupidine, iniquè & factiosè ius administraret, eædem societates legibus positis à quibus non recederet, eius potentiam aliquantisper circuncidebant. Quum ne sic quidem officio fungeretur, societates aliæ eum nouis sanctionum & regularum vinculis frænarunt; aliæ penitus tollentes, nouos magistratus eius loco surrogarunt. Quæ omnia Cicero pereleganter & perpaucis ita complexus est. *Iustitiæ fruendæ causa apud maiores nostros, & in Asia, & in Europa, bene morati reges olim sunt constituti. Nam quum premeretur initio multitudo ab iis qui maiores opes habebant, ad vnum aliquem confugiebant virtute præstantem, qui quum prohiberet iniuria tenuiores, æquitate constituenda summos cum infimis pari iure retinebat. At quia non semper ius æquabile ab vno viro consequebantur, leges sunt inuentæ, quæ cum omnibus semper vna atque eadem voce loquerentur.* & alibi. *Omnes antiquæ gentes regibus quondam paruerunt, quod genus imperij primum ad homines iustissimos & sapientissimos deferebatur, deinde etiam posteris eorum prodebatur, quod & in ijs etiam qui nunc regnant manet. Quibus autem regia potestas non placuit, sed eam à se abiudicare voluerunt, non ij nemini, sed non semper vni parere voluerunt.* Ergò magistratui subesse necessarium est & naturale est, & vitari nulla ratione potest, quādiu viget hominum mutua communio, ciuilesque emendi, vendendi, coducendi, locandi,

Causa regū instituendorum.

Cic. offic. lib. 2.

Cic. lib. 3. de Legib.

& alij politici contractus. at verò huic vel illi mag
ſtratuũ generi ſubeſſe, Monarchię meræ, aut mixt
aut regibus, aut dictatoribus, aut cõſulibus, id to
liberum eſt, volũtarium eſt, & à populorũ ſenten
quod ſuis arbitrantur eſſe rationibus vtiliſſimu
ſeligente proficiſcitur; quod prudentiſſima Roma
norum reſpub. demonſtrat. vbi quum Romulu
primò ſine legibus regnans abuſus poteſtate *pro*
libitum erat (quemadmodum ait Tacitus) *imperita*
ret, ideóque à ſenatoribus conciſus in fruſta, vali
alienaſſet à regia poteſtate Romanorum animos
Liu. lib. 1. ij tamen poſt alicuius temporis interregnum, mu
torum regnantium tædio ad nouum regem ſuffici
endum propenderent, Romulòque ſex continua
reges ſuffeciſſent, quum iam potentia regis in ciui
Vera cauſa cur authoritas & nomen regiũ e Romana ciuitate ejectam ſit. tate Romana pluſquam ducentis annis inueterau
ſet, in Tarquinio Superbo poſt vigeſimũ quintum
regni ſui annum, non propter malè adminiſtratam
rempub. ſed propter arrogantiam, & non accito
ad conſultandum de rebus communibus quos reſ
pub. ei dediſſet conſiliarios, nomen regium è ciui
tate Romana funditus profligarunt. ſic enim eſt a
Liu. ibid. pud Titum Liuium. *Hic regum primus traditum a pri
oribus morem de omnibus Senatum conſulendi ſoluit, domeſ
ticis conſilijs rempub. adminiſtrauit, bellum, pacem, foedera
ra, ſocietates per ſe ipſe cum quibus uoluit iniuſſu populi a
Senatus fecit diremitque. Latinorum ſibi maximè gentem
conciliabat, vt peregrinis quoque opibus tutior inter ciues
eſſet, neque hoſpitia modò cum primoribus eorum, ſed affi
nitates quoque iungebat &* . Hæc vera cauſa & radix
fuit, cur Tarquinium regem cum liberis, Romana
ciuitas ſempiterno exilio mulctauit, & aliam deinceps politiæ formam aſſumpſit. Nam ſtuprum Lucretiæ a filio priuato, non a patre rege illatum, nec
a patre vlla ſignificatione probatum, ſed patre in
ſcientia

sciente & fortasse vlciſci volente patratum, occasio fuit potius exequendi quod priùs conceperant, quam vera & primaria causa, cur rege cum stirpe tota in exilium missò, regium imperium obliuione æterna delere proponerent. Atqui (dixerit aliquis) hoc temerè iniustèque factum est non æquitate & iudicio, imó præter particulares rationes grauissimas, eadem vis atque potestas, quæ in omnibus liberis respub. naturæ ipsius digito inscripta occultè insidet, in vna autem magis quàm in alia illustribus signis enitescit, hoc Romanorum factum abundè præstat. Semper enim illud retinuerunt Romani, vt nemo inter eos regnaret, nisi quem *regnare patres decernerent, populus iuberet*. Nec satis erat Lucio Tarquinio Prisci Tarquinij regis sobolem fuisse, nisi præterea ad regium ei diadema conferendum, expressa Senatus, populique suffragia accederent, & non inaniter Seruio Tullio obiectum est, quôd *non interregno (vt antea solebat) imito* quo de rege futuro deliberari poterat, *non Comitijs habitis, non per suffragium populi, non authoribus patribus, sed dolo & fraude regnum occupasset*. quanquam quum annos iam quadraginta quatuor, populo permittente regnasset, & moderato imperio non mediocrem populi beneuolentiã collegisset, tacitum populi cõsensum habuisse quispiam non absurdè posset interpretari. Quum ergò hæc sempiterna populi authoritas ad illud alterum adiuncta fuerit, quôd Tarquinius iste pacta cõuenta quibus ad regnum euectus est violabat, *quòd senatum contemnebat, quòd satellitum armatorum præsidio magis quã ciuium beneuolentia fidebat, quòd cognitiones rerum capitalium sine consilijs, per se solus exercebat, quòd sine iusta causa alios occidebat, alios agebat in exilium, alios mulctabat bonis, in quæ ipse inuaderet*, firmissima ratione concluditur iure

Liui, lib. 2.

Liu. vbi supra.

regno priuari potuisse, qui tam licenter conditi
nes quibus regnũ acceperat trasgrediebatur. Et qu
populus aduerteret eum occultis cuniculis à regn
legib. alligato ad absolutam monarchiá & tyranni
dem moliri sibi viam nihil, fecit nisi quod & ratio
& natura suggerebat, quum oportunis remedijs in
tentatum gladium à capite suo auertit. Quæ omni
vt in istis Paganorum respub. sunt clarissima, sic in
ter Christianos multo sunt illustriora, & maxim
perspicuis probata rationibus, & nobilissimis de
monstrata omnium sæculorum experimentis.

2. 2 Est enim ratum & fixum Theologorum axio
ma, gratia non tolli naturam, sed potius ea quę po
mò sunt nobis à summo naturæ conditore natura
liter collata dona, eadem superueniente Christi di
uino lumine magis augeri & roborari. Vnde in om
nibus naturæ officijs, in diligendis liberis, in colo
do principe, in ciuilibus mutuo dandi & accipiend
contractibus, multò rectius se gerit præter naturæ
Christi gratia adiutus Christianus, quàm sola natu
ræ bonitate adductus paganus. Eadem ergò Christi
gratia eundem hominem è pagano Christianum
incitabit ad generale reipub. bonum multo magis
quàm anteà quum paganus esset vehementissimo
studio promouendum. Neque enim (vt impius ille
Machiauellus sceleratè garriebat) Christiana reli
gio in Christianis indolem virtutis omnem debili
tat, eorumque frangit spiritus, & à rebus politicis
prudenter & excelso animo suscipiendis retardat
sed contra potius ita exacuit & perpoliuit, vt Chri
stiani hac in re, & Græcorum & Romanorum pru
dentissimos multum superauerint, vti postea ostende
detur. Præterea Christi Euangelium debitam antea
principibus paganis obedientiam non sustulit, quæ
tamen aliquam pietati Christianæ remoram & im
pedimen-

Machia. in Liuium li. 2. ca. 2.

pedimentum obiecit: quantò ergò minus Christianos populos naturali facultate sui rectè ordinandi priuauit, qua veram pietatem in seipsis magis poterant accendere, & Christi sanctissimum Euangelium longè fœlicius & latius propagare? Et quis negauerit omnia regna eò esse fœlicius & perfectius constituta, quò magis sunt ad rationis, & diuinæ obedientiæ cultum confirmata? Si enim in eo consistat hominis perfectio vt inferiores animæ vires rationi ratio summo Deo obtemperet; & generales quoque hominum societates, sunt id est respub. eò sunt magis numeris suis absolutæ, quo magis eæ a turpidine & scelerum fœditate ad virtutem & probitatem diriguntur. Pulcherime autem à principe philosophorum scriptum est. *Qui legẽ imperare iubet, imperare iubet & Deũ & legẽ, qui homini* (sine lege) *mandat imperium, admouet & bestiam. Nam cupiditas quædam veluti bestia est, & ira peruertit eos qui præsunt, etiam si optimi sint viri. lex autem mens est, nullo perturbata affectu.* Christianæ ergo respub. quæ ita certis legibus imperandi & obediendi sunt astrictæ, vt reges nisi secundum pietatem & iustitiam imperare non possint, nec subditi obedire nisi in ijs quæ iusta, pia & Christianæ sanctitati consentanea sunt, longè superant respub. vel paganas, vel hæreticas, in quibus principi sine vllis limitibus tributa est quidlibet pro arbitratu præcipiendi authoritas. Illæ enim quia ab homine reguntur ad rationis & iustitiæ normã imperante, reguntur non tã ab homine quàm a Deo; istæ quia flectuntur ad nutũ hominis, ex legis voluntate sua omnia reipub. iura commutantis, subijciuntur nõ tam homini quàm belluæ, quũ hic rector nullam aliam legem quàm cupidinem suam in moderanda repub. sequatur. Quorũ vtriusque notabile spectaculum

Reges quo magis legibus astricti eo sunt feliciores.

Arist. Polit. lib. 3. ca. 12.

culum præbet Christianorum & Protestantium r
gionum nostra hac ætate comparatio. Intueamur
Hispania & Angliæ comparatio
nim Hispanias, quo statu sunt, sub principibus, l
legum antiquarum præscriptum & Angliã; Germ
niamq. sub principibus ad suum arbitratum eas a
ministrãtibus. Illic vbi regum potestas ita tempe
ta est, vt secundum leges præsint nec antiqua patr
iura possint euertere, & religio Christianorum an
quissima, vera regnorum conseruatrix viget, & E
clesiasticus ordo floret, & nobilitas est in honore,
populus in summa pace atque otio, & vtræque resp
Hispana atque Lusitanica in oriente & Occiden
rebus glorioſissimè gestis ita imperium amplifica
runt, vt nihil veterum Romanorum gloriæ conce
dant, & maximos Asię monarchas, in Christiani n
minis admirationem commouerint, vt qui eas resp
iudicio & maturè considerauerit, facilè aduertat e
ab homine & lege, hoc est ab homine & ratione, i
soque Deo gubernari.

At in illis alijs, potissimùm in Anglia, postquam
rex Henricus excussa lege qua maiores eius omne
post regnum Christiana fide imbutum prefuerun
voluntatem suam in imperãdo sequi voluit, reipub
facies sic immutata est, vt nullum Publicæ rei vesti
gium, in eõ regno poteris deprehendere; Ecclesi
plurimæ à fundamentis excisæ, totus ordo Eccles
sticus euersus, vt sine certissima morte, *nemo sacerd*
Eliz. ab. parlament. an. 27. ca. 2.
diaconus, nulla omnino persona Ecclesiastica, in ea pro
uincia possit comparare, nobilitas antiqua partim
interfecta, partim eiecta in exilium; quæ verò illic
supersit, publicis honoribus priuata, in ignobili o
tio, & sordidis artibus cõtabescit, & paucis abiecti
homuncionibus de lapide emptis & ad immerito
honores euectis, seruire atq. adulari cogitur: plebs
verò ab eo tempore intolerãdis tributis adeò exha
sta

sta & exinanita est, vt vnus Henricus ille suo tẽpore plus ab eis exegerit, quàm oẽs superiores post Gulielemum Normanum ducem, annis circiter quingẽtis, quemadmodum fidelibus publicarum tabularũ rationibus constat. vniuersus inquam populus ita ab eo supra modum expilatus est, vt vel inuitissimi, vno anno in diuersis regni partib. quinquies ad arma magno numero maximoq. regis periculo & regni detrimẽto cõuolauerint. Religio verò quæ prę-cipua est reip. basis & ornamentũ, ita turpiter Chameleontis instar facta est in omnes formas commutabilis, vt verè Atheismum subditi illi profiteantur, quum iuramento cogantur profiteri se eam fidem vti sanctissimam suscipere, quam princeps fidei & religionis caput suo tempore illis credendam imposuerit. Quo item modo in Germania principes Protestantes alligant suos subditos ad fidem quæ cuiq. principi regionatim arridet amplectandã, & in Trãsiluania eodem iure fit, vt sub dño Lutherano subditi sint Lutherani, sub Caluiniano Caluinistę, sub Ariano Trinitario vel Samosateniano (nam hę sectę oẽs in ea regione publicè docẽtur & vigẽt) Christi Dei & beatissimæ Trinitatis hostes, quod perinde est, ac si manifestos Turcas & Iudæos diceres. Et quàm euidens est has iã non esse respub. sed nefarias hominum impiorum congregationes; illasque priores, si clarissimũ veritatis lumẽ sequimur tantũ ab istis alijs discrepare, quantum cœlum terræ, aurum ferro, ratio cupiditati, & (vt Aristot. ait) homo bestiæ antecellit. Non aũt aliũdè nascitur hæc differẽtia, quàm ab vna Christi religione quæ suis regibus necessaria pietatis & iustitię vincula circũdat vt ea nõ possint perrũpere; quum illi alij tanquã *indomiti iuuenci (vti loquitur propheta)* ab effrenato mẽtis suę impetu huc & illuc rapti omnes reipub. ordines effusè

Polus de primatu li. 3.

Chro. Ang. an. 28. Henr. 8.

Angli protestantes Atheisę.

Literæ pap. Tosseuins ad Ducissã Mantuæ an. 1585.

Ierem. 31.

effusè populentur,& in corpora animasque & co
scientias imperium pluſquam tyrannicum vſu
pēt,& non ſolum humana iura ſed diuina quoq
& æternam euangelij veritatem,ſuæ inconſtanti
mæ libidini ſubijciant, vt quod truculentus ille R
mani imperij prædo cum ſtupore audiētium ſcr
Sueton. in Caligula. ca.29. cuidam ſupplicanti iactauit, *Memento mihi omnia*
in omnes licere, id iſti exleges regnatores, non ſem
ſed perpetuò,ſi non verbis iactent,certè moribus
actionibus & tota dominandi praxi exercent. Qu
horribilis politiæ omnis perturbatio, nobilitate
Chriſtianam reſq; publicas expergefacere debu
vt dignitatis ſuæ,quam & à natura, & à Chriſti d
uiniſſima religione aſſecuti ſunt, recordentur,&
quidem anteà principibus ſuis leges non fuiſſe
poſitæ,quibus eorum comprimeretur ad publicu
excidium prorumpens audacia; nunc ſaltem his
grauibus incommodis edoctæ eos ad certam rege
di ex æquo & bono formam deuinciant; ne vni
hominis indomita libido,ad innumerabiliū hom
num vagaretur exitium & inſignem diuinæ ma
ſtatis blaſphemiam.

At vero quum leges iam olim à maioribus no
ſtris fixæ ſint, quum omnia regna Chriſtianorum
eiſdem alligata ſint,quum nulla ſit reſpub. quæ re
gem alijs conditionibus admittat, quàm vt iuſtè
ſecundum mores patrios imperet, quum prior
Chriſtiani patres noſtri, obedientiæ ſuæ erga Dei
erga rēpub. & erga reges obſeruatores religioſiſſi
mi,reges pacta conuenta tranſgreſſos, liberè offic
fui admouerint, in errore pertinacibus obedire re
cuſauerint,& vim molientes armata manu cohi
buerint; & ne ſic quidem ad ſanitatem redeunt
regio honore exuerint, alioſque eorum loco rege
ſibi elegerint;hæcque fecerint Chriſtiano orbe to
to con

to consentiente & approbante; sordidi & seruilis animi est libertatem tam præclarè nobis traditam negligere: & paganæ impietatis est quum præsentē aliorum ruinam aspicimus nostram imminentem non præcauere, sed tanquam oculis & mēte cæcos in euidēs corporis & æternum animæ exitium proruere.

3 Cicumspice enim mihi vllum Christianū Europæ principem, regem, Imperatorem, an vllus ad principatum euehitur, à quo non prius de rectè & legitimè gubernando solenne & accurrtissimè prescriptum iusiurādum exigitur ab ijs, quibus respub. vices suas regem admittendi & approbandi commisit: Imperator. quidem Germaniæ qui est summus orbis Christiani magistratus, & cui reges Christiani oēs singularē prærogatiuā tribuunt, non semel, sed iterum atque iterum, ad rectè moderandū iuramentis sacrosanctis astringitur, priusquàm reipub. administrandæ plena ei potestas conceditur. Electo enim Imperatori statim à Principibus Electoribus hæ proponuntur cōditiones: *Tueatur rempub. Christianam, Pontificem, & Ecclesiam Romanam, cuius sit aduocatus. ius æquabiliter dicat, & paci consulat; leges omnes, iura & priuilegia Imperij confirmet, facultates Imperij neque distrahat nec oppigneret, neminem indicta causa proscribat, sed iuris ordinem in eo sequatur, quod secus factum erit irritum habeatur. Hæc primò Imperatoris nomine legati eius iurant, & de ijs seruandis cautionem interponunt, literasque de ea scriptas & obsignatas singulis tradunt electoribus.* Accedit postea Imperator ipse Aquisgranum coronandus. an statim arripit supremas Imperij moderandi habenas? Nihil minus. Primùm enim magna pompa in templum deducitur, & aliquantulum in diuino Christianorum sacrificio progressus Archiepiscopus Colonienſis, cōuer-

3.

Mos eligēdi et admittendi Imperatorem.

Sleid. li. 1. an. 1519.

Iuramentū Imperat.

Ibid. lib. 2.

uersus ad Cæsarem coram infinita multitudine
gat, *An fidem Catholicam seruare, defendere Eccles*
administrare iustitiam, tueri viduas & pupillos, & an
norem debitum Romano Pontifice velit exhibere: vbi sp
pondit, *ductus ad aram conceptis verbis iurat, post ad*
lium regreditur, nec adhuc Germaniæ Imperato
nomen & honorē assecutus. Deinde enim nomi
totius Imperij, *principes præsentes Colonien. Archiepis*
pus interrogat. an fidē & obsequium ei præstare, velint.
promisso, inungitur, & mox, *Moguntinus & Treuiren*
in sacrarium abducūt. vbi diaconi more vestitum in cath
dra collocant; & post certas preces Colonienſis cum Arch
episcopi collegis euaginatum ei gladium tradit, annulum
inserit eius digito, ac sceptrum porrigit; diadema, verò sim
Archiepiscopi tres eius capiti imponunt. & inde ad ara
adductus iterum iurat se facturum boni principis officium,
tum demum, *eiin Imperatoria sede collocato, Mogun*
nus se suosq; collegas & ordines Imperij, vt verò, & legi
mo Imperatori commendat. Hæc verò tam magnifi
& illustris actio, an muta tantum est ceremonia a
stultæ plebeculæ oculos perstringendos? & no
potius viua repræsentatio stipulationis factæ inte
Imperatorem & Imperium de eo rectè Christianæ
& ex legibus procurando?

Regum verò successio etiamsi quodammodo e
hæreditaria & perpetuata ferè serie à patribus ad fi
lios descendit; tamen nec illa adeò libera est atqu
soluta, quin huius ipsius obligationis à repub. cum
rege contractæ luculenta præferat indicia. Quem
admodum enim in Gallia, quemadmodum in An
glia, vel Polonia, vel vllo alio regno defuncti regi
filius in patris. solium assumitur? Non quasi sui fun
di dominus, quo. modo Turcarū princeps mortuo
patre repentè sine vllo inducente, imperium occu
pat vt bellico iure partum; sed tanquam prædij alie
ni curator

ni curator ab episcopis & proceribus, & plebe, ad rempub. capessendam liberis votis petitus, & in defuncti patris locum surrogatus. Sic enim Galliæ rex in regnum inducitur; qui post alia quædam luculenta mysteria à superioribus illis perparum discrepantia, ab Archiepiscopo Rhemensi, in Ecclesia illa altari sistitur & postulatur, *Vt Episcopis & Ecclesijs eorum conseruet priuilegia canonica, ius & iustitiam debitam, Episcopos omnes & singulos Ecclesiasque ita tueatur, quemadmodum officium eius requirit.* quæ quum rex facturum se receperit & iureiurando firmauerit, tũ deinceps Episcopi duo, *interrogant multitudinem populi circumfusam, vtrum hunc pro rege habere velint,* quumque populus consensum suum præbuerit, tũ coràm Arciepiscopo rex *iuramento* quod *regni* dicitur (prius enim solos Episcopos attingit) ad hunc modũ se obstringit. *In nomine Iesu christi, populo Christiano mihi subiecto ea quæ sequũtur spondeo. primùm quòd Ecclesia Dei in vera pace meo præsidio perpetuò conseruabitur. Deinde, quòd prohibebo rapinas & iniustitias in omni hominum genere. Tertiò, præcipiam in omni iudicio exerceri equitatem & misericordiam, vt Deus clemens & misericors mihi misericordiam suam impertiat. Denig, bona fide laborabo pro virili meo, vt ex omnibus terris iurisdictioni meæ traditis expellam omnes quos Ecclesia hæreticos declarauit, quæ omnia iureiurando meo rata facio.*

Le Sacre du Roy de France. Iuramentũ reg. Gallia.

Nota ad quæ Rex Galliæ ex offic. regali obligatur.

Quibus absolutis post varias orationes Arciepiscopus eum inungit, & sceptrum ei tradit, & diadema regale capiti eius imponit, & denique in regalis throni possessione collocat: disertè addens: *Hæc omnia tibi tanquam vero & legitimo hæredi, authoritate omnipotentis Dei iam nunc traduntur, per nos qui hic adsumus Episcopos & alios Dei famulos; memineriſque sacerdotes tantò esse tibi magis honorandos & fouendos, quantò eos cernis magis sacris altaribus appropinquare.*

Par la tradition qua presentement &c.

Anglica-

Anglicani autem regis institutio ita ad hanc G
licanam quam proximè accedit, vt vel vna ab alt
fuisse expressa, vel vtraq. ab ijsdem authoribus c
signata videatur. Angliæ siquidem rex ad sum
Ecclesię Westmonasterien. altare apponens man
sacrosanctis Euangelijs religiosè *iurat, se tota vita*
hibiturum reuerentiam atque honorem omnipotenti D
Ecclesiæ Catholicæ, & ministris eius, se dicturum popul
æquabile, & abrogaturum omnes iniquas leges & inu
consuetudines. Quo facto, mox Archiepiscopus C
tuarien. cum vno & altero ex proceribus ad po
lum cõuersus explicat illis regis iusiurandum, q
admodum iustè & legitimè se imperaturum est p
fessus; *& tum à populo quærit vtrum tali principi se*
lint subijcere eiusque mandatis obedire: quumque illi
rere velle concordi acclamatione significauerint,
demum Archiepiscopus eodem quo prius modo
Gallicanis regibus dicitur, gladium ei porrigit,
diadema sceptrumque donat, & ad extremum,
(inquit) *& retine amodo locum fidem & iusiuran*
tuum. & simul horribili communicatione ex pa
omnipotentis Dei *præcipit, hunc regalem locum n*
cendat nisi fideliter apud se statuerit plenè obseruare,
adeo solemni iuramento se facturum recepit.

Poloni quoq. regis coronatio eodem planè r
perficitur, nisi quòd Archiepiscopus Gnesnensis
singula regni insignia quæ regi tradit, breui sem
oratiuncula explicatiùs eum officij sui, & quid ea
significetur commonefacit. Primò enim regis ad
tare vt coronetur accessũ sic eum affatur: *Quum*
die optime princeps, per manus nostras, qui Christi salua
ris vice hac in re fungimur licet indigni, sacram vnctio
& regni insignia sis susceptus, bene est vt te de onere
ad quod destinaris aliquantulum moneamus. Regiam
die susçipis dignitatem. & regendi fideles populos tibi co
mi

Iuramentũ reg. Angli. Hist. Ang. in Richar. 1. & 2.

Holinsh. hist Angl. pag. 476. & 1005.

Alex. Guagnin. rerũ polon. to. 1. pag. 276. &c. Oricho. in Chimera fo. 90.

missos curam sumis, considera quod omnis potestas a Domino Deo est, per quem reges regnant & legum conditores iusta decernunt &c. proximè post vnctionem quum gladium ei porrigit. *Accipe* (inquit) *gladium desuper altari sumptum per nostras manus licet indignas, vice tamen & authoritate sanctorum Apostolorum consecratas, regaliter tibi concessum, nostræque benedictionis officio in defensionem sanctæ Dei ecclesiæ diuinitus ordinatum, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum &c. per quem sanctam Dei ecclesiam, eiusque fideles propugnes atque protegas.* Vbi corona regali caput, & sceptro manus eius exornat, ad priorem, *Accipe* (inquit) *coronam regni, quæ episcoporum manibus capiti tuo imponitur, In nomine patris & filij & spiritussancti, qua sanctitatis gloriam & honorem, & opus fortitudinis intelligas significari; & per hanc te participem fieri ministerij nostri non ignores, vt sicut nos in interioribus pastores animarum intelligimur, ita tu (exterius) contra omnes aduersitates, Ecclesiæ Christi, regnique tibi à Deo dati defensor existas*: ad posterius sceptrum videlicet, *Accipe* (inquit) *virgam virtutis atque veritatis, qua intelligas officium tuum esse, mulcere pios, terrere reprobos, errantes viam docere, lapsis manum porrigere, disperdere superbos, & releuare humiles. &c.* denique augustam hanc corationis cæremoniam concludens, quum regem in solio regali constituit, eodem modo Archiepiscopus hic Gnesnensis suum Polonum, quo Rhemensis Gallum, & Cantuariensis Anglum regem alloquens, *Sta* (inquit) *& amodò retine locum tibi delegatum per authoritatem omnipotentis Dei, & per præsentem traditionem nostram, omnium scilicet episcoporum cæterorùmque Dei seruorum; ac quantò clerum sacris altaribus propinquiorem perspicis, tanto ei potentiorem in locis congruis honorem impendere memineris, quatenus mediator Dei & hominum Christus Iesus, te mediatorem cleri & plebis, in hoc regni solio confirmet.* Iusiuran-

Vsus gladij regalis.

Rex particeps ministerij sacerdotalis.

Alexan. et Oricho. vbi su. pa. 288 & fo. 106

Authoritas regia apud Christianos cõfertur per episcopos.

Iuramentū regis Poloniæ.

dum autem regis istius prorsus conuenit cum superiore Germani Imperatoris & aliorum reg *Promittit enim coram Deo & Angelis eius, legem, iust & pacem Ecclesiæ Dei, populoque sibi subiecto, pro pos facere & seruare, Ecclesiarum pontificibus condignum canonicum honorem exhibere.* &c. in fine autem e catè ponitur, *si (quod absit) iuramentum meum viol ro, nullam nobis incolæ regni obedientiam debebunt. Deus adiuuet & hæc sancta Dei Euangelia.* Illud ver lentio non est prætereundum, quod prius in al coronatione annotauimus, hunc quoque reg primò iuramētum præstare de iustitia (quemadm dum diximus) colenda, deinde verò *Mareschallus gni alta voce à Senatu & Nobilitate rogat, vtrū hui principi se velint submittere.* quibus se velle respon tibus, ita demum Episcopi reliquas cæremonias soluunt. Quæ facilè euincunt directam & pe cuam esse stipulationem, conuentum, & pact inter reges Christianos & populos, primoque stringi fidem regum ad iustè & Christianæ imp dum, deinceps sequi obligationem populi ad leg mè obediendum. quibus ex iuramētis & regia testati adiunctis conditionibus, constat Christia rum omnium regna, iustitiæ & æquitatis, potiss autem religionis & fidei regulis sic esse subiect quemadmodum propterea Rex à repub. pot regali induitur, ita quando ea deficiunt, ve Christianæ Rex vocandus non est, sed nom tantùm communione, quemadmodum pict vel ex ære fusum hominis simulachrum appell homo.

Bodin de la Repub. lib. 2. c. 5.

Theuet Cos mog. vniuersel. 20 ca. 4.

4 Et hæc quidem latissima sunt, si cum hom bus moderatis ageretur. Sed quoniam hoc tem re emergunt mōstrosæ quædam creaturæ veter Centauris similes *partim homines, partim bestiæ,* no

quidem Catholicorum præ se ferentes, sed reuera præfracti & impudentes Caluinistæ, qui vt contra vniuersalem omnium Christianorum nationũ morem, sui generis Caluinistam hoc est profligatissimũ hæresiarcham Gallicani regni spolijs amplificent, ista omnia quæ de regũ inauguratione diximus aspernantur; paulò diutius in hac re insistendum est, & quid contra hæc afferant paucis expendendum. Sic aũt illi *Sciendum est in regnis Christianorum quæ successione à patribus ad liberos veniunt, quale est inter alia Gallicanum, regem perpetuò viuere; ideoque successor verus est & legitimus dominus, priusquam coronatur. & coronatio nihil est aliud quam declaratio vel significatio & nota honoris atque maiestatis prius per naturam & legem acquisitæ. ideoque fatendum est regem ideò coronari quia est rex. nõ ideo esse regem quia coronatur. Neq; vero aliqua lex regni huius impedit, quo minus rex Nauarræus dia demate Gallicano fruatur, etiamsi permaneat in sua religione* Caluiniana. Hæc illi. vbi quòd dicũt hæresim nõ impedire quò minus quis Christianorum hominũ Rex efficiatur: id quàm falsum est aliàs demonstrabitur. quòd autem de coronatione dicitur, id quia huius est loci, idcircò hoc loco est examinandum. & quam eius quærimus vberiorem refutationẽ quàm ipsam coronationis efficacissimam actionem? Quid enim Catholicus iste Caluinista? proximus hæres verus est Rex priusquã coronatur, & coronatio nihil est aliud quam nota & insigne eius, qui iam antea perfectus erat rex. Quid autem ordo coronationis, hoc est generalis omnium Gallorũ, imò omniũ Christianorum, Episcoporum, procerum & populi vox? *Regia* (inquiunt ad regem) *potestas tibi non est à natura, à generatione sola, sed nunc tibi traditur per episcopos omnipotentis Dei authoritate.* Illi totum attribuũt sanguini, vt si quis defunctũ regẽ proxima sangui-

Apolo. Cathol. parte 2. pa. 111. 112.

Cap. 4. 5. & 7.

Ius regium non est positũ in sola sanguinis proximi successione Sup. fo. 48

nis cognatione attigerit, is statim sine controue
vllisque populi Christiani suffragijs rex necessa
statuatur. At quid respub. tota in hac augusta in
gurationis cæremonia? Quum Episcopi quærun
multitudine astãte quę personã populi totius re
sentat, vtrũ hũc talẽ *regẽ suum habere velit*, magn
stè significat & si multùm insit in sanguinis cõ
ctione, populi tamen iudicium & voluntatem
intercedere; adeò vt si is qui proximus est gene
defunctis parentibus, improbitate, nequitia, m
mè autem perfidia, apostasia, hæresi, sit alien
mus; tum esse in potestate populi, vt quemadm
dum regio sanguini proximos, eosq. regno gen
do idoneos, *reges suos habere velit*; sic eosdem p
pter infanda vitia hæresimque turpissimam re
administrando ineptos, *reges suos habere nolit*. Q
autem isti seditiosè cauillantur, has regibus
positas sponsiones & vincula, totamque coron
di cęremoniam, nuper esse introductam Episco
rum fraudibus, antiquitus autem reges fuisse l
riores; in eo vt in reliquis Euangelij sui capiti
labuntur imperitissimè. Si enim memoriam a
quitatis vltimam replicare volumus, postqua
militaribus & tumultuosis populi electionibus
certum ordinem regum Christianorum institu
redacta est, nemo vnquã Rex factus est, à quo p
respub. & ecclesia hanc sanctam professionem,
que firmissima iuris & religionis forma deinc
non exegerit. Narrant Chronographi Galli ante
nos qningentos tempore Henrici I. fuisse in bib
theca Bellouacensi librum quo continebatur
antiquus sacrandi reges Galliæ: qui mos valui
que ad Philippum primum, post quem form
nonnihil est immutata. Antea verò rex ille ad re
hoc modo admissus est. Post missam inceptã, Ac
episc

Vbi sup. in Apologia Cath.

Mos antiquus sacrãdi reg. Gal. an. 1059. Theuet Cos. mog. vniuersel. l. 15 ca. 2.

Belfor. li. 3 ca. 20. Papirius Massonus Annal. lib. 3. pa. 215.

episcopus. Rhemensis *recensere solebat, et explicare regi multa capita* partim quæ pertinebãt ad fidem Catholicam, partim quæ attingebant mysteria suæ consecrationis; quę rex magna cum deuotiõe debebat recipere, tanquã diuinitus ordinata; simulq. querebat, Archiepiscopus vtrũ ijs fidẽ adiũgeret, & vtrum statuisset apud se, in æternũ defendere ac tueri fidẽ Catholicã, seque aduersatiũ opponere hæreticis malè de Ecclesia Dei sentiẽtibus. Cui quũ rex respõdisset se velle mori omnesq. suas opes ac vires impendere ad cultum & defensionem diuinorum mysteriorũ, quæ reges sui maiores crediderũt & tenuerunt, hoc totum quod Archiepiscopus ei proposuerat scripto est exceptum, & manu regia consignatum, & mox iusiurandum hac forma verborum adiunctum. *Ego N. Dei gratia mox futurus rex francorum, in hoc die ordinationis meæ polliceor coram Deo & sanctis eius quòd seruabo priuilegia canonica, iustitiamque & ius vnicuique prælato debitam, vosq; defendam Deo iuuante quãtum potero; quemadmodum Rex ex officio in suo regno defendere debet vnumquemque Episcopum & Ecclesiam; & administrabo populo iustitiam & leges, vti ius postulat.* Hoc deinceps iuramentum perscriptum Rex tradit Archiepiscopo Rhemensi coram alijs Archiepiscopis Abbatibus, principibusq. & proceribus. Ad extremum Archiepiscopus Rhemensis in manus accipit crucem S. Remigij, & coram tota multitudine regi declarat, quò ad eum pertinet electio & consecratio regum; in quarum vtriusque possessione fuerunt Rhemenses Archiepiscopi à tempore primi regis Christiani Clodouæi; & quod ius illis postea cõfirmatum erat per pontificem summũ Victorem; id quod Rex item agnoscit, & rursus cõfirmat. statimque cũ assensu Henrici patris illic præsentis Archiepiscopus Rhemensis, *eligit Philippum filiũ in regẽ Gallorum.*

Ius Archiepisc. Rhem. in sacrãdo Rege Frãcorum.

Esteut. Philip. en & pour Roy de France.

rum. deindè assenserũt Archiepiscopi, Episcopi, Abbates: tũ principes, Duces, Marchiões, Comites: extremũ clerus & populus vna voce clamãt, *Nos regem approbamus, nos eum volumus, fiat noster Rex,* Hæc est antiqua Gallos reges sacrãdi & in regio lio cõstituendi forma, à primo Clodouæo vsque Philippum I. continuata: quæ etiãsi non semper quoad ciuitatẽ Rhemen. aut etiã quoad Archiepcopum obseruata sit, vel quia per externa aut intestina bella & varias galliæ in diuersa regna partitiones eiusmodi iura intermissa sunt, vel quia aliquando Romani Pontifices in Galliam venientes munere functi sunt, vel quia ciuitate Rhemensi Episcopo excommunicato, nec locus, nec persona erat ei officio peragendo idonea, vel quia Episcopus in illa Ecclesia deerat, vel quia imminentes tubæ celerem regis coronationem requirebant, veriam quia varij motus & tumultus in repub. concitati ne Rhemos securè accedi posset impediebant, & vt alius quàm Rhemensis Primas officium illud perageret effecerunt, tamen illud fuisse semper ius Ecclesiæ Rhemensis, Ludouici (qui Philippi filius erat) historia demonstrat. Quum enim Philippo patre mortuo, de successore statuendo simulatio & contentio inter proceres inciperet exoriri desecere (neque enim proxima cognatio sine ordinis assensu ad regiam sedem obtinendam satis erat) *Ludouicus autem Philippi filius, quoniam in adolescentia Ecclesiæ amicitiam liberali defensione promeruerat, pauperum & orphanorum causam sustentauerat, tyrannos potenti tute perdomuerat, ad regni fastigium à bonis expetebatur, sicut mali & impij eum excludere volebant,* hanc ob causam consulti proceres decreuerunt, potissimum *suadente sapientissimo Iuone Carnotensi Episcopo,* vt tranquillitatem reip. procurandam, & *refellendã*

Nouv. l'ap. prouons, nous le voulons, soit fait nostre Roy.

Aimoin. de gest. Francor. libr. 5. cap. 49.

piorum machinationem quàm citissimè, Aurelias conueniãt & Ludouicum regem coronare festinent. Hoc enim controuersiam omnem tollebat, & ei plenam gubernãdi regni tradebat potestatẽ. Quare *Senonens. Archiepiscopus cum alijs permultis* (sed absente Rhemensi) *sacratissimæ vnctionis liquore delibutum regem, abiecto sæcularis militiæ gladio, ecclesiastico ad vindictam malefactorũ accingens diademate coronauit, nec non & sceptrum & virgam, & per hæc ecclesiarum & pauperum defensionem, approbante clero & populo tradidit.* Quæ historia luculẽter docet, etiamsi in proximo sanguine magna fuerit ad regnum adipiscendum prærogatiua, tamen eã dignitatẽ propriè per Episcopos cũ cleri & ordinũ approbatione tũ demũ conferri, quum rex coronatur, id quod vt à primis regibus ad Philippũ hũc eiusq. filiũ durauit, ita deinceps etiã ad hodiernũ diẽ, in regũ coronatione elucet. *Cæterum* (vt in historia progrediamur) *nondum post celebrationem diuinorum rex ornamenta solennia deposuerat quum nuncij à Rhemensi ecclesia veniunt, authoritate Apostolica, si tempestiuè venissẽt, ne regia fieret vnctio interminantes. Dicebant siquidẽ illud coronandi Regis officiũ ad ius ecclesiæ Rhemensis pertinere, eamq; à primo rege Francorũ Clodoueo, (quem baptizauit S. Remigius) hanc prærogatiuã illibatã & inconuulsam tenere,* ideoq. si Ludouicus ordine, si legitimè, si moribus ecclesiæ & reip. Gallicanæ in regiũ thronũ vellet ascendere, attendendũ esse Archiepis. Rhemensis assensum, & accipiẽdã ab eo inunctionẽ. Quanquã aũt & temporũ angustiæ, magnæq. necessitates, & sanctorum virorum authoritas, qui quod agebant à Rhemensi præsule ratum habendum cõfidebant, rem gestam probabiliter excusaret; tamen iuxta antiquos mores, aliter fieri debuisse, aliudque postulasse Ecclesiæ Rhemensis *prærogatiuam*; & Rhemensium expostulatio, & regis tacita assentio, *si quidem*

Regũ gladius est ecclesiasticus cura ab ecclesia & ad ecclesiæ bonum atque defensionẽ traditus.

Belfo. li. 3. ca. 35. Æmil. l. 5 in Ludoui. 9 ge 39. vt de Iuonem epist. 70.

dem nuncq illi tempestiue venissent, satis clarè significa
Quod quanquam Episcopi illic congregati nõ sin
pliciter admittunt, tamen neminem vnquam pu
Clodouæum Christianum Gallorum regem ad i
giam dignitatem ascendisse, nisi qui per Episcop
& Archiepiscopos sacratus fuisset & per populu
approbatus, egregiè clarissimisq. argumentis in su
ad Rhemen. responsione ostendunt, & continua
regum posteriorũ Capetianę stirpis historia euide
tissimè declarat. Nã de ipso Hugone Capeto cun
& personale ius totum, & hæreditarium quoq. n
gnandi ius quod ad posteros trãsmisit, ab episcopo
rum procerũ plebisq. consensu manauit, nemo po
test ambigere. Idemq. Capetus nõ ignorans quant
vis esset in ordinũ cõsensu ad regẽ perficiendũ, ip

Æmil. l. 3 in Roberto rege 36.

viuens Robertũ filiũ regem cooptauit, eumq. *se vi*
te sacrandum curauit; ne in nondum firmato regno, si p
sua fata id differretur, exoriri posset in tanta mort alũ
piditate regni vel scelere, vel virtute petendi nouarum re

Belfor. li. 3 ca. 2. anno 1027.

moles. Robertus quoque ætate iam ingraueſcent
eadem qua pater ratiõe adductus, partim etiã qu
videbat vxorem studere, vt filius minor natu maio
in regni successione ante ferretur, generalẽ ordi
conuentũ indixit, *secutus laudabilẽ maiorum suorũ co*
suetudinẽ quibus proposuit se valdè cupere & desiderare
antequã ipse ex hac vita migraret filius eius Henricus Re
coronaretur. Cui regis desiderio ordines regni authoritat
dederũt, atq; ita viuente patre Roberto, Henricus I. sacra

A quoy le conseil des deputés de la nation consentit.

est. Optimus quidẽ fuit iste rex Henricus, & vt pat
Robertus, iustè sanctèq. regnũ hoc gubernauit, ne
vlla suberat causa cur suspicaretur populũ minu
fore filio quã sibi patriq. & auo fuerat obsequent
nec verò regiæ successionis ius ignorabat, & tame
quũ iã seneſceret, cõuocato Parisijs ordinũ concil
allato in cõspectũ oĩm filio suo Philippo, sic eos a

locutus est.

locutus est. *Hactenꝰ charissimi amici, ego vobis fui caput nobilitatis & militiæ vestræ, nunc verò sentio me ætate & corpore ingraueſcere, vt diu in hac vita vobiscũ nõ sum futurus: ideoque vos oro si vnquam me amastis, eũ nunc in præsentia amorem & charitatem mihi exhibite, consentiendo vt hic meus quem præsentem videtis filius vestimentis regalibus induatur, & vt postquàm Rex Galliæ coronatus est, vos ei fidelitatem iuretis & promittatis obedientiam atque subiectionem quandiu vixerit.* Quumque singulos separatim interrogasset, ijque promisissent, tum demum Rhemos ventum est; & ibi cæremonia coronationis paracta quemadmodum modò explicauimus. Hic autem Philippus rex propter infames cum Comitis Andegauẽsis vxore, sua ipsius superstite nuptias, multos annos excommunicatus est à pontifice Vrbano 11. Gallo, & diadema regium ei ablatum. Mortuo autem Vrbano, Belgici quidam episcopi rursus Diadema capiti regis imposuerunt, sed molestissimè ferentibus Gallię episcopis & conquerentibus de Belgarum impietate, *quasi moriente pontifice, iustitia quoque sententiæ contra eum datæ moreretur*; aut quasi non æquum fuerit vt rex ille Gallicani regni careret diademate, quoad Christianis legibus se submittendo, ecclesiæ pastori & disciplinæ de tam nefando scelere & diuini iuris transgressione satisfeciſſet. Quũque ad vitæ vsque finem iuxta plerosque historicos, in hac impietate persisteret, filium regem non potuit viuens sibi surrogare; ideòque eo mortuo & maiores erant in regno motus, maiusque periculum ne Ludouicus filius à paterno regno excluderetur, quod tamen, vt iam ostendimus, Episcoporum maximè diligentia, celeriter ab eis in ciuitate Aureliarum vnctus & coronatus obtinuit. Qui Episcopi quum Ecclesiæ Rhemensi quod eum regem Aureliis constituerant & inunxerant conquerenti,

Guilielmus Nangiacus an. 1059. Belforeſt li. 3. ca. 20

Quando obedientia & fidelitas regi debetur.

Iuo epist. 51. apud Paul. Æmilium. vide Iuonẽ epist. 134.

Belforeſt lib. 3. cap. 42. Æmil. lib. 5. in Lud. iuniore rege. 40. & in Philippo 2. rege 41.

Ivo in epist. 70. querenti, ratione facti sui reddunt, *iure* (aiunt) *in regem fuisse consecratum*, non tantum quod *iure hereditario ei regnum competebat*, sed etiam idque multo magis, quia *eum consensus episcoporum & procerum iam pridem elegerat*. Ludouicus autem iste suo pericu edoctus, filium hæredem Ludouicum Iuniore antequam ipse moreretur auorum exemplo co uit legitimè in ecclesia Rhemensi vngendum. Qu item Ludouicus, erga filiũ suum Philippũ II. pr stitit. Quæ singula euidenter probant non esse ve & perfectum in Gallia regem, quem reipub. vox suffragatio in eo coronationis actu regem suum ad miserit & probauerit. Non quòd putẽ reges G lorũ simpliciter istis suffragiis eligi, aut quòd ne eosdem hereditaria sanguinis agnatione succede sed quòd asseram iuxta omnium Christianorum liberarum rerumpub. atque regnorum naturam morem, proximos hæredes debere confirmari, a probari, plenamque possessionem & iurisdictio nem accipere à repub. ad quam semper spectat, quis natura stultus aut insanus, si vel corpore v animo monstrum, etiamsi idem generis necessit dine sit proximus, eum tamen quia regere non po test, sed tantum destruere, ab assumendo regis of cio repellere. Idem nimirum ius habent Gal principes regni hæredes à natura, quod Imperato res Germanorum ab electione, idem quod ex spon salibus mariti ad vxores Vt autem Imperator el ctus non ex electione, sed ex coronatione ius Imp rij regendi assequitur, & vir non ex sponsalibus fa ex matrimonio solenniter contracto verus coniu efficitur; nõ aliter hæredem Galliæ, reipub. Gallic næ sponsum, in sacro coronationis actu vbi expre mutuus est vtriusque partis cõsensus, è sponso ver tanquam maritum, & coniugem, & regem reipub eu adeq

Quale est ius proximorum regni hæredũ ante coronationem.

euadere, necessariò dicendum est, & quicunque aliter regnare vult, esse adulterum non maritum, esse tyrannum non regem, esse inuasorem non successorem, maximè si ab antecessorum suorum fide & religione discesserit. Nam in Christianis vt episcopis ita regibus quoque illud Nazianzeni verissimum est: *Propriè successor est qui non minus in fide, quam in throno succedit. qui autem contrariam fidem amplectitur, aduersarius quoque in throno censeri debet, & rem ipsam veritatemque successionis non habet, nisi fortasse quis ita successorem dicat, quemadmodum morbum sanitati, tenebras luci, tempestatem tranquillitati, & dementiam prudentiæ,* & hodierno die in Imperio Græciæ Amurathem Turcã Cõstantino Christiano, eadẽque in ciuitate summũ Mahometanæ religionis præsulẽ Iohãni Chrysostomo, & in tota Asia Africáque Mahometismũ Christianismo *succedere dicimus.* Neq. enim vnquã aliter Nauarræus S. Ludouico aut Hugoni Capeto, vel rex quicũq. Frãcus, sine sacro coronationis officio, quo eadẽ cũ maioribus illis fide se imbutũ testatur, illis regibus antiquis succedere potest.

Nauarræus nunquam potest esse successor veterum Galliæ regum.

Nazian. ora. in laudem Athanasii.

5 Quod autem in Gallia valet, idem quoque in Germania valuit, antequam Imperium vt nunc est, in ea natione fuisset stabilitum. Eius enim Imperij originem qui faciunt antiquissimã, eam attribuunt Gregorio 5. Põtifici, à quo hæc Imperatorũ per Septẽuiros electio fũdata est, primusq. Otho III. iuxta ordinẽ eũ electus est Imperator. Antea verò nũ Imperatores suo nutu inuadebant imperiũ, & nõ potius accipiebant ab aliis traditũ, idque eum in finem vt ecclesiam ab hæreticis & prophanis hominibus defenderent? Imò hoc docent testes veritatis historici fidelissimi. Henricus enim primus, *optimus & maximus* Germaniæ rex, quanquam *viuus Germaniæ regem designasset Ottonem filium, omniumque Francorum*

5.

Ann 995. Reges Germanicvanta Imperiũ ibi constitutũ quẽadmodum ad regendũ assumpti.

Vvitichindus gestor. Saxonicorum lib. 1. in fine. ann. 936.

Imperio

Imperio præfecisset, cui etiam reliquit magnum latum
Imperium non a patribus sibi relictum, sed per semetips
acquisitum, & a solo Deo concessum, tamen quum
functo patre regni possessionem adire debebat,
quisgrani in basilica rebus omnibus ad eius co
nationem instructis, procedit in medium Arch
piscopus Moguntinus vnà cum rege, & popul
alloquens; En (inquit) *adduco vobis a Deo electum*
a domino rerum Henrico olim designatum, nunc vn
cunctis principibus regem factum Ottonē. *Si vobis ista*
ctio placet, dextris in cælum leuatis significate. Quumq
populus dextras in excelsum attollens, *nouo Duci p*
spera omnia magna acclamatione fuisset precat
mox ab episcopo ducitur ad altare, *super quod in*
nia regalia posita erant, gladius cum balteo, chlamys c
armillis, baculus cum sceptro & diademate. Sumensq
piscopus ab altari gladium cum balteo conuersus ad rege
Accipe (inquit) hunc gladium quo eijcias omnes Christi a
uersarios, barbaros & malos Christianos, authoritate di
na tibi (per episcopos) tradita, omni cum potestate totius I
perij Francorum ad firmissimam pacem omnium Christi
norum. Vtque breuis sim (tota enim cęremoniā p
parum à vulgari regum coronandorum more p
steà vsurpato discrepat) reliqua insignia pari mod
episcopus ab altari tanquam à Christo accipiens r
gi tradit, adiiciens explicationis gratia, regem ill
singulis perpetuò admoneri aliàs *vt zelo fidei ferv*
at, aliàs *vt paterna castigatione subiectos corripiat*, p
mumq; Dei ministris, viduis ac pupillis, manum miseric
die porrigat: Denique ad extremum *rex perfusus ol*
sancto, coronatur diademate aureo ab episcopis, & ab ei
dem ad solium regale ducitur, in eoque collocatur.

Ibid. lib. 2. in initio.

Constanti. Manasses in annalibus in Irene. pag. 159.

Græci quoque Imperatores etiam si hos inuen
di ritus non haberēt, eorumque electio multo ma
gis erat confusa & perturbata, vt qui sæpè à milit
bus,

bus, sæpè a populo, aliquando a senatu, aliquando factione paucorum hominum, non nunquam à fæminis palatinis, non nunquam à spadonibus & Eunuchis creabantur, nec rarò mera tyrannide Imperium inuadebant, semper tamen antiquitus Patriarchæ tantus honor tribuebatur, vt Imperatores ei de religione Catholica primo satisfacere debuerint, priusquam legitimi Imperatores haberi possent. Ante annos plusquam mille, quum Zenone mortuo eius vidua Ariadne, summoto fratre mariti Anastasium Imperatorem designandum curasset, quoniam is Patriarchę Euphemio de fide suspectus erat, Patriarcha ei fortiter restitit, nec prius eum coronare voluit, quam *Anastasius graui iuramento in scriptis relato confirmasset, fidem Catholicam se inuiolatam seruaturum, neque quicquam rei nouæ suo tempore in ecclesiam illaturum, nec non Chalcedonensem synodum ex animi sententia tribus reliquis, Nicenæ, Constantinopolitanæ, Ephesinæ additurum.* Magnæ enim fuerunt eo tempore multorum cõtra illud recentius Concilium, vt nunc contra Tridentinum contentiones, à quorum sententia Anastasius putabatur non abhorrere, ideoque istud de eo Cõcilio approbãdo maximè vrgebat episcopus. Anastasius autem his *conditionibus consensit, easque in scriptum retulit.* atque ita demum Euphemius, *chirographo accepto quo Anastasius se amplecti ecclesiæ dogmata, & Chalcedonensis concilij decreta omnia seruaturum esse profitebatur, coronat hominem.* Nec alio modo Imperator factus est Michael Curopalates, vel Rangabis; quem etiam si Senatus & exercitus Imperatorem nominasset, patriarcha tamen Nicephorus admittere recusauit, priusquàm *chirographo suo promisisset se nulla ecclesiæ statuta violaturum; neque Christianorum sanguine manus contaminaturum.* Quoniam enim nuper defuncti Imperatoris tyran-

Potestas episcopi Cõstantinop. in admittendis Imperatoribus Græcis.

anno 524. Nicephor. lib. 16. cap. 24. 26.

Euagrius li. 3. ca. 32.

Zonaras To. 3. in Anastasio Dicoro.

Ibid. in Michaele Rãgabe, anno 820.

tyrannici Nicephori filium Stauratium relicto Imperio ad monasticam professionem coegerant, ne sine causa timebatur, ne Michael multorum veterum regi fauentium sanguine, nouum suum Imperium constabiliret. Multisque post annis, valde iam patriarcharum potestate imminuta & regum tyrannide aucta, quum interfecto Nicephoro Phoca Imperatore, Ioannes Zimisca eius locum occupasset, ad ecclesiam pergeret diadema suscepturus, Patriarcha Polieuctus *eum tanquam cæde pollutum ecclesiam non est passus ingredi.* Et quanquam Imperator obiceret, cædem suis manibus non fuisse patratam, neque vero mandato suo, sed Augustæ potius; tamen patriarcha eum admittere noluit, nisi prius pollicitus retur velle se & *Theophanonem* Augustam priorem Imperatoris vxorem, quæ cum Ioanne in mariti necem conspirauerat, regia *pellere & relegare, & Nicephori percussores in exilium agere, & abrogare legem Nicephoro latam,* qua ille sanxerat; *Ne quis pontifex inscio designaretur: & deniq; pro cæde Nicephori pœnas patriarchæ iudicio infligendas subire. Quæ ille omnia facturum pollicitus; & reipsa statim missis satellitibus Theophanuem regia eduxit, legem antiquauit, Nicephori interfectores vrbe expulit, & quia ipse cædis particeps fuerat, quas prius tus opes habebat se pauperibus distributurũ promisit: atq; demũ simul in ecclesiã admittitur & diademate ornatur.*

Zonaras ibid. in Ioanne Zimisca. Glycas in Annalib. part. 4. pa. 433.

Anno 974.

Sed vt Græcos omittamus, & reueniamus ad Gallos & alios ijs vicinos quorum indoles est Orientalibus populis generosior, & natura ferenda tyrannide multò alienior, ij nunquam vllo sæculo reges habuerunt, nisi qui certis legibus, certis conditionibus imperarent, & quas non nisi cum status sui periculo possent violare. Ita apud Cæsarem rex Eburonum fatetur *sua esse eiusmodi in subiectos Gallos imperia, vt non minus haberet in se iuris multitudo*

Cæsar. de bello Gall. lib. 5.

(si pacto

(si pacta & conuenta regni infringeret) *quàm ipse in multitudinem.* Idemque author narrat Vercingetorigem Aruernum *qui totius Galliæ principatum obtinuerat, eò quòd regnum appetebat*, ita nimirum vt suo vnius nutu & volũtate omnia regeret, *a ciuitate sua fuisse interfectum.* Ita paulò ante religionem Christianã in Gallia receptam, *quòd Childericus* Clodouæi primi Christiani regis pater, *quum regnaret super Francorum gentem, nimia erat in luxuria dissolutus, & eorum cæpit filias stuprosè detrahere, Franci ob hoc indignantes, de regno eum ejciunt.* quem etiam interficere cogitabant, nisi is celeri in Turingiam fuga vitæ suæ consuluisset. Et ex omnibus Annalibus ediscimus eam fuisse antiquissimam Germanorum consuetudinem (è quibus oriundi sunt Franci) vt reges quidem semper haberent, eosque *ex nobilitate sumerent, sed eis nunquam infinitam aut liberam potestatem darent.* Et putabimus Christianos in maiores se angustias obediendi quibusuis perditis & nefarijs tyrannis coniecisse, & minus quàm maiores eorum Paganos honestati & religioni prouidisse?

Ibid. lib. 7.

Gregorius Turon. in historia Francorũ, lib. 2. ca. 12.

Corn. Tacitus lib. de morib. Germanorum.

Certum est itaque siue Paganorum siue Christianorum iura consideremus, Gallorum regem sine ea quam inauguratus præstat obligatione, legitimũ regem non esse. Nec tamen (quod supra admonui & iterũ repeto) in sãguinis gradu nihil esse dico. est quidẽ regis hæres proximus defuncto, princeps vel etiam in aliquo gradu rex ante coronationẽ; saltem si talis sit, eiusmodi moribus Christianis præditus, vt possit regnũ gubernandũ suscipere. Est vt loquũtur historici peritiores Galli, rex *designatus*: cęterùm rex plenus & perfectus non est, regni possessionem non est adeptus, nec regio iure potest imperare. est tantũmodo rex *designatus*, hoc est rex inchoatus, rex imperfectus, est rex hominũ opinione & spe, re vera, actu &

Aimoinus. Belforest.

actu & expletè, antequam populi libera suffragatio accesserit, rex dici non potest. contra qui si regnum inuaserit, tyrannus est non rex. & fortassis vnus est nec vltimus coronationis finis, legitimus rex à populo volente ascitus, a nefario tyranno suopte nutu regnum inuadente distinguitur. Quòd si mos iste multo esset quàm est recentior, si per septingentos, aut sexcentos, aut quingentos, aut quadringentos tantũ annos in Gallia inleuisset, quũ tamen sancto Ludouico Catholicoo Christianissimo (a quo isti hæretici suo regi hæreco & Christiani nominis hosti ius omne deriuat multo sit antiquior; eum ita deuinctum & alligatum tenet, vt sine eo rex Galliæ, iure nunquam liberi possit, nisi tamen alio iure quàm maiores regnum hoc voluerit occupare, quod certè aliquàm tyrannicum esse non potest. Ipse enim S. Ludouicus profitetur, non minimam partem giæ potestatis ab hac consecratione pendere, eaque legem (vt rex non nisi per ecclesiasticum misterium ad regnum assumatur) esse lege hæreditariæ successionis etiamsi eam vel à primo vsque Hugone Capeto traduxeris, & multò antiquiorem, minus efficacem & firmam, regique perficiendam non minus necessariam.

Rex absque solenni coronatione regnum inuadens, est potius tyrannus quàm rex.

Vide Belforest lib. 4. ca. 1.

Regibus autem Hispaniæ nemo ignorat, à primis reipub. eius initijs post Romanos expulsos, hoc idem tum sua voluntate, tum ipsa reipub. ordinatione fuisse impositum, vt iustitiæ & religioni fuerunt subiecti; eosque reges semper professos, se ita tuturos reipub. illi imperasse. vt seruierint etiam, & quum vtriusque & regis & reipub. salute agitur, reipub. partes esse potiores, eiusque in rege instituendo voluntatem quæ per episcopos in consecrandi ritu declaratur ita requiri, vt absque eo nefarium sit de re-

Hispaniæ reges.

ge

ge in Hiſpania diſputare. Ante annos nongentos & amplius in Synodo Toletana à ſeptuaginta & amplius Metropolitanis atque epiſcopis, ipſo rege ſuffragante definitum eſt: *Quicunque ex nobis, vel totius Hiſpaniæ populis, qualibet coniuratione vel ſtudio ſacramentum fidei ſuæ quod pro patriæ gentiſque Gothorum ſtatu, vel conſeruatione regiæ ſalutis & poteſtatis pollicitus eſt temerauerit, aut præſumptione tyrannica regni faſtigium vſurpauerit, Anathema ſit in conſpectu Dei & angelorum atque Apoſtolorum, & ab eccleſia Catholica quã periurio profanauit efficiatur extraneus, & ab omni Chriſtianorum cœtu alienus.* His de regis & regni totius incolumitate poſitis, ita deinceps regem ipſum affantur. *Te quoque præſentem regem ac futuros ætatum ſequentium principes humilitate qua debemus rogamus, vt moderati ac miles erga ſubiectos exiſtentes, cum iuſtitia & pietate populos vobis creditos regatis, nec quiſquam veſtrum ſolus in cauſis capitalium rerum ſententiam ferat, ſed conſenſu publico cum rectoribus, ex iudicio manifeſto delinquentium culpa pateſcat. vt dum iuſtè & moderatè regitis, & reges in populis, & populi in regibus, & Deus in vtriſque lætetur.* Quam egregiam & excellentem regiæ poteſtatis deſcriptionem hoc terribili anathemate deuinciunt: *Sane de futuris regibus hoc promulgamus, vt ſi quis ex eis contra reuerentiam legum, ſuperba dominatione, & faſtu regio in flagitijs & cupiditate crudeliſſimam poteſtatem in populos exercuerit, anathematis ſententia à Chriſto domino condemnetur & habeat à Deo ſeparationem atque iudicium, eo quòd præſumpſerit praua agere, & in perniciem (vel tyrannidem) regnum conuertere.* Alibi quoque decernitur in Hiſpania non poſſe regni gubernacula ſuſcipere, niſi qui prius iurauerit ſe neminem niſi Catholicũ in eo regno permiſſurum viuere. Conſonam (inquiunt) promulgamus, Deoque placituram ſententiam & cum regis ſuorumque optimatum

Concil. Tolet. 4. ca. 74.

Rex Hiſpaniæ ſemper obligatus vt iuxta leges patriæ regat. &.

Nullum hæreticum in ſuo regno ferat. Concil Tolet. 6. ca. 3.

& illustrium virorum consensu sancimus, vt quisquis de
ceps regni sortitus fuerit apicem, non antè conscendat regn
sedem, quàm inter reliquas conditiones, sacramento pollic
tus fuerit, quòd non sinet in regno suo degere eum qui n
sit Catholicus. quod si rex ipse temerator huius extiterit p
missi, sit anathema maranatha in conspectu æterni Dei, c
pabulum efficiatur ignis æterni, similiter & Christiani q
cum eo consenserunt. obquam causam multi suspica
sunt Iudæos a Ferdinando & Elizabetha ante a
nos centum ex Hispaniæ regionibus eiectos. Qua
etsi omnino verum nó sit (nec enim vt arbitror n
cesse fuit canonem contra hæreticos scriptum
nostræ tempestatis Iudæos extendere) tamen hi
apparet Hispaniæ reges, suæ item potestatis aliqu
habere limites quos liberè non possunt egredi: p
bèque a scriptoribus annotatur, magnam esse fi

Thuan. li. 13. ca. 4. Turnus method. hist. lib. ca. 6.

ditorum illorum erga regem suum obedientia
ita tamen si illis vicissim rex suas antiquas leges & priui
gia conseruet; quando aliter diu in pace non est regnatu
illudque regnum idcirco esse amplissimum & f
missimum, quia rex valdè ad leges alligatur, & ex

Cominæus histo. li. 10.

lorum præscripto gubernare tenetur, *quod imp*
bene constituti magnum est argumentum. Certè quo

Ioannes Magnus histor. Gothor. lib. 16. ca. 22.

regis ipsius in regno Hispaniæ approbationem, a
tiquissimis temporibus & ipse rex luculenter cõ
tuit. neminem regem esse appellandum priusqua
per Archiepiscopum solenniter esset vnctus & c
ronatus, & amplissimi concilij patres, plurimos
regno rectè gubernando articulos & conditio
regi futuro apponentes, quos ante initam regni a
ministrationem *iureiurando firmaret*, ad extremu

Concil. Tolet. 8. ca. 10.

addunt: *Si quis huius sit decreti atque legis præuarica*
siue is religiosus sit siue laicus, cuiuscunque ordinis, non solu
ecclesiastica excommunicatione plectatur, verum & sua
dinis dignitate priuetur.

6 Posse

6 Possem hoc modo per reliqua omnia Europæ regna illustriora percurrere, Lusitaniam, Scotiam, Daniam, Bohemiam &c. & hanc eandem regij dominatus finitam potentiam ex illis omnibus cõuincere. sed prudenti lectori hæc pauca sufficient, & ex horum natura cæterorum illis similium affectionem & conditionem promptum est conijcere. Neque tamen volo hæc regna simpliciter conuenire & vniusmodi esse omnia. Scio enim Poloniæ regnum nõ esse Anglico & Gallicano per omnia comparabile. Noui Gallos quòd muliebrem sexũ prorsus a regnando amouent, in eo à reliquis omnibus dissentire. Noui Polonos non ita necessariò & exactè in rege creando, ad defuncti regis liberos alligari, quin possit si velint (quod tamen rarissimè fecerunt) alios rebus communibus præficere. Quam etiam hæreditariam vnius sobolem proximo sanguinis iure superiores reges attingentem, nec Angli, nec Galli quidem ita vniuersè & omnino sequuntur, vt si magna appareat reipub. vtilitas, aut graue timeatur eiusdem detrimentum, non possint aliunde reges sibi asciscere, id quod vtrosque fecisse, vtriusque populi annales testantur. Cæterùm hactenus dico omnes pares esse, quòd reges non ad seruos sed ad liberos populos, regendos libera eorundem populorum voluntate efferuntur: quòd regnum non occupant quasi soli sanguinis cognationi semper debitum, sed illud administrant, manifesta episcoporum, procerum, & populi *traditione* acceptum: quòd imperãdi terminos habent præscriptos: quod ad honorem ecclesię, iustitiam populo tribuendam obligantur; quòd religione iuramenti quo nullum est inter Christianos vinculum rei cuiusque præstandæ arctius & efficacius astringuntur: quòd ne sic quidem postquã iusiuran-

Supra fol. 16.

Heb. 6. 16.

Regis & populi obligatio est reciproca.

dum solenne conceperint, statim veniunt in regni possessionem, sed prius à populo quæritur vtrùm is velit tali regi iustè & Christianè eos regere pollicenti obedientiam promittere: quòd ex hoc consequitur reciprocam esse regis & populi obligationem, nec illum posse quid velit simpliciter præcipere, nec hunc teneri vt omnibus eius imperatis simpliciter obtemperet: sed & illũ ita quidem regem omnibus præesse; si ad iustitiam & religionem & generale regni bonum imperata sua conferat; & hos ita esse subditos qui illi diuino humanòq; iure obedientiam debent, quoad ille pacta, fœdera, conuenta, iuramenta, quibus ad tantum fastigium elatus est non transgrediatur. Hoc dico esse fundamentum & naturam omnium Christianorum & regnorum & regum, & in hoc omnes vniuersè conueniunt, etsi quoad particulares regnandi conditiones, vt cum alijs Ducibus & Magistratibus, sic quoque cum alijs principibus & regibus, alibi latius, alibi restrictiùs agatur. Quòd si iam rex quispiam hæc ipsa fundamentalia (vt ita dicam) regni capita violet, si ille idcirco rex effectus, vt iustè, Christianè & ex æquo populum gubernet, iniustè, Antichristianè, & ex sola libidine dominetur; an quisquam ita insulsus est, vt populo putet necessitatem incumbere fidem regi promissam seruandi, quum rex prius fidem populo datam & sanctissimè iuratam adeo scelerate contempserit? At longe aliter ius gentium docet, & ratio communis loquitur.

Iuramentũ populi non eum astringit ad obediendum regi, nisi rex legitimè & Christianè imperet.

In regulis iuris. Decret. Gregor. lib. 2. tit. 24. ca. 28 & 29.

frustrà enim (inquit ius ciuile & canonicum) *fidem sibi quis postulat seruari ab eo cui fidem a se præstitam seruare recusat. Nec obstringitur quis iuramento adimplendum quod iurauit, si ab alia parte non impletur, cuius respectu præbuit iuramentum:* frustraque & stolidè fidem violatã inclamat & de conditionibus fœderis cui-

cuiuscunque ruptis expostulat, per cuius antecedentem perfidiam & periurium stetit quo minus fœdus quod mutuo percussérant, fixum permansit & ratum. Si enim Titius cum Sempronio iter facturus, fidem mutuam det de fideli contra latrones auxilio, Titius aute in itinere latronibus Sempronium inuadentibus se adiungat, quam stupidum est Sempronium accusare fractæ fidei, si is vt latrones, sic Sempronium quoque hostiliter adoriatur? Vbi tam expresse ciuilis contractus intercedit, *do vt des, promitto si soluero*; subiectus tuus sum, si iustè & Christianè imperaueris; quàm clarum est hunc contractum esse irritum, si altera pars à promisso discesserit. *Si tu me non habeas vt senatorem* (dicebat Consuli Romano senator optimus & vir consularis) *cur ego te habeã consulem? non ego tractaui te vt consulem nec tu me vt consularem*. Respublica obligatur quidem regi, sed rex prior obligatur reipub. Et si rex postulat vt à subditis honores regij sibi deferantur, meminerit & præstet quæ ex æquo & bono, & omnium Christianorum more rex præstare debet populo, nec certè aliter regios titulos & maiestatem venditare potest. *Cice. in Orato. libro 2. & 2. Phil.*

Quòd si ad morem maiorum nostrorum oculos conuerterimus, de hac reipub. potestate non multum hæsitabimus. Erat apud Anglos Richardus secundus legitimus rex, & longa à maioribus fortissimis regibus ducta generis successione populo vniuerso applaudente, regni eius diadema susceperat, in eòque honore plusquam viginti annos permanserat. Quum tamen iniquissimè contra iusiurandum suum regnaret, quũ pro iure quod se redditurum cuique promiserat, fortunis & corporibus subditorum atroces iniurias inferret: verbi gratia, Archiepiscopũ Cantuariẽsem indicta causa, in exi- *Reges Angliæ depositi.* *Chronica Angliæ Grafton. Hollinſ.*

lium eijceret, ab episcopis magnum pecuniæ nu
merum extorqueret, regalis patrimonij possessio
hominibus indignis addiceret, ducem Gloceſtren
sem, sine publica iudicij forma morte mulctare
populo noua quotidie tributa imponeret &c. hæc
que ei crimina in Parlamento fuissent obiecta &
manifestè probata: ex generali consensu trium re
gni ordinum, sententia lata est, *eum fuisse regno guber
nando inutilem & indignum, quem propterea omnes reg
honore censuerunt priuandum.* Henrico quarto in eius
locum suffecto. Antea quidem semel & iterum a
mata manu effusam eius licentiam & libidine
compressérant: antea remotis pestilis consiliari
quibus delectabatur, viros bonos ei ad iustè regen
dum adiutores suasoresque futuros adiunxerant:
hæc rectè fuisse facta Parlamentum hoc est vniuer
si regni conuentus decreuerat. Sed quum nul
rationibus regis illius furor coërceri poterat, & ia
multorum annorum experientia eum insanabi
lem fuisse monstraret, ad hoc extremum remi
dium deuentum est, vt eo deiecto alius in eius lo
cum sufficeretur, cui iudicio ipse etiam Richar
dus assensit. De Hispaniæ item rege quodam an
tiquitus legitur, quod quum multa in rempub. scе
lera patrasset, iustamque propterea vltionem fi
esse debitam intelligeret, vt publicam vindictam
effugeret, ipse se eodem ferè modo quo Richa
dus Anglus regia dignitate abdicauit. De quo
in Concilio Toletano statuitur. *De Semithalana ve
rò qui propria scelera metuens seipsum regno priuauit
potestatis fascibus exuit, id cum gentis consultu decreuimus
vt neque eum vel vxorem eius, propter mala quæ commi
serunt, neque filios eorum vnitati nostræ vnquam consocia
mus, nec eos ad honores a quibus ob iniquitatem deie
sunt aliquando promoueamus: quique etiam sicuti
sic*

Parlamentum Rich. 2. ann. 10. & 11.

Reges Hispaniæ depositi.

Concil. Tolet. 4. ca. 74.

1. 2.

stigio regni habentur extranei, ita a possessine rerum quas miserorum sumptibus auxerunt maneant alieni, præter id quod pietate pijssimi principis nostri fuerint consecuti.

In florentissimo quoque quondã Galliarum regno non minus illustria supperunt huius rei documenta. Quanquam enim illic reges permulti optimi & fortissimi præfuerint, Caroli, Ludouici, Philippi, qui propter singulares virtutes, Magni, Pij, Augusti, victores, sapientes, patres patriæ, a Deo dati, Sancti, cognominati sunt, populusque illi adeò fuerit ad regum suorum obsequium promptus & paratus, vt propterea eos aliæ nationes superstitionis cuisdam notauerint, quasi Galli putarint *regibus suis diuinitatem quandam inesse*, tamen nec illi ita reges suos diuinos senserunt, quin de repub. cogitarint diuinius: propter quam regum suorum voluntati non rarò sese opposuerunt, ipsosque etiam reges aliquando a gubernaculis repulerunt. Quid enim notius est, quàm quo modo Pipinus Caroli Magni pater regnum Gallorum assecutus est? Non erat Childericus tertius tyrannus, non oppressor populi: & legitimo sanguinis iure in regnum a maioribus suis plusquam trecentos annos possessum deuenerat. tantum quod erat Sardanapalus alter fœdis corporis voluptatibus deditus, & ad priuatas libidines intentus regni curam omnem a se reiecerat; populo Gallicano petente, nobilitate adiuuante, ecclesia Christiana approbante, supremo Christianorum pastore & pontifice decernente, a regali fastigio est submotus. æternáque memoria dignum est, quod VVirseburgensis episcopus Burchardus, ad pontificem Zachariam Francorum omnium nomine, perorauit, *fateor quidem* (inquit

Reges Galliæ depositi.

Sansouino del gouerno de i regni. lib. 1. Guicciard. histor. li. 2.

Childericus 3.

Paulus Æmilius li. 2.

M. du Haillan. li. 3. in Childeric. 3. rege. 21. anno 750.

(inquit ille) *in verba Childerici iurarunt Franci: & forti, si experienti, si ei qui regno & ecclesiæ Christi est in-*
lis, quique impys obsistere & bonos protegere potest iu-
runt, pareant: eiusque ductu auspicioque religionem & re-
pub. tueantur. Sin eo duce neque conseri pugna, neque qui-
quam præclare geri potest, si Francorum nationi dedecus
reipublicæ detrimentum, & religioni periculum manifes-
stum immineat, tutum est Francos illo iurisiurandi vinculo
soluere, testarique nulla eos quæ orbis terrarum salutis ob-
conceptione verborum teneri. Quod perinde est ac si di-
ceret (quod est exploratissimè verum) iuramentum
ciuile, non ita simpliciter, & absque exceptione
iurantem semper obstringere, vt nullo loco aut
tempore sit dissolubile. Si enim magnum aliquod
bonum impediat, si magnum aliquod incommo-
dum, idque rebus communibus importet, ipso iure
& æquitate rescinditur: nec vlla grauissima verbo-
rum pondera efficiunt vt quis ad id præstandum
Mat. 14. teneatur, nō magis quàm Herodes ad occidendum
Ioannem, cuius caput puellæ saltatrici iureiurando
denouerat. Intrinsecus enim latet & includitur
Ieremi. 4. 2. iuramenti veri natura *iudicium, veritas, & iustitia; iu-*
D. Tho. 2. 2. q. 89. art. 3. *dicium* vt cogitato & deliberatè suscipiatur, *veritas*
ne quid falsum asseueretur, *iustitia* ne quid prop-
ter iuramentum agatur, quod improbum, quod
Quid requiritur in quolibet iuramento vt quis eo teneatur. nefarium, quod illicitum est. Sin verò horum ali-
quod abfuerit, maximè si iustitia desit, cuius præci-
puum munus est vt patriam iuuemus, cui plus
quàm amicis, plus quàm regibus, plus quàm
vel patri, vel matri, vel liberis, aut quicquid est
nobis in mundo charissimum debemus; hæc iu-
stitia si cum iuramento nostro pugnauerit, iura-
mentum illud vanum & inane est. id quod & Pa-
gani ratione, & Christiani omnes religione du-
cti manifesto confitentur. Sic enim inquiunt illi

Ea qui

Ea quæ videntur digna iusto homine sæpe commutantur & fiunt contraria, vt non reddere depositum furioso, nec facere promissum: quæque pertinent ad veritatem & fidem, ea negare interdum & non seruare iustum est, Referri enim decet ad fundamenta iustitiæ, primum vt ne cui noceatur, deinde vt communi vtilitati seruiatur, quæ quum tempore commutantur & illa quoque promissa commutantur. Cic. de Offic. lib. 1.

Christiani autem & legislatores & Episcopi & sanctissima Concilia, *In malis* (inquiunt) *promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretū, quod incaute vouisti ne facias. impia est promissio quæ scelere impletur, multoque melius est iurantem peierare, quam seruare iuramentum operando malum: & si aliquid forte incautius nos iurasse contigerit, quod obseruatum in peiorem vergat exitum, illud salubriori consilio mutandum nouerimus, & magis instante necessitate peierandum nobis, quam pro facto iuramento in aliud crimen maius ruendum.* Et si *nihil valet iuramentum præstitum in præiudicū iuris superioris*, quî potest vir Christianus obligari iuramento quod secum manifestū trahit vel reipub. totius vel etiam Ecclesiæ Catholicæ & religionis diuinæ præiudicium & damnum? Neque verò dicenda est fides sed perfidia, non iusiurandum sed periurium, quo ad peccatum aliquod admittendum impellimur. Id quod ita est & per se manifestum, & tam facilè persuasum fuit fortissimę Francorum nationi, vt quum Romanus pontifex suum ea de re iudicium interposuisset, nemo vnus pro vero, sed reipub, valde incōmodo rege verbum fecit. *nec vllus motus exortus est, quales cum terrore & formidine, magnorum Imperiorum* facta sine iustis causis, *mutatio afferre solet.* Sed eò vnde abberrauit redeat oratio. Non multis post Carolum Magnum annis regnauit Ludouicus Ludouici II. nepos, & de manifesto eius quoad regiam stirpem iure nihil

Sext. decr. l. 5. de reg. iur. leg. 6 § Decret. pa. 2. causa 22. quæst. 4. In malis ib. 5. Si alis. quid vide ib. Actiones

Dec. Greg. lib. 2. tit. 24. ca. 1 § vide ibid. ca. 21.

Paulus Æmil. l. 2 Hailan. vbi supra.

Ludouicum Inutilu.

ſuberat ſcrupuli, tamen quod adeo abiecto ſor
doque animo fuit vt regni munia negligens & ſ
voluptatibus inſeruiens contra reipub. Gallica
gloriam & vtilitatem, inito cum Normannis
decoroſo fœdere penſionem annuam 12. milli
brarum illis pollicitus ſit, & præterea inceſtas
gioq. nomine indignas nuptias cum quadam m
Fatneant. nacha contraxerat, & denique quoad functio
regiam ita ſe gereret vt populari eloquio *Inutilis*
caretur, proceres Galliæ eum regno exutum in m
Carolus Craſſus. naſterium apud S. Dioniſiũ compulerunt, & Car
lũ Craſſum Germanorũ è ſanguine Caroli Ma
Imperatorẽ ad Francorum regnũ ſuſcipiendũ
carunt. Qui ita accerſitus in Gallia proficiſcitur
initio Normannos ad Pariſienſem vſque ciuitat
prouectos, & omnia circumcirca ad ipſa vſque L
tetiæ mœnia fœda ſtrage vaſtantes ita repreſſit, vt
no prælio eorum exercitũ quadraginta millia m
tum continentem ad internecionem vſque cæci
rit, vix vno ſuperſtite. quin & alijs nonnullis præ
eos non mediocriter attriuit. Poſtea tamen quo
ſocors & ignauus euaſit, vt Normannis noua be
Gottifred. Viterb. in chronico. par. 17. Munſter. Coſmog. V- niuerſ. li. 3 pag. 293. Otho. Friſingen. lib. 6. ca. 9. & li. 5 ca. 42 &c. Regino lib. 2. an. 887 et Sigeber. anno 890. molientibus pro officio non obſtiterit, ſed regn
imminui paſſus ſit, eamque Galliæ partem quæ
die Normannia dicitur eis in habitandam permi
rit, ab optimatibus ijſdem regno depoſitus eſt,
deinceps quamuis liber & ſolutus, tamen ad extr
mum vſque diem vitam priuatam idque in magn
rerum neceſſariarum penuria vixit. Alia quæda
ſuppetunt huius generis exempla, & ſub primis
gibus qui à Pharamundo vel Merouco traxerunt
riginem, & ſub ſecundis qui ad Carolum Magnu
ſtirpis ſeriem retulerunt: ſed mihi nihil efficacius
videtur ea hiſtoria qua ad tertiam Hugonis Cape
familiam regale diadema traductum eſt qui
inſidi

insidijs, nec aperta vi, saltem vt ego cum viris doctissimis arbitror, sed optimo iure, eodem videlcet quo primi & secundi illi regij sanguinis authores, hoc est legitima reipublicæ electione nouo Rege designato multa publica mala declinantis & salutem omnium procurantis ad Regiam dignitatem est euectus. *Carolus* cognomento *Balbus* moriens reliquit vxorem prægnantem, quæ peperit filium dictum postea *Carolum Simplicem*. In cuius tenera ætate, quum res gallorum admodum essent turbulétæ, Carolique duo fratres spurij Ludouicus & Carolomannus occuparent regnũ, ijque breui post spatio inusitatis admodum casibus interfecti nouis competitoribus ad regnum aspirandi occasionẽ præberent, Optimatum maior pars Eudonem Comitem Parisiensem impuberis Caroli tutorem regem sibi constituerunt, eumque solenni regni more coronarunt. Arnulphus quidem Imperator, qui regij Francorũ sanguinis erat, *Franciæ quoque regem se dictabat*, sed tamen *maxima procerum pars Eudonem regnare iubent* eumque Episcopi inunxerũt. Post duos aũt annos, partim procerum quorundã inconstantia, maximè Eudonis ipsius facilitate & lenitudine, regnũ Carolo Simplici restitutũ est, sed grauiter reclamante Roberto Eudonis fratre & proximo hærede. Non malè enim contendebat fratrem nõ potuisse abalienare ius, quod non personæ fratris, sed generi & familiæ Franci contulissent. fuisse communibus Francorum suffragijs coronatum regem Eudonẽ, eo sine liberis decedẽte, ad proximũ sanguinis ius regale fuisse deuolutum. Si Pipinus iure rex Gallorũ factus esset, si post eum iure sceptrum Gallicanum excepit Carolus Magnus, à quo pari iure ad posteros Caroli trãsmissum est, iustum quoque regem fuisse Eudonem fratrem, & ab Eudone ius idem ad se fratrem

Alciat. L. 15. commẽtar. de verbor. signif.

Ius Hugonis Capeti ad regnum Galliæ.

Hailan. lib. 1 de l'estat de France. Æmil lib. 3 in Odone rege 29.

Æmil. ibi.

trem suamque sobolem descendere, præsertim q
Idiot & insens. Carolus iste simplex non minus fuerit quàm C
dericus ille stupidus & mẽte carens, & potius sim
lachrum regis quam verus rex, nec ipse Robe
vel frater Eudo scelus aliquod cõtra publicum
num admiserant, cur adeò indignè sponte proc
attributo iure fraudarentur. Neq. verò cuiquá
lisper rerũ statũ intelligenti obscurũ erat fratrem
iure decessisse, partim minis cõpulsum, partim
dib. circumuentũ eorũ qui Caroli Simplicis in
& stupiditate ad suas priuatas opes amplificand
abuti cogitarẽt. Hæc & similia quũ in vulgus iac
ret Robertus, & pleraq. probabilia, multa verisi
esse omnes cognoscerent, non mediocris Gallo
multitudo ad eius partes se adiunxit, eumq. reg
solenni ritu coronauit. Sed quum ad arma vent
esset, ipse cæsus regnum reliquit Carolo Simpl
quòd tamen nepos eius Hugo Capetus partim
Carol. legitimus regni Gallicani hæres à regno excelsum quod Germanis contra Gallos auxiliũ tulisset. aui iure, partim noua populi beneuolentia &
blico etiam regni commodo subnixus recupera
Superstites erant Lothario penultimo Gallor
Carolina stirpe regi duo filij Ludouicus & Carol
Illi pater ex more regnum Gallicanum, huic
Austrasiæ vel Lotharingiæ partem quæ erat in G
lorum ditione attribuit. Moritur deinde Lothar
& vterque filius hæreditatem suam adijt. Qu
autem Lotharingia esset in limitibus Imperij G
manici & Gallicani, & Otho II. Imperator met
Gallorum potentiam, cuperet Carolum sibi fidel
contra Gallorum insultus reddere, quò eum sibi
signi beneficio deuinciret, alteram illam Lothar
giæ partem quæ ad imperium Germanicum per
nebat Carolo subiecit, illud ab eo postulans, qu
iam hac ratione Imperij membrum effectus ess
Germanis contra Gallos operam suam ne negar

id q

id quod & Carolus prestitit, ex quo factũ est vt Gallicum regnum funditus amitteret. Quum enim frater eius sine liberis interijsset, Gallorum ordines animaduertentes cum Germanis hostibus contra se auxiliaria arma submiſtrasse, tum etiam quòd magna acerbitate erga subditos suos vteretur, reuocarent etiam ad memoriam antiqua Roberti regis iura: communi consensu Hugonem Capetum excluso Carolo regem crearunt, Carolumque in Galliam cum exercitu profectum vt regnum sibi armis repeteret, fusum fugatumque ceperũt, quem Capetus Aurelijs in custodia cum vxore ad extremum vitæ diem asseruauit.

Hæillan. vbi supra.

Æmil. l. 8 in Lothar. rege. 33.

Promptum est alijs clarissimis tum Gallorum tũ aliarum nationum exemplis, hoc inueteratum & certum rerumpub. ius in regibus contra publicum statum delinquentibus plenius arguere. Græcorum certè Imperium vim quandam suppeditat non dico eorum Imperatorũ qui ob manifestam tyrannidem cæsi sunt, quales sunt Iustinianus II. Michaël Temulentus, Michaël V. Andronicus, & alij plurimi, sed qui ob rempub. malè administratam per populum & clerum à gubernaculis deiecti sunt, qualis erat Michaël Calaphates, qui quum occultè hæreticus esset & crucem pedibus alicubi conculcasset, eaque fama in vulgus emanauerat, & mox Imperatricem Zoen quæ eum adoptauerat rasis capellis in monasterium inclusisset; dum populum blanda oratione deliniret, factumque id excusaret, eisque si fideles permanerent multas gratias polliceretur; illi exclamarunt, *Nos proculcatorem crucis Calaphatem Imperatorem amplius habere nolumus, sed Zoen matrem nostram & Imperij hæredem.* & quamuis Imperator vi resisteret, & in vrbe Constantinopoli magnus tumultus, nec mediocris cædes esset consecuta, ad extremum

Græci Imperatores depositi.

Glicas in Annalib. part. 4, pa. 447.

tremum tamen ciues superiores facti Zoen Imp
ratricem restituerunt, & Imperatorem rasum
monasticam professionem compulerunt. Talis
erat Nicephorus Botoniates qui omnium votis
peritus est, & à Patriarcha Imperij insignibus
Ibipa 469 mo ciuitatis plausu decoratus. *Sed quoniam imp*
nactus, propemodum quo suis circumforaneos & ex
plebis fœce dilectos illustribus officijs præfecit, & ipse
uersus ad voluptates omnem de imperio curam & so
dinem mancipijs suis commisit, omnes in eum insur
runt; à quibus deinde licet inuitissimus monach
effectus est, & imperium Alexio Comneno tra
tum. Huiusmodi exempla non pauca ex Græcor
historijs procliue esset depromere; sed in re nõ
de dubia superfluum existimo nimis multis eiu
generis argumentis lectorem onerare. Neque e
video quid prætereà ad hoc adiungi poterit ne
sius, aut afferri clarius, aut ostendi solidius, quũ
in amplissimis regnis sint & summa cum ratione
cõmunis societatis bonũ gesta, & gesta sint pop
Christiano & Ecclesia quoq. eiusque pontifici
vniuersè approbantibus.

Et quid ego disputo ob regnum auarè, impro
iniustè aut tyrannicè gestum à repub. deponi p
reges, quando sola regis à regno lõgior absentia
iustissima causa est cur subditi obedientiam re
lioquin non malo renuncient. Id quod in Pol
co regno nõ ita pridẽ perspicuè apparuit. Non e
Henricus iste *Valesius* qui nuper Gallicanæ Mon
chiæ fundamenta ipsa concussit & euertit, eo t
re hostis manifestus Catholicæ religionis & iust
publicæ. Nihil contra Deum sacrilegè, nihil co
Henric. Valesius infa
lix Poloniæ
corruptor
& perditor
remp. proditoriè admiserat: aut si fortasse tale q
ab eo factũ est, potius ignauia quadam & nimia
missione, quàm malitia & desperata animi peru

tate euẽnit. Quanquam enim plurima acciderunt quæ eum infaustum regni Polonici euersorem fore præsignificarent, quanquam in ipso regni adeundi exordio omnis generis Caluinistis, Arianis, Trinitarijs, Samosatenianis illic grassantibus liberè vt suas hæreses disseminare possent concessit: quanquã nefariorum quorundam politicè Catholicorum factũ qui illic in interregno cum Caluinistis illis eodem plane modo quo hic in Gallia Memorantius & Lãguedo cẽses Catholici cum Nauaristis sese fœderassent, approbauerat, suaque regia authoritate roborauerat; (quo exemplo acriter premebãt Henricũ istum Condæus princeps & Caluinistæ; vt parũ extorquerent libertatem, arguentes nec malè quòd *is quieam Polonis permiserat & iurauerat, multo magis Gallis antiquis & naturalibus subditis debebat eandem concedere*) quanquam ea Catholicæ fidei præuaricatione Episcopos Polonos *confoederationem illã vti diuinis pariter & Ecclesiasticis legibus contrariã, ipsisq; inuitis & reclamantibus factam improbantes* non mediocriter offenderat; quanquam sub eo rege, Moschouię dux *Pernauiam* primarium Liuoniæ castrum & vrbem *aliasq; prouinciæ eius arces* occupasset; eoque conniuẽte adeoq. & prodente Turca Valacchiæ principem veterẽ Poloniæ regũ clientẽ perfidiosissimè, Valacchia vniuersa immaniter pernastata iugulauerat, eaque ex parte rẽ Christianã & imprimis Poloniam valde debilitauerat: quanquã toto tempore quo illic Henricus iste agebat, nullam reip. illius curam præ se tulit: & tandem fuga se proripiens eam reliquit, *Domi forisque multis incommodis affectam, planè periculis omnibus expositam, nullis foederum & pactionum renouationibus cum Christianis vicinisque Principibus confirmatam*: quanquam è Polonia fugiens vniuersos Poloniæ ordines fœdis mendacijs indignissimè lusc-

In protestatio. contra Conuentũ Blesensem. an. 1577. apud Popel lib. 42.

Guaguinus rerum Polonicarum tom. 1. pa. 176.

Ibid. pag. 234. in edicto Regu Stephani.

Ibid. to. 3. pag. 466-467.

Ibi. to. 1. in literis nobilitũ Polonor. pag. 181. 184. 178 169.

mè luſerat, vt quòd *Comitia magna regni*, quaſi de negotio Gallicano cum illis acturus indixerat, qua tamen ille nihil minus quàm de Comitijs habe dis, nihil magis quàm de fuga ſua Comitiorum pus præoccupatura cogitarit: vt quòd literis ad ſcriptis ſignificarat ſe extremis patriæ admodum borantis neceſſitatibus compulſum ita præcipi abire, idque per mediam Germaniam breuiſſim tinere & *incredibili celeritate*, propter Galliæ peric *& diſſimulato habitu propter ingenia Germanorum magno odio proſequuntur Catholicos homines*, quum men ille lento itinere non per Germaniam, ſed liam vagaretur; nec incognitus ſed ſplendidiſſi Venetijs, Ferrariæ, Cremonæ, Pedemonti, ab in merabili populo acceptus perdiuque moratus lautiſſimè epulatus; vt vix tandem quarto poſt ſe primos Galliarum limites attingeret: hæc & uſmodi permulta quanquam ad alienandos ab Catholicorum & nobilium hominum animos nullam vim haberent, tamen Poloniæ Senato prudentiſſimi, nobiliſſimique Palatini, nihil ho cauſantur: ſed eum regem eſſe ſuum humiliter officioſè agnoſcunt ſummiſque votis expetunt *libentiſſime ſe vitam, ſalutem, iura, libertates & cha ma quæque in patria ſua pignora credidiſſe & in pote tradidiſſe, & cui fidem ſuam, obſeruantiam ſuam, cu ſuum, ſuam in proſperis & aduerſis conſtantiam ſacram to oblato obſtrinxiſſe fatentur, in eoque ſe propoſito fir & immobiles velle perſiſtere*: ita tamen, *vt ad certum* præſtitutum *diem in regnum illud reuenat*, *ſceptra ſe data capit, & gladium regalem quo eos ab hoſtibus de dat accipiat, & reliquas conditiones in conuentu elec receptas & iuramento firmatas omneſque articulos & conditiones ſacramento roboratus confirmet expleatque*, non verbis tantum, vt illi moris erat, ſed *reipſa*

In lit. Hen. Valeſij vbi ſupra.

In literis ad Henricũ vbi ſupra pag. 178. 182.

12. May an. 1575.

ſtet, ac in poſterum rempub. Polonicam præſens ſemper gubernet. Quòd ſi hoc recuſet, ſi vel Galliæ amore accēſus, vel negotiorum magnitudine impeditus, vel quacunque cauſa ſiue vera ſiue ſimulata commotus ad Polonos remigrare vltra diem præſcriptum tardarit, tũ inquiunt eius regni proceres & Epiſcopi vniuerſi, *nunciatum tibi volumus, nos non poſſe amplius viuere ſine rege, neque velle nos cum magno noſtro malo te diutius expectare: conuerſiſque noſtris animis ad Deum (quod ad incolumitatem & ſalutem patriæ pertinere videmus) illam ab eo tempore ſi non veneris, ſalua tua gratia honoreque noſtro, obedientiam & fidem tibi datam renunciamus, & noui regis eligendi conuentum indiximus, ſtatuimus, promulgauimus; atque id quidem ita rectè, ita firmè, ſumma neceſsitate conſtricti apud nos ſtatuimus, vt nullis excuſationib. nullis modis, nullis rationibus, ab inſtituto noſtro nos abduci patiamur.* Atque hoc quod ita candidè & ſincerè denunciarunt prouidè fæliciterque præſtiterunt, fortiſſimo principe Stephano in locum huius mollis & effœminati Henrici ſuffecto. Ita nemo mortalium communi ſenſu præditus dubitare debet, an propter manifeſta detrimenta rebus publicis illata rex flagitioſus poſſit regio honore priuari, quando longinquioris à regno ſuo abſentia, iuſta poſſit eſſe cauſa cur populi à ſacramento fidelitatis quod veteri regi dederunt ſoluti, rectè pieque ad alterius noui ſeſe obedientiam conferant.

Poloni fidē & obedientiam Henrico Valeſio renunciāt.

7 Quòd verò nonnulli friuolè cauillantur, hæc ad perturbationē quietis publicæ, & ſeditiones cõtra reges ciendas tendere, hocque maximè ſcribendi argumento eorum ſceptra labefieri, ſtultiſſimum eſt & vi ſua refellitur. Nõ enim qui reipub. poteſtatem explicat, populo furenti ad ſeditiones cauſam vllam ſuggerit: nec qui tyrannorum infœlices exitus enarrat, iuſtis regibus formidinem ſui ſtatus

7.

vllam incutit. quum reipub. potestas non minu
populares tumultus restinguendos valeat, quàm
regum iniustum dominatum coërcendum: &
magis tyrannorum frangũtur vires, eò magis
iusta roboratur authoritas; non aliter quàm
expulsis contrariæ virtutes abundantiùs floren
hæresis deformi multipliciq́ue capite instar Hy
renascentis funditus reciso, Catholicæ veritat
nitas & maiestas tantò resplendet glorioſius.
verò hoc dicunt esse regum honori aduersariũ,
modò summa ignorantia labuntur, sed ipsi quo
regum omnium & rerumpub. status (nisi eos im
ritia excuset) seditiosissimè confundunt. Nisi
hoc ius populis quibuscunque asserimus, no
nius aut alterius prouinciæ, nec vnius aut alte
sæculi, sed multor um & regionum & sæculorũ
ges, iniustos fuisse & tyrannos, nec vllo iure reg
inuasisse dicendum est. Carolus enim Magnus,
douicus Pius, & qui eos secuti sunt, qua specie,
iustitiæ prætextu sceptro Gallicano manus ad
uerunt, nisi in ecclesia populoq. sceptrũ illud à
rouei & Clodouei domo ad Carolinam transfe
di plena fuerit potestas? Quid Capetus & eius p
ri eodem regno ad hunc vsq. Henricum qui nu
iustissimè eiectus est, præsidentes? Quo alio nom
quàm iniusti regnatores & tyranni dicendi sunt,
si eadẽ semper reip. contra futuras tempestates
muniendi se insit & inhæreat authoritas? Quo
Henricus VIII. & qui post eum Anglicani sce
habenas moderati sunt liberi Eduardus, Mari
Elizabetha illic regiũ honorẽ adepti sunt, nisi q
Henrico VII. fas erat contra Richardũ III, vi
& coronatum & in solio regali constitutum reg
sed tamen crudeliter & tyrannicè imperantẽ b
gerere, & ad eũ regno pellendũ à vicinis Frãcis

Omnium Europæ regũ sceptra hac iure ni tũtur quod rex tyrannicè agens potest à rep. pub. deponi vt in Gallia.

Anglia.

Hist. Angliæ.

xilium petere: quorum ope regem illũ bello fusum interfecit, eiusque diadema capiti suo imposuit, & à se ad filios ac nepotes trãsmisit? Quòd Henrici factũ ita approbarunt regni Ordines, vt non coacto sed libero Parlamento eos proditores fuisse concluserint eorumq. bona publico ærario addixerint, qui Richardo illi cõtra patriæ liberatores, copias & auxilia suppeditarunt. Nec aliter qui hodie regnum Sueciæ egregius princeps administrat ius aliquod in regno illo potest prætendere, nisi hoc ius gentiũ in nefarijs regibus amouendis, sacrosanctum & inuiolabile defendamus. Nã quũ Henricus legitimus quidem rex, & post patrẽ Gustauũ iuxtà regni illius consuetudinẽ coronatus, cõtra leges patrias & resp. cõmune bonũ imperaret, *antiquos regni cõsiliarijs reuoceret, nefarijs quibusdã adulatoribus se totum regendum traderet, ciuitatum maritimarũ Germaniæ legatos iniuriâ afficeret, Hispaniæ regis naues quasdã iniustè detineret cum magno regni & mercatorum incõmodo, aliquot proceres occideret, eorumque spolijs suos parasitos locupletaret, & de fratre quem in carcerem iniustè conjecerat tollendo consiliũ iniret, cum sua quadam meretrice ignobilis stirpis ad regiæ maiestatis probrum & cõtumeliã matrimonium cõtraheret &c.* ob has causas populus cõtra eũ insurgens liberatũ è carcere fratrẽ eius loco cõstituit regẽ, & vicissim regem fratris loco inclusit in carcerem. hocq. reip. illius factũ & Imperator Germaniæ Maximilianus & vicini Germanię principes vnà cũ Danorũ rege cõprobarunt. Similes exitus paulò antea patrũ nostrorũ memoria Christierno Danorũ regi, Caroli quinti Imperatoris sororio obtigit. Is viuo patre Ioanne Daniæ rex est designatus, & post patris mortem in regni possessione collocatus. Prædicãte Luthero defecit ab ecclesia, & illud euangelũ vt moribus suis aptissimũ arripuit. Erat enim valde inhu-

Henrici 7. an. 1.

Suecia.

Hist. otre de France an. 1565. Paulin. li. 32.

Dania.

Vide eius periuria & crudelitatẽ in Munst. li. 3. Cosm. in descrip. Dania.

manus & crudelis, propterea quæ postquàm ann
nouem regnasset, cum liberis tribus & vxore ine
lium migrare coactus est, *& mox ordines regni*
Cõsilio, patruum eius Fredericum Holsatiæ principem
regem, & euulgatis deinceps scriptis ad Cæsarem, ad Pon-
Sleid. l. 4. *sicẽ, ad reliquos Imperij principes, facti sui rationẽ reti*
& illũ grauissimorũ criminũ accusant, suoq; merito exu-
re dicunt. Et quanquàm potentissimos cognatos ha
ret, Henricũ VIII. Angliæ regẽ, & Carolũ Impe
Ann. domi 1532. torem nũquã tamẽ regnũ suũ recuperauit; sed p
tim in exilio, partim in carceribus, vitã miserè
segit. Deniq; (ne longior sim) quisquis regna &
peria iustis de causis transferri posse à veteribus
minis negat, quisquis Christianis prouincijs nec
sitatẽ iniecit obediendi semper ijs quos semel rem
summæ præfecerunt; ille non solũ Christianorũ p
pulorũ & regũ est hostis atque proditor, iustissim
arguendus vt lesæ maiestatis humanæ reus; sed
vt apostata auersandus & damnandus ad infe
tanquam totius Christianismi & Christianæ
Imperiũ ab Oriente in Occidentẽ iure trãslatum. inimicus, hoc est tanquam diuinam quoque m
statem offendens. Nam si hoc verum sit princip
regibus & imperatoribus quos semel admis
semper & sine exceptione esse obediẽdum, scele
tè ergò fecit respub. Christiana quum Cõstanti
politanis Imperatorib. officium suum negligẽt
Occidentis Imperium eorum iurisdictioni sub
xit, illudque Carolo Magno qui Christianam re
mirabiliter restaurauit attribuit. Scelerate fecit
steà eadem respub. Christiana quũ à maiorũ v
tibus degenerante Caroli stirpe, nouũ in Germ
Imperatorẽ creauit, nouisque legibus Imperiũ G
manicũ firmauit. Hæc inquam improbè & nef
ab orbe Christiano gesta sunt, & Christiani oés
xta politicorum istorum philosophiã) vt prius e
mun

minatis, vel hæreticis, vel tyrannicis Græcorum Imperatoribus, ita post Turcis Imperium illud occupantibus obedire debuerunt: & pro Turcarum Domino sententiam ferre debemus qui hoc ipso titulo, Orientis & Occidentis se vocat Imperatorem, seq. iure suo fraudatũ queritur quod Italiæ & Germaniæ regna sibi non sint subiecta, quæ olim Constãtinopolis Imperio cõtinebantur. Hoc verò si perabsurdum sit, desinant Christiani ius hoc Christianis prouincijs negare, quod illis summa ratione cõpetere, tam manifesto demonstratur. Sit hoc paradoxũ Lutheranorum, & apostatarum propriũ, qui soli vt Turcæ gratificentur (cui suã vidẽtur locasse operã) & Christianis regibus detrahant, quorũ sunt iurati hostes, hanc imperij mutationem improbant, & in pristino statu manere debuisse contendunt, quo ita facillimus Turcæ ad hæc quoque Occidentis regna pateat aditus.

Apolo. Catholique.

Magdeb. Cent. 8. ca. 1. & 7.

8 Quòd si iam manifestum sit posse respub. etiam ablatis regum suorum diadematis, illisque penitus regnandi iure priuatis publicę paci consulere: quãto manifestius est posse eas regibus immoderatè sese efferentibus leges ponere, & eorum voluntati atque mandatis leniter obsistẽdo publicam tranquillitatem sancire? Atqui hoc tamen contra istos qui regib. tanquã legũ dominus omnia tribuunt, quos aiunt, *nulla lege præterquã sua sola voluntate teneri*, breuiter nõ tam probationis quàm explicationis gratia attingendũ est. Quid verò huic rei explicãdæ aptius est, quàm perpetua maiorũ praxis & consuetudo? In Anglia quidem quamdiu illic aliqua reipub. species superfuit, episcopi & proceres, adulatores improbos è regis aula, cõsiliarios malos è senatu remouerunt, & viros bonos eorũ loco substituerũt; publicè contributa pecuniæ subsidia non regis ærario aut

8.

Supplo. 21

Reges iustè armis in ordinẽ coacti.

Chr. Angl. in Rich. 2.

Thesaurario, sed certis hominibus Parlamentarie uentu designatis persoluerunt; regi veteres patria leges & libertates perfringenti heroicè restiterunt & constanter eum contra æquum bonumque iusiurandum suum facere monuerunt, quumque monitores contemneret, exercitus contraxerunt, armisleges patriæ tutati sunt. Quo in genere com memorabile est ad omnē posteritatem exemplū Io hannis regis, à quo quum proceres petijssent vt sin ceré confirmaret illis *antiquas patriæ leges & libertat* quemadmodum regno inauguratus iurauerat, il que eas ad se transmissas accuratè & singulatim pe legens cum iracundia respondisset, *se non magis vol aut posse eas ratas habere quàm diadema regni sui trade* procereſque contrà retulissent, sese eum bello sem piterno persecuturos donec ijs confirmandis iura mento suo satisfeciſſet, emissisque in omnes regn partes edictis belli huius causas veras exposuisset mox nō solùm omnes per regnum magistratus q regio nomine publica munia curabant ab offic suis exequendis destiterunt, sed etiam omnes reg famuli domestici eum deseruerunt & ad procere aduolarunt adeò vt ex toto comitatu septentatum equites eum assectarentur. Quare perlibenter po stulatis assensit, easque interposuit fidei suæ præst dæ cautiones quas ipsi proceres desiderarunt.

Sleid. l. 4. Anglorum virtus in frænando rege Iohāne. An. 1215 Annāl. Angl. in Iohanne.

In Francia vniuersum regnū clamat contra han proditoriam sententiam, qua regni eius status vni uersus sursum deorsum vertitur. Nunquid enim reges Galli legibus sunt superiores, & quod illi pro regia authoritate fieri mandauerint, id est à subdit sine exceptione exequendum? Perduelles ergo fu runt eorum maiores, omnes qui Caroli V I. senten tiæ omnibus cum circunstantijs quæ ad eius pōd grauissimæ excogitari poterant latæ, & iuramen

Galli legitime resistunt suo regi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

regis,& reginæ; multorumque procerũ ſancitæ ſeſe oppoſuerunt, & bello etiam ad multos annos cõtinuato eam tandẽ effecerunt irritam. Tradidit nimirum rex ille filiã ſuã Catharinã Henrico V. Anglorũ regi in vxorẽ, ea adiecta conditione vt Anglus ei defuncto in regno galliæ ſuccederet; id quod rex Carol' iuramẽto ſuo ſanctiſſimè cõfirmauit, ſuiſq. ſubditis Gallis vt idẽ facerent ſeueriſſimè edixit. & primus Galliæ par *Dux Burgundiæ Philippus ad ſancta Dei Euangelia dño Henrico regi Angliæ Franciæq; Regenti pro Galliæ rege iurauit, quòd Henrico regi fideliter eſſet obediturus, nec alũ quàm Henricum & eius hæredes pro ſupremo Franciæ rege habiturus aut regnare paſſurus.* Hæc rex Carolus & per ſe & per alios ſuo nomine iurauit, & firma atque inuiolata ſeruari præcepit. Vnde fit vt Galli regis ſui voluntati ſeſe non ſubmittant? cur Elizabethã Angliæ ſuam principẽ nõ adorant? Quia nimirũ regi ſuperior fuit in eo regno vel lex vel conſuetudo, cui regis ipſius voluntas ſubijcienda erat, & contra quam nihilo magis poterat quicquã ſtatuere, quàm populis extra regnũ galliæ in Africa vel Aſia agentibus leges ſcribere. Vt enim populus legibus obligandus, in eius qui legem iubet debet eſſe iuriſdictiõe: ſic materia de qua fertur lex non debet poteſtatis eius qui legem cõdit terminos excedere. lex autem vel conſuetudo Salica quæ vocatur, etiamſi nõ ſit fortaſſe tantæ antiquitatis quã multi volunt, ſed longè recentior; tamen quia non parua temporis præſcriptione in mores eius regni inueterauerat, & publicis ordinũ Comitijs ſub Philippo Valeſio iam anteà ſtabilita fuerat, nõ erat in poteſtate regis eam reſcindere. & ſi fuiſſet, probabile eſt & Philippũ Longũ, & Carolũ pulchrũ, & Ludouicũ duodecimũ qui ſolas filias habuerũt, voluiſſe filiab. regnũ ſuũ dotale relinquere. Graues aliquan-

Carolus 6.

Chro. Ang. in Hen. 5. Belfor. in annal. lit. 5. ca. 80. an. 1420.

Hailan. de eſtat de Fran. lt. 2.

Belforest vbi sup. in Phil. Vales. li. 5. ca. 1. vide respõs. Gallorũ ad Orat. Edouardi 3. Angl. regis apud Paul. Æmil. l. 8 in Carolo 4 Pulcho rege 48.

do inciderunt Gallis difficultates, vt quum rex bo-
lo fuisset captus, quod contigit Iohanni in bello Ic-
ctauiensi contra Anglos, à quibus in Angliam ab-
ductus est: vel quum rex decedens filios reliquit a-
impuberes aut etiam posthumos, quod aliquand
vsuuenit; vel quum rex in grauiorem aliquam ne-
tis vel corporis ægritudinẽ incidit, vt publicis mu-
neribus non sit idoneus. His difficillimis tempori-
quis clauum reipub. tractare potest, sine Ordinu-
intercedente cõsilio & iudicio, à quibus primò rei-
forma & descriptio originem suam traxit. Caroli

Pa. Æmil. lib. 9.

quinto hæres fuit Carolus sextus tredecim annor
natus. statim *regni optimates procereſque Lutetiam co-
uenere, eorumq; authoritate effectum est vt is rex sacra-
tur, coronaretur q;, in eius verba iuraretur, res militares q
uileſq; eius nomine administrarentur, eius signo literar
diplomatumq; fides constaret. Dux Burgundiæ patruus
Borbonius auunculus pupillos educandos curarent. Dux B
dium patruuorũ maximus natu Rector Franciæ diceret
maxima quaque de re ad sanctius procerum concilium r
ferret, ipseq. sententias rogaret. Hac ratione & regi sua
gnitas seruari, & forma regni consilio optimatum tempe-
ti instituti, & suprema sapientis regis voluntas rata hab
visa.* Non ergo solus rex aut qui est è sanguine reg
regi proximus, semper & omnibus temporibus, to
generale reipub. Conciliũ de regno, & quemadmo
dum regnum administrari debeat præscribit. Incid
postea idẽ rex Carolus in phrænesim, vel nescio qu
mentis alienationem, vt regno gubernando nó fo

Idem li. 10

ficeret. *Mox Lutetiæ conuentus de summa rerum admi
strãda habitus, vbi Dux Aurelianensis frater regni pro
rationem vt proximus gradu sibi petebat.* Æquissim
postulatio, si è solius sanguinis gradu proximo su
ma regni penderet. At quia meliori fundamento re
gnum nitebatur, *denegata est iuuentæ tanta rerũ mol*

patru

patruis ætate & prudentia maturioribus *arbitrium rerum demandatum*. & quanquam dux Aurelianensis vrgeret se esse in regni successione proximum, fratremque regem quum ad saniorem mentem redierat sibi regimen commisisse, Optimates nihilo minus orarunt vt ne onus illud in se sumeret, sed alijs ad illud ferendum robustioribus permitteret. *Quanquam enim fuerat is in regia stirpe princeps, ad quem rege sine liberis decedente regium diadema descenderet; tamen quoad regni gubernationem, de ea rex quum esset emota mentis non poterat disponere, sed hoc in Ordinum voluntate & arbitrio erat positum.* Quare Aurelianensi molestissimè ferente, regni procuratio Burgundiæ & Biturigum Ducibus est demandata. Carolo octauo impubere, mortuus est eius pater Ludouicus vndecimus, & quos videbatur tutores filij testamento suo designauerat. *Cæterum statim frequentissimus liberque Turonibus conuentus habitus est*, quem superior rex ita conuocare solebat, vt nemo interesset qui à regis sententia dissideret. *Huc vndique concursum, ac voces solutæ metu fuere ac plenæ expostulationum. Nobilitas, plebs, sacerdotium, suas quisque miserias ordo deplorabat, & quæ à superiore rege contra instituta maiorum onera inuicta fuissent. Quoad summã reipub. gubernandæ, in cõuentu decretum, vt Anna soror regis curã corporis gereret. sanctius Concilium ex delectis XII. constaret proceribus, de quorum sententia omnia, sed regis nomine præscriptioneque gererentur. Ioannes dux Borbonij Magister equitum dictus.* Sic conuentus Ordinum; quanquàm Ludouicus pater testamento longè aliter disposuerat. Nam quod Cominæus annotat, *principes ac reliquos ordines propter nimiam patris acerbitatem cogitasse filium Carolum regem non admittere, sed alium regem constituere, vel ita saltem coercere illum vt ne regiam obtineret potestatem*, hoc quanquam indicat eos non putasse se

Belforest lib. 5. ca. 64. fol. 109.

Carolus 8.

Paulus Æmil. lib. 10. in Carolo rege. 35. anno. 1485.

Cominæus. Commentar. lib. 1. 6.

adeo inuicta & inexorabili necessitate deuinct
ad defuncti regis hæredem, vt nulla occasione po
sent alium publicæ rei commodiorem regem
cisere, tamen quia ipsi *Ordines mitigati tandem fid*
& iusiurandum ex more Carolo dederunt, libens pra
termitto. Neque hæc in eum finem dico, quasi n
gnum vel Gallicanum vel Anglicanum, aut alia
quodcunq. velim aut censeam esse Aristocratic
multo minus Democraticũ, quando suprema
rerum potestatem a repub. ad regem translatam e
non dubito. Sed tamen si quando per regis intol
rabilem ignauiam, vel improbitatem, vel stulti
am, vel consiliariorum nequitiam, respub. ruina
minatur, aut magnum aliquod ei detrimentum
imminet, in his angustijs ipsam rempub. eiusq
ordines posse & debere rebus communibus prosp
cere defendo, & quisquis reipub. naturam rectè c
siderat, mecũ non inuitus fatebitur. Ad quos enim
magis spectat ciuitatis turbulentæ ordinatio, quàm
ad eos à quibus fluxit eius prima institutio? a
quos probabile est velle maiori solicitudine in ea
curam incumbere, quàm quorum vita vel mor
prosperitas vel vltima internecio in eius ruina ver
titur? aut vbi prudentius de istis arduis negotijs po
test deliberari, quàm vbi totius reipub. summa
vnam quasi epitomen contracta est? Vbi membro
rum omnium virtus, ad totius corporis sanitatem
sese quàm maximè intendit; vbi acutissimiè popu
lo indagant quid sit futurum omnibus vtile, forti
simi è nobilitate exquirunt quid sit tutum, honori
ficum, & glorioſum; vbi episcopi prouident, vt cum
reipub. bono religio quoque christiana promou
atur; omnes denique vno animo, & populi vtilita
tes, & procerum dignitatem, & episcoporum pa
cem, & religionis incrementum, & reipub. totius

salutem,

salutem, gloriá, tanquillitaté, acri studio, & diligenti omnium consiliorum cõparatione ponderant, per uestigãt, examinat. Pleni sunt annales Galliæ, plenæ sunt historiæ Anglicæ, Polonicæ Germanicæque istiusmodi præclaris monumentis, neque ea quicquã regiæ maiestatis amplitudini detrahũt, sed cõtrà efficiunt vt rex securiùs & glorioſiùs regnet, eique promptius & propensius à subditis obediatur.

9 Nam quod ab ijsdem regum immodicis præconibus initio sumitur, *omnia regum esse dominio, subditorum vsu; regum omnia esse proprietate, subditorum possessione*; hoc tam peruersum est & barbarum, vt nescio quid dici possit publicis reb. pernicioſius. Sanè si naturam, si ius gentium, si Christianas respub earùmque consuetudines aduertimus, planè est abominandum & execrabile. Equidem priuatorum bona omnia esse aliquo modo reipub. ciusque vsibus debere inseruire, ad cuius salutem singulorum hominum vitam, ipsorùmque etiam principum par est impendere; hoc à ratione non abhorret. At verò regem esse omnium in suo regno proprietarium, possessorem, & dominum, nescio an quis vnquam sanæ mentis asseuerauit. Perinde quidem est ac si Christianas respub. ex solis mancipijs componeret, quod idem valet, ac si eas nihil à bestijs distingueret. Est enim (vt inquit philosophus) bos aut asinus pauperi agricolæ pro seruo. & quanquam seruus rationis sit compos, bestia expers; tamen quoad ciuilem societatem, quum & mancipiũ & bestia quicquid sint domini sint, quicquid operantur, operantur ad solius domini commodum, ipsis nihil cedit nisi quantum corporibus nutriendis sufficit, nihil sibi acquirunt dominio, nihil possessione, nihil proprietate, sed tantùm vsu & fructu; in hoc vtriusque & bouis & mancipij par est

9.

Sup. fo. 21.

Rex perab surde dicitur rerum omnium in suo regno proprie dominus. Vide Gersonem in regulis moralibus numero 24.

Arist. Polit. lib. 1. ca. 3.

par est ratio; ideoque qui ita ciues in ciuitate des-
bit, eos à bestijs nihil prorsus discriminat. Et
ignorat quòd vel prima rerum omnium paren-
tura, vel certè ius gentium ex ipsis naturæ princ-
Institut. Iustinia. lib. 2. tit. 1. haustum rerum proprietatem induxit? Sic enim
stribuũtur quoad dominium & proprietatem q-
cunque sunt, *vt alia sint naturali iure communia om-
um, quædam publica, quædam vniuersitatis, quædam n-
us, plæraque singulorum, quæ ex varijs causis cuique a-
runtur.* At ista effusa regij splendoris exaggeratio
turale hoc ius euertit; & pro diuisione rerum n-
ræ congruenti, confusionem naturæ contrariam
ducit, neque patitur alia esse *publica*, alia *vniu-
tatis*, quædam *nullius*, plæraque *singulorum*: sed
ninam statuens societatem, quæ *publica*, quæ *vniu-
sitatis*, quæ *nullius*, quæ *singulorum*, ea vniuersa &
gula ad regem dominum & possessorem *rem-*
3. Reg. 21. Et quàm iniquè à prophetis Dei accusantur Ie-
bel & Achab, quòd à Nabotho vineam suam
puerint, si Achab rex fuerit omnium Nabothi
norum propriè dominus & possessor? Multo
magis illius clementia & largitas erat predican-
qui quum optimo iure vineas, agros, fundos,
mos, ipsamque domesticam supellectilem potu-
auferre, quando eorum omnium dominium
propietas penes regem Achabum erat, vna tam
vinea contentus reliqua omnia liberaliter ei v-
da fruenda concessit; Naboth autem capitale
plicium ter & amplius est promeritus, qui reg-
domino negauit illud, cuius Achabus regio
erat proprietarius & possessor.

Sed vide mihi Christiane lector, quàm incredi-
liter politici isti in Christianorum politia aberra-
qui Christianas respub. nec primoribus labris
dentur attigisse, quas penitus inuertunt, & pro ce-
ver-

veritate perſpicuam falſitatem legentibus obtrudunt. Tantum enim abeſt à vero regem eſſe rerum omnium propriè Dominum, populum autem & proceres vſufructuarios; vt contrà potius veriſſimum ſit, illos eſſe rerum ſuarum dominos, quum rex regalium opum tantum ſit adminiſter & diſpenſator, ideoque & illi multo liberius ſua poſſunt vendere, diſtrahere, alienare, quàm rex patrimonium & theſaurum regium: eo quòd verè iſtius nihil ſit quàm œconomus ad populi totius vtilitatem. Vnde & quæ in Parlamētis, vel generalibus Comitijs Galliæ, Angliæ, Hiſpaniæ, pecunia regi tribuuntur aliquando, nō imperantur ſed impetrantur, nec auferūtur tanquam iure dominij debitæ, ſed condonantur voluntate Ordinum liberè, ideoque & blandioribus vocabulis nuncupantur, Subſidij, Subuentionis, Auxiliorum, Muneris, Beneuolentiæ, ipſo nomine declarante fontem & cauſam ex qua manat eiuſmodi liberalitas. Et in Anglia quotieſcunque Eccleſiaſticus ordo in Parlamento tale aliquod ſubſidium regi Anglicano decernit, in ſolenni inſtrumento donationem eam complectente verbatim perſcribunt, ſe *pro quibuſdam magnis arduis & vrgentibus cauſis, quoddam vltraneum, ſpontaneum, & voluntarium ſubſidium vnanimi aſſenſu & conſenſu, regiæ munificentiæ dare*. Et quoties in Anglicanis hiſtorijs occurrit regi vehementiſſimè flagitanti, ſubſidia huiuſmodi fuiſſe pernegata? Henricus tertius indicto Parlamento valde inſtabat vt ad reſarciendos maximos ſumptus, quos nuper fecerat, certa pecuniæ vis ei ab Ordinibus regni perſolueretur. At illi liberè notarunt eum *auaritiæ, ingratitudinis, & fractæ fidei, quòd non ita pridem multa ab eis obtinuerat, & propterea multa quoque eis promiſerat, nec quicquam tamen fere præſtiterat, & quòd omnia pene*

Proceres magis ſuorum ſuorum dominis quam rex patrimonij regalis.

Rex propriè & ſua ſola authoritate in bona ſubditorum nihil habet iuris.

Anno 1248.

Hollinſ. in hiſtor. Anglicana. Henrici 3. pa. 719.

nia pene regni bona in aulicos suos & eos sepenumero pe-
grinos effundebat. Rex quum nihil proficeret, tra-
suetissimè agens & ea errata se deinceps correc-
rum pollicitus, Parlamentum ad aliquot dies p-
rogat, putans tandem eos velle aliquid de seue-
tate remittere. Sed nec hic conatus quicquam
profuit; Ordines enim eundem animum retin-
runt, atque ita sine eo quem sperauerat fru-
Parlamentum dissolutum est. Aliàs vbi in vul-
emisisset, se in Iudæam contra Turcas cum exer-
anno 1252 profecturum, indixit Londini Parlamentum, d-
Vbi supra magnifico conuiuio auspicatus est, deinde verò
pag. 730. pecuniarum subsidium flagitandum perrexit.
episcopi quibus iam olim innotuerant regis in-
fundenda pecunia mores, se nihil tribuere po-
responderunt, & propter alias certas causas, & n-
minatim quòd Archiepiscopus Cantuarien sis ab-
set, cuius in eiusmodi subsidijs dandis vel negan-
primariæ essent partes, & à quo reliquus eccleh-
corum ordo erat dirigendus. Hac spe frustratus
singulos episcopos seorsum prensabat, eosque
suis necessitatibus succurrēdum hortabatur, a q-
bus quum nihil obtineret, eadem via proceres a-
gressus est, illisque exposuit in quantis angustijs
sent res Gasconiæ, quæ non nisi multis & copio-
pecunijs possent sustineri &c, sed nec ab illis qu-
quā magis quam ab episcopis potuit elicere. Al-
Ibid fo. 707. quidem multo labore pecunias extorsit ab eis, s-
ea conditione, vt quatuor è nobilitate design-
pecunijs dispensandis præessent, nec sine eor-
præsentia & cōsilio aliquid expenderetur, & si d-
rum quatuor aliquis interiret, alius à parlame-
nominatus in eius locum succederet. Et ista q-
dem in historijs & parlamētis Anglicanis non s-
rara, tum nimirum quum regis inconsideratā
sump-

sumptibus faciendis profusio proceribus & episcopis fuit perspecta. Quoad Hispaniam verò, & indigenis & exteris quoque notissimum est, quod & si *Hispani in omnibus honestis regi suo valdè obediant, tamen nisi fortasse ex mera gratuita beneuolentia, nihil pendunt præter subsidia & vectigalia antiquis temporibus præscripta. Si tamen extraordinariæ pecuniæ vi opus sit ad bellum gerendum contra Turcas, Mauros, hæreticos & similes, sponte tributa conferunt ipsi etiam Ecclesiastici*; at ex necessitate, tanquam ex officio & obligatione, nihil persoluunt vel laici & ex infima fæce rustici. In Gallijs idem esse ius eandem consuetudinem, facilè confirmatur. In conuentu siquidem Turonensi sub Carolo octauo ordines perspicuè regi testantur, *Vetustas regni Gallicani leges requirere vt reditus annui regi à repub. attributi, in regis & regni negotijs expediendis insumantur: mulctæ pecuniariæ & aduenarum morientium bona tribuantur eleemosinæ pauperum: subsidia collecta à populo conferantur ad militares & bellicos sumptus.* Quòd si pecuniæ aliter dissipentur & a regibus effusa liberalitate adulatoribus vel improbis hominibus (vti sæpe fit) condonẽtur, eas largitiones irritas esse & reuocari debere Ordines illi decreuerunt. & quia Ludouicus 11. Caroli pater, princeps alioqui valdè prudens & callidus indignis hominibus eo in genere nimium indulserat, *omnes eius donationes superfluæ & regio patrimonio damnosæ, rescissæ sunt & applicatæ fisco, & multi pecuniam quam receperant & consumpserant coacti sunt restituere.* Ita quòd de Carolo sexto regios thesauros nimis largiter profundente traditur, æratij publici *præfectos, quũ rationes pecuniariæ in fiscum referrẽtur, eas magna ex parte induxisse, tabellisq; quibus nomina munera*que ab eo data cõtinebantur hæc verba subscribere solitos, IMMODICE DATVM, ET REPETATVR: id in hoc

Theod. Cosmog. li. 13. ca. 4.

Anno 1485. Belforest. l. 5. ca. 151.

Regum donationes immodicæ reuocantur & fiunt irritæ.

Ib. & ca. 150.

Æmilius lib. 8.

in hoc celebri conuentu omnes Galliæ ordines
dixerunt & præstiterunt. Idemque in Anglicano
gno non semel factum est: nimirum vt castra, fu
di, prædia, regali munificentia aulicis nihil
promeritis donata, parlamentari authoritate
dem ablata, rursum regali Coronæ adiungeren
Quæ omnia manifesto conuincunt regem reg
patrimonii & ærarii esse procuratorem, dispens
rem, œconomum, non dominum, non possessor
non proprietarium; falsissimúque esse quod ab
pseudopoliticis & politicorum nomine indig
vsurpatur, omnia quæ sunt in regno, regum
proprietate & dominio. Cuius rei probandæ var
pulcherrima Annales Francici suppeditant ex
pla, sed ego breuitatis causa vno & altero, q
non ita pridem gestum est hoc totum defin
Memoria patrum nostrorũ in bello Papiensi F
ciscus eius nominis primus captus est ab exer
Caroli quinti Imperatoris, ab eoque inter cæt
pacis conditiones adactus ad Burgundiæ Duca
a Gallicani regni subiectione abstractum Imp
tori restituendum. Illum siquidem Ludouicus
decimus ante non multos annos Mariæ Cæs
auiæ eripuerat & cum totius regni consensu G
canæ Coronæ adiecerat. Franciscus quia alia c
ditione libertatem suam obtinere non potuit, a
sit & iurauit. Quis fuit non dicam Gallorum,
vel exterorum, qui non iudicaret pacem hac co
tione factam, statim irritam euasuram? Quid
quia Franciscus id se facturum receperat, quo
eius potestate non erat. Isque quum liber ab Im
ratore Baionæ in Gallia sisteretur, tumque a m
stris Imperatoris vrgeretur vt pacta & conuent
quibus ante à Madritij in Hispania transegerant
firmaret, planè & quod verum erat respond

Parlam. Henrici 6. an. 33.

Omnia regis Galli iuramenta sunt irrita, quæ primo iuramento quod in regno adeundo Rhemis suscipit sunt aliquo modo contraria.

Bur

Burgundiam sine Burgundorum & Ordinum Galliæ assensu Imperatori tribuere non posse : sed quod aliquoties in Hispania Imperatori dixerat, & ipse Imperator scire poterat, & quod alijs quoque regnis commune erat, id se nunc repetere, nempe minimè in Galliæ regis potestate esse, absque regni Ordinum consensu se obligare ad alienandum quicquam ex ijs quæ ad regni corpus & (vt dicitur) ad Coronam Gallicanam spectabant. Iuramentum Rhemis quum reges tanta cum cæremonia, & cælesti oleo consecrantur datum, quo se regni patrimonium non imminuturos spondent, antiquius esse iuramento quod ipse nuper Madritij fecerat : ideoque hoc posterius contra illud prius in quo ius regium fundatum erat nihil valere. Ita respondit Franciscus primus Gallorum rex, eiusque responsum cæteri Christianæ reipublicæ principes, & ipse quoque Romanus Pontifex comprobauit. Idemque Galli omnes denunciarunt Henrico quinto Angliæ regi postulanti à Galliæ rege inter alias pacis conditiones, vt Aquitania & Normannia quemadmodum olim à Galliæ Corona aulsæ rege Anglico addicerentur. Respondit enim *Galliæ Concilium, iura Coronæ & nobilitatis Gallicanæ hoc non permittere. A regno siquidem Gallicano rex prouincias eas nec debet, nec potest seperare sine manifesto periurio; vtpotè qui in regem vnctus & coronatus iurauit ea tueri & defendere. Præterea hoc est contra ius & libertatem subditorum, qui iurarunt obedientiam nō regibus Angliæ sed Galliæ.* Nec ergo rex Galliæ nec alius quisquam in quacunque republica Christiana rex, vel regalium fundorum, multo minus aliorum, nec prouinciarum quas maiores ipsius bello subegerunt propriè est dominus nec vllam regni partem pro suo vnius arbitratu potest alienare.

Guicciar. lib. 17. in initio.

Belfor. histor. lib. 6. ca. 36.

Bellar. li. 3. comment.

Belforest. li. 5. ca. 79.

Cuius item rei hoc est alterum, nec minus eui-

Regalis patrimonij rex non est proprie dominus sed populus

dens exemplum atque demonstratio. Recentibus istis Hugonotarum bellis attriti superiores regni magnum æs alienum contraxerant. Vt debitum illud dissolueret qui nuper dominatus est Henricus Valesius, volebat partem aliquam regalis patrimonij diuendere; idque vt sibi liceret in primis Comitijs Blesensibus per Secretarium enixè postulabat. At intercessit populus, & *præfinita sententiam tulit nolle se vnquam consentire, vt rex patrimonij illius particulam aliquam perpetuo alienaret.* Instabat Secretarius, & rationes varias cur id commode fieret afferebat. At illi contrà opponebant, regem etiamsi maximè *cuperet non posse tamen id facere. Tenere siquidem ad regem, patrimonij eius* non simplicem possessionem & dominium, sed *vsum fructum tantummodo; ideoque quicquid ex eius reditibus ordinarijs, regi eiusque ministrorum conuenienti sustentationi supereſſet, id totum in reipub. vsus esse conseruandum. Dominium siquidem & intrinsecum patrimonij eius ius apud proprietatem in populo manere, eamque ob causam quidem qui à populo ad hunc conuentum delegati fuerant habere poterant perpetuam patrimonij eius alienationem, si quidem prouinciæ expressam eis facultatem de re contulissent. Aliter enim nec ipsi quidem eius populi vice adessent, eiusque personam representarent, si sent hoc largiri.* Atqui istis non contentus rex procuratur, *fatebatur quidem leges regni hoc velle, Iisque penitus interdictam fuisse talem venditionem, tamen eiusmodi leges omnes esse ex æquo & bono interpretandas, & necessitatem qualis iam ingruebat, esse legibus illis perpetuo superiorem. Quumque iam ageretur de populi salute & reipublicæ totius incolumitate, legibus omnibus quibuscunque anteponendam esse legem illam duodecim tabularum: SALVS POPVLI SVPREMA LEX ESTO; reliqua autem leges quæ ad statum conseruan-*

Histoire de France par M. PIGVIER lib. 13. ca. 16. & LAVAL. Histoire des troubles lib. 24. an. 1577.

Fond & propriété.

scripta sunt, ita commode semper debere exponi, ne ad eius perniciem verterentur. Quumque hoc tempore pars vna venderetur vt reliquum ab hostili vastitate & direptione defenderetur, talu uenditio non tam vocanda erat alienatio partis quàm conseruatio totius. Quam ob rem vehementer instabat vt vel ipsi regiæ voluntati assentirent, vel alias inirent rationes quibus bellum quod necessariò suscipiendum erat gereretur. Egregia quidem oratio, & in speciem valde probabilis, superflua tamen, imò contra regis maiestatem, & simpliciter proditoria, si rex legibus omnibus solutus *suæ vnius voluntatis* lege teneretur; & valde iniurioſa, si non solùm fundi regij, sed aliorũ quoque & fundi & bona quæcunque, regum sint *possessione, proprietate, dominio*; & qui hoc in conuẽtu submissus est regiæ causæ actor & propugnator, erat potius illius proditor & præuaricator, qui quum regiæ voluntatis optimè fuisset conscius, in ea tamen fatetur non satis fuisse ad hoc conficiendum momenti & roboris, nisi expressa populi suffragatio accederet, maximè autem quum adeo luculenter profiteatur quod est verissimum, in repub. gubernanda, non regis *sed populi salutem supremam esse legem*, ad quam aliæ leges omnes sunt referendæ, & ex qua aliæ leges oẽs sunt interpretãdæ. Et quis nõ arbitraretur debuisse hoc legis postulatũ à populo facillime probari, quo verisimile erat ipsos à subsidijs & tributis fore multò magis deonerandos? Si enim rex quod requirebat, trecenta millia librarũ annuarum auctionatus esset; quantum indè conflasset pecuniæ ad grauissimos domi foriſque sumptus faciendos? ex quo probabile erat magnũ populi alleuamentum fuisse consecuturum. Neque tamen his rationibus permotus est populus vt in regis sententiam concederet, *sed orabant procuratorẽ, vt rationibus quas ante proposuerant acquiesceret.* Sup. fo. 211

fuisse olim difficiliora reipub. tempora. quum Ioannes prælio Pictauiensi captus in Angliam fuisset abductus; que tamen vel tum ad hæc extrema remedia fuisse dec sum. Deinde eam venditione (vti dictum est) legibu gni prohiberi. Tertio alias suppetere pecuniæ compara dæ rationes, & ad extremum etiam si multo maior ne sitas immineret, quum tamen prouinciæ à quibus in b conuentum delegati fuerant, huius rei potestatem eis nu cissent, quod necessarium erat, sine eo ipsi nihil vólebant poterant constituere. Et hæc quidem deliberatio summa fuit, in eaque perseueratum est, etiamsi

M. Belie-nus. suppeterent contrariæ rationes, etiamsi qui pro ge agebat vir sanè prudentissimus omnes inte ret ingenij neruos vt regi suam probaret operam rex etiam quòd tam æquabile postulatum ipsi gatum fuisset, non mediocriter offenderetur. M

Ibi. ca. 14. alia vt quod *nec duos aureorum milliones* (exiguæ amplissimo Galliæ regno colligendam summ ad sustinendos præsentis belli sumptus volue concedere, eandem vrgentes sui defensionem, prouinciæ ea de re nihil ipsis præcepissent. S men extrema necessitas ingrueret, prescribun dum pecuniæ comparandæ: nimirum vt om

Cap. 16. Galliæ ciuitates & societates, suorum redit *certam partem ad publicos vsus penderent, ita tamen viduarum & pupillorum bonis abstineretur.* Quæ om clarissimè demonstrant, perabsurdè & nimis dici quòd omnia subditorum bona, *proprietas dominio* ad regem pertinent, eosque nefariè re formam corrumpere, nimiumque de ea inde præposterè qui ita eam abijciunt & extenuant gisque potentiam supra omnem modum am cant atque exaggerant: quod non est quidem gis reipub. quàm regibus pernitiosum, quon confusione planè vel omnino tollitur, vel pla

ere

eneruatur authoritas: quæ vt ſumma eſt & ſingularis quādiu legitima eſt legūque norma dirigitur: ita vel nulla eſt vel certè permfirma eſt, quum legū publicarū cācellos & præſcripta egreditur, a quibus ad reges vt populis imperent authoritas deriuatur.

10 Quòd vero aliqui refellere cogitant hæc omnia vnico Samuelis verbo quo propheta ille prænunciat *regis ius fore*, vt bona & poſſeſſiones ſubditorum pro ſua libidine auferat, id merè ſophiſticum eſt; & ex ipſo hiſtoriæ argumento ſerieque, & narrationis circunſtantijs, friuolum eſſe nullo negotio oſtenditur. Iudæi faſtidientes regimen quale Deus ipſis poſuerat, & ſtultè ſplendorem regium mirantes, regem poſtulant *qualem habebant vniuerſæ nationes* finitimæ Egyptij, Syri, Perſæ, quorum imperia fuiſſe verè tyrannica philoſophi ſapientiſſimi annotarunt. Deus iratus hoc eorum deſiderium acriter redarguit. *Neque enim* (inquid ad Samuelem) *te abiecerunt ſed me, ne regnem ſuper eos. iuxta reliqua opera quæ fecerũt a die liberationis eorum ex Ægypto, & ſicut olim me dereliquerunt, ſic nunc etiam in eadem amentia progrediuntur.* Vt autem ab hac temeritate eos auerteret Deus, iubet Samuelem prænunciare eis quid ſub regū dominatu ſit eis euenturū, *& quantum malorum ſibi vltro aſciſcant*: Hoc (inquit) modo reges futuri, aliorum Ægypti, Perſiæ, Syriæque regum more vos tractabunt. *filios veſtros à vobis abſtrahent, eoſque alios aurigas ſibi facient, alios equites & ſatellites, curſores, agrorum ſuorum villicos, aratores, & vinearum foſſores. filias quoque veſtras facient ſibi vnguentarias, & culinarias, & ad alia miniſteria compellent. quæ omnia illa neceſſariò verberum formidine obibunt. Poſſeſſiones etiam veſtras, agros, vineas, & oliueta optima vobis ablata, eunuchis, & pecorum veſtrorum greges ſatellitibus ſuis largientur. Et (vt breuiter dicam) ſeruietis vnà cum omnibus*

10.

1. Reg. 8. 9.

Obiectio de infinita Regum potentia ex verbo Samuelis. Soluitur.

Ariſt. politt. lib. 5. ca. 11.

1. Reg. 8. Ioſeph. Antiq. lib. 6. ca. 4.

vestris regi, non secus ac domestici eius famuli, nec quam est quod non compellent vos facere mancipiorum re quæ pecunia perantur. Hoc enim est regibus istis tatum *ius*, hic *mos*, hæc *consuetudo* (id enim signifi verbum prophetæ) sic reges Ægypti popul suum ad insanas illas Pyramidum substructio compulerunt, vt illi laboribus perpetuis opp & pecunijs exhausti, de libertate sua nunqu cogitarent. Sic reges Persarum & Medorum eunuchis & concubinis integras ciuitates do consueuerunt. Sic hodierno die Turcarum perator possessiones, liberos, vxores, vitam sub torum ad suam voluntatem eripit, & derepentè pissimos Bassas, ad extremam miseriam & sæpe mero ad mortem sibi ipsis inferendam (vt nu Cypri victorem Mustapham) cogit. *Hæc vos patie ni, & tum pœnitentia adducti supplices Dei misericor implorabitis vt vos à regibus cito liberet: sed ille vos rep & sinet vos dare pœnas inconsultæ temeritatis.* Hæc p pheta eis comminatur. & quid euidentius est q hæc omnia esse merè tyrannica? & quid puer est quàm in vnius verbi ambiguitate contra m festam sententiam insistere? Nam quid aliud re hendit propheta in Achabo vineam Naboth lente, quàm quod hic regis *ius* esse asseritur? Q si verè & simpliciter *ius* esse defenditur, impr ergo Naboth negauit Achabo vineam suam. fariè & proditoriè Elias Achabum reprehen quòd vineam eam occupauerit. Sin verò & N both rectè vineam suam regi negauit, & rex in stè eam appetiuit, & propterea propheta ex spi Dei regem illum aliena appetentem coarguit, go *subditis vineas suas auferre*, & multò magis reli quæ hoc loco commemorantur, liberos, filios, illisque *tanquam seruis & mãcipijs pecunia empt*

משפט
Dispositio, mos, statutum vide Geneb. in Chronol lib. 1. pa. 103. & Pagninum in radice.

שבט

Surius an. 1581.

Iosephus vbi suprà.

3. Reg. 21.

ius quidem malorum regum impropriè, hoc est mos, consuetudo, praxis dicatur: at ius bonorum regum, quod scilicet iure, quod ratione, quod ex conscientia, quod iuxta leges diuinas & humanas fiat, nunquam appelletur, nec certe vnquam appellari poterit. Atque huic tyrannico iuri, ius regale planè contrarium ipse dominus iam prius constituerat, vbi præmonet Iudæos vt regem habituri, talem eligant *cui iustitia semper sit cordi*, non qui aliorum bona (vt hoc loco) prædetur; *qui plus legibus & Deo quàm suæ sapientiæ tribuat*, (quum iste nullis legibus obtemperet nisi suæ vnius libidini) qui *nihil præter Pontificis & Senatus sententiam faciat nec superbia eleuetur super fratres, nec pecunijs & equis plurimis gaudeat, quarum rerum copia, contemptor legum facilè possit euadere*. in isto autem quid simile? imò quid non planè oppositum & disparatum? Denique in lege Mosis præcipitur disertè Iudæis, quòd si *rex talibus studijs*, accumulandi equos, pecunias, agros, oliueta, quæ hìc recensentur, *plus æquo fuerit deditus obstandum est ei ne potentior fiat quàm rebus vestris expedit*, & in meram tyrānidē degeneret. Clarum est igitur hoc ius esse planè tyrannicū, & verba scripturæ continere non diuinā præscriptionem quid reges legitimè facere possent, sed propheticam prædictionem quid Saul & alij reges vt plurimùm suis viribus & potentia facere volebant, & quid ad vindictam rebellium Iudæorum eos facere Deus erat permissurus. Atque ita optimi ecclesiæ Doctores semper sunt interpretari. verbi gratia, vt vnum è multis proferam D. Cyprianus, Deus (inquit) *excitauit eis Saulem qui eos iniuriis grauibus affligeret, & per omnes contumelias & pœnas superbum populum vexaret & premeret, vt contemptus sacerdos Samuel (cuius imperium detrectabant) de superbo populo vltione diuina vindicaretur*. Ergo ius hoc D. Cypriano

Deut. 17. Ioseph lib. 4. ca. 8.

Concil. Toletanum 8. In Decreto vniuersali & lege sequenti. Synodus Moguntina anno. 888. ca. 2. Cyprian. epi. 65.

interprete, *summa & grauis est iniuria*, atque idipsum res ipsa loquitur. Neque qui vnquam habiti sunt Græcorum & Romanorum tyranni atrocissimi, ad quod ferè quam hoc ius in corpora & facultates subditorum suorum vsurparunt.

Vide ca. 3. & ca. 10.

II. *Conclusio.*

11 Et hæc de regum origine & potestate dicta sint. è quibus circumscripta esse regum omnium Christianorum sceptra confirmatur, eosque ita singuli membris & vniuersæ quoque reipub. præesse, tamen eorum potentiam respublicam dilatare, restringere, commutare, adeòque & (quum in vniuersorum exitium aut detrimentum tendit) penitus abrogare, aliamque substituere possit. Quæ omnia viua naturæ voce gentium prudentissimarum moribus, Christianorum institutis, ipsaque rerum pub. politia regum praxi, & tum Conciliorum ecclesiasticorum canonibus, tum conuentuum pontificorum statutis, hoc est integris, & incorruptis grauissimis testibus probauimus. Quæ vt oblitterant magnam esse obedientiam, quam subditi debent regibus, ita conuincunt maiorem esse obedientiam qua reges & subditi obligantur vniuersæ reipub. & legibus, quum illa superior sit ipsis quoque regibus, ad cuius pacem & tranquillitatem primaria spectat regum institutio, & cuius damno auertendo applicari debet regis veri studium omne & cogitatio; ipsa etiam vita si in tale discrimen reipub. veniat, vt nisi regis morte reipub. salus non possit repræsentari. Quemadmodum autem illitas quam vlcera publici corporis lancinanda sunt, ne nefariis seditionibus & populari iactatione pestiæ eius quam infimæ plebi tribuunt, regum maiestatem labefaciunt: ita non minùs tanquam membra tua mẽbra; si corrigi nõ possunt, abscindenda sunt, qui exitiosa populis & regionibus omnibus doctrina

magi-

na, respub. mutilant legitima potestate quemcũque magistratum suum, & quocunque nomine censeatur reprimendi & coërcendi, si is commissum sibi à repub. gladium ad eam tuendam, ad castigandos malos, & fouendos bonos; in ipsius reipubl. viscera conuertat, eamque distringat solùm ad trucidandos bonos, & coroborandos improbos. Medio autem cursu inter hæc extrema tanquam pleno maris alueo inter Scyllã & Charybdim incedit Christiani hominis erga regem obedientia, naturæ voce, & ipsius Dei imperio constabilita; nimirum vt contra populares tumultus regi adhæreat ad eiusque defensionem cum repub. vires suas conferat: regem tamen impium, & reipub. euertendæ studentem deserat, & cum repub. ad Regem iniustè sceptro sibi commisso abutentem destituendum, & ad meliorem eius loco sufficiendum, cum repub. vires & fortunas coniungat, & in hac causa nullum etiam vitæ capitisque periculum recuset.

CAPVT III.

Quis sit tyrannus.

1 *Quia tyranni nomen est odiosum valde, & Protestãtes seditiosissimè reges bonos & moderatos modo sibi aduersantes, vocant tyrannos; ideo quis sit tyrannus diligenter aduertendum est.*

2. *Hoc autem ex reipub. natura & fine petendum est, quæ vult suos ciues pacificè sua bona possidere, & effici bonos.*

3 *In primis autem vult Deum debito cultu venerari, cuius partem necessariam fuisse sacrificium, Ethnici natura magistra atque Duce, semper & vbique senserunt.*

4 *Christus vt nec alia naturæ bona, ita nec insitum, à natura morem Dei sacrificio colendi & honorandi sustulit,*

sed correxit, ecclesiæq; suæ perpetuò duraturæ duos Ma-
stratus præfecit episcopos & reges: è quibus Episcopi spi-
tualia & interna, reges temporalia & externa curarent:
hij quoad spiritualia Episcopis essent subiecti.

5 *Imperatores & reges Christiani, semper agnouer-*
hoc sui fuisse officium, vt quæ Episcopi in Concilijs sua
creuissent, ea reges gladijs & legibus suis stabilirent, semp-
que leges suas ad Episcoporum Canones formarent; qu-
exempla aliquot ponuntur: nec regi secus imperanti
bediendum.

6 *Qui reges hunc ordinem peruerterunt, euaserunt*
fames tyranni: vt olim Constantius, Iulianus Apost-
Valens, Constantinus V. & ante non multos annos in
glia Henricus VIII.

7 *Omnia Christiana regna ita formata & ordi-*
sunt, ut rex non possit nec debeat Ecclesiastica tractare,
quoad talia Episcopis obedire.

8 *Ordines Galliæ hoc regis officium regi suo Henrico*
te 12. annos in conuentu Blesensi denunciarunt. Deni-
des Christi reges Christianos arctiori vinculo supra Pa-
nos ad iustè pieq; regendum obstringit.

9 *Ex his deducitur quis sit tyrannus, nimirum 1. qui*
leges contemnens rapaciter subditorum bona eripit 2.
qui libidinosè corporibus vim affert & publicam hones-
moresque corrumpit, quorum exempla aliquot ponun-
Valde autem in hac vtraque tyrannide emunit Henr-
Valesius.

10 *3 Maximè autem tyrannus est qui fidem Christia-*
violat & vastat, regiaque potētia ad hæreticam fidem s-
ditis suis imponendam abutitur. Nunquam autem aut
difficiliter vitari potest quin rex hæreticus, eo ipso sit tyr-

11 *Exempla aliquot huius vltimi generis tyrannorum*
Anglia & Græcia, & potissimum nuper in Gallia; vbi
uis est enumeratio rerum ab Henrico Valesio contra Ec-
siam & fidem gestarum.

12 Ost-

12 *Omnes notæ tyrannidis à Bartolo & alijs positæ, ad hæc tria genera reducuntur. Tertius tyrannus est reliquis longè detestabilior.*

QÆTERVM ista generaliter hactenus de regum potestate & officio dicta, contrahamus adhuc magis presse & directè ad Christianum regem describendum eademque ratione ad tyranni simulachrum nobis ob oculos proponendum, & ita demum alterum horum ab altero distinguendum. Hoc enim si quid aliud, plurimum conducet ad Christianos erudiendos, quousque se porrigat illa obedientia qua reges sunt prosequendi; & quando iure vt perduelles regum sunt plectendi nisi regibus obedierint, quando vt proditores patriæ exterminandi, nisi patriæ contra reges opem auxiliumq. tulerint. Nam quin tyrannis ea subiectionis officia præstãda non sint, quæ regibus debentur, nõ magis quã lupo pastoris locum inuadenti ouis tanquàm pastori suo parere, & ciuis latronem bona omnium diripientem tanquam conciuiuem suum diligere tenetur; hoc certa ratio, & tum Ethnicorum, tum Christianorum disciplina facillimè persuadebit. *Nulla enim nobis cum tyrannis societas est, sed summa potius distractio*, inquit vir prudentissimus. Veteribusq. Romanis & Latinis, quàm fuerint tyranni odiosi ex eorum varijs decretis legibusque & rebus contra Tarquinium Superbũ fortissimè gestis apparet. Græci quoque quantopere tyrannos abominati sunt, facile est cõijcere ex prẽmijs quæ tyrannorum interfectoribus proposuerunt, & statuis ornatissimis quibus eorum memoriam publicè honorarunt. Iudæi quoque & si crebrius immissos sibi à Deo tyrannos pertulerunt, sæpenumero tamen armata manu eis restiterunt, vt ex to-

I.

Cic. offic. 3.

Liuius li. 2

ex tota Machabæorum historia liquet: aliquan
eos regali loco mouerunt, vt de Ozia notum est,
liquando etiam occiderunt, vt de Athalia, Iezab
le, Iabino, Eglone, & nonnullis alijs cõstat. & ap
Christianos ipsum tyranni nomen, adeo est odi
sum & execrabile, vt omnes tacito naturæ & re
gionis instinctu, tyrannum tanquam publicam p
stem abominentur. Et is qui fortasse solus ab oct
gentis annis in Anglia perfectum & omnibus q
si numeris exactum tyrannum egit *Henricus VI*
(Richardus enim III. qué vulgati nomine Rich
dũ tyrannum historiæ Anglicanę vocant, vix vn
quandam istius tyrannidis expressit) ita tamen
pellationem tyranni exhorruit, vt capitalem pe
ei decerneret quicunq. eum *tyrannum* diceret. N
immeritò. est enim Tyrannus (vt ex omnibus hi
rijs colligimus) nõ tam singulorum hominũ qu
vniuersarum prouinciarum, quàm naturæ hu
næ, adeoque & ipsius humanitatis communis h
stis. Est vti dicebat Philosophus quidam, inter
mantia fera & agrestia, maximè siluestrè & im
nè, est vera pestis virorum bonorum, qui natu
quodam habitu & insita peruersitate.

Vide post cap. 10.

Tyranni nomen odiosissimum.

Parlam. 8. Henrici 8. an. 26. ca. 13.

Plutarh. de amico & adulatore.

Claud. in instit. principis.

Proculcat claros homines forteſq; trucidat,
Munitus gladijs viuit, septusq; venenis.

Nicetas Choniata de Alexio Comneno lib. 1.

Denique vt eleganter scribit græcus quidam
storicus, *est bellua sanguinaria, subito in faciem tu*
uasura & laceratura. Est venenatus serpens, quem si a
plectaris, lætale virus euomit; *si in sinu foueas, corpor*
pestiferos dentes infiget.

Quare quũ tyrannus sit huiusmodi monstrũ, c
turbo, contemptor iustitiæ, optimorũ hominũ i
micus, perditissimorũ fautor, ad oĩa scelera & fla
tia proiectus; operæ prætiũ est signa & vestigia e
nia perscrutari quib. ad accuratã tanti mali cog

tionem penetremus, ne in officio nostro temerè delinquamus; & (quod fieri potest, & nostra hac tempestate crebrò factum est) pro angelo Dei angelum Satanæ, & pro Christo aduersarium eius Antichristũ adoremus; quẽ in templo Dei sessurum & falsò simulatæ religionis iustæque potestatis velo, Christi sibi gloriam & honores vendicaturum Apostolicæ literæ prædicunt. In quod nobis tanto est studiosiùs incumbendum, quanto magis videmus religionis Christianæ hostes, vt confictam à se religionem ferro propagent, quam doctrina non possunt defendere, hæc ipsa tyrannorum & regum nomina confundere, & probatissimos reges teterrimo tyrãnorum nomine infamare; vt deinceps tyrannos suos regum spolijs & nominibus cohonestent, atq. ita tyrannide tanquam legitima regum potentia, execrabilem Atheismum subiugatis à se populis etiam inuitissimis imponant. Ecquis enim aliquando ad regnum Scotiæ vel pleniori iure peruenit, vel maiori lenitate & clementia populis illis præfuit, quàm Maria illustrissima Scotorum Regina? & tamen infandi proditores eam solenni Ministrorum sententia tanquam tyrannam è regia sede expulerunt; vt verissimum tyrannum, spurium, apostatam, regni munitissima Anglis antiquis regni illius hostibus prodentem, procerũ Scotorum sanguini aliàs quum vis deesset vafrè insidiantem, aliàs quum vires ei suppeterent barbarè effundentem totumque illud regnum vastitate, cæde & incendijs permiscentẽ, ad regale culmen attolleret. Quis aliquando rex populis suis tumaltuantib. magis indulsit, quàm Geusijs Flandris potentissimus Hispaniarũ rex Philippus, qui illis priuilegia sua quæcũque sarta-tecta seruari flagitantib. concessit: Hispanos milites è prouincia illa semel & iterum euocari requi-

2. Thess. 2.

Maria Scotiæ Regina

Insignis Philippi regis erga Flandros rebelles indulgentia & lenitas.

requirentibus assensit: arces & munita loca omn
& singula, alijs fidelibus subditis erepta ipsisq. so
custodienda tradi supplicantibus tradidit: qui pac
ficationem Gandauensem contra ipsius ferè digni
tem sceptrumq. initam ratam habuit: illis arma
& omnia quæ cupiebant obtinentibus nobilissim
principem fratrem suum Iohannem Austriacu
inermem, nullo alio præsidio quàm ipsorum fi
nitentem, Gubernatorem vt iuxta antiquas pr
uinciæ consuetudines & priuilegia præesset, qu
ipsi petierant illis commendauit. Et tamen p
hanc tantam, & indignam penè regio nomine fa
missionem, regem illum vt tyrannum impurissim
scriptis confixerunt. Et quum eo pugnæ genera
liquantisper cõtra eum velitati fuissent, postea qu
si tota belli mole incumbentes, eum tyrannum c
marunt, regioque nomine & potestate privare
An. 1581. Hist. Belgi. ea impressa Francofor. an. 1583. æditoq. maledico edicto, *declararunt eum propter*
tyrannidem cecidisse dominio & principatu prouinciar
Belgicarum. Eodemque edicto prohibuerunt vsum em
prouincijs illis insignium, sigilli atque etiam nomini
vsurpationem. atque hæc parrarunt omnia, vt mill
Principes Aurang. vide post. ca. 11. pa. pag. 8. fœdifragum & periurum Aurangium, religion
vel Catholicæ vel Protestanticæ expertẽ, manife
Atheum, sanguinarium tyrannum, qui vastatis E
clesijs, oppressa nobilitate, profligato clero, destr
cto populo, flumina malorum prouincijs illis in
disset, regem sibi crearent, eiusque præsidio vir
bonos & pios, imò ipsam pietatem, iustitiam
religionem in illis oris extinguerent; quod eius
magna ex parte consecuti sunt. Gallorum verò
Rebelles Hugonoti. belliũ barbara facinora, cui tandem mortalium o
tantum in Europa, sed vel in Africa & Asia, ad e
tremos vsque Orientis terminos sunt ignota? Q
quum reges suos optimos & clemẽtissimos frat
Fra

Franciſcum & Carolũ continuatis bellis in magnũ ſæpè regni, ſæpè etiã vitæ amittẽdæ diſcrimẽ adduxiſſent, maritimos Galliæ portus antiquis Galliæ hoſtibus & in regnũ illud ius aliquod prætexentibus prodidiſſent, in mediterraneas ciuitates Germanorum copias induxiſſent, exterorum hoſtiũ phalanges in patriam contra reges attraxiſſent, magnã procerum, incredibilem plebis multitudinem regibus fideliter ſeruientẽ occidiſſent, iniquiſſimas fœderis conditiones ab eis extorſiſſent; nec iſtis omnibus ſatiati, præterea & è pulpitis, & in libris, & in ſynodis declamarunt reges hos tyrannos eſſe, nunquã eſſe cum illis pacificandum; hoc enim nihil eſſe aliud quã *cum Satana pacificari. ſperare ſe tandem Deũ, quod opus in Gallia cœperat, & magna ex parte perfecerat abſoluturum, tota illa priore hominum & principum generatione ſublata, vt mundus veluti de integro tota Gallia inſtauretur: contra illos eodem animo eſſe pugnandum quo Gedeon contra Madianitas, quo Iudas Machabæus contra tyrannum Antiochum, Nicanorem & Paganos dimicauit.*

Hauredegrace. Diepe. An 1562.

Beza in epiſt. theol. 37. 40.

Vide Iuſtitiam Britan. pa. 97

Sic illi populum miſerum ſeduxerunt, turpiſſimis rebus pulcherrimos titulos, & contrà veris virtutibus fœda vitiorum nomina tribuentes. Quo autem ſucceſſu hæc fecerunt, per diuturna viginti annis totis reginæ Scotorum miſeria & captiuitas, & nuper luctoſiſſima cædes, propagatum totidem annis inteſtinum & cruentiſſimum in Flandria bellũ, & florentiſſimum ante hanc tempeſtatem Gallorũ imperium, nunc ab hæreticis Heluetiorum inſtar in varias partes dilaceratum, miſerabili bonis omnibus ſpectaculo teſtantur. Quàm ergo neceſſarium eſt ad verum regem à tyranno ſeparandum, mentis noſtræ aciem diligenter intendere, quando ex eius ignoratione tantus malorum Oceanus in regione Chri-

Christianas inundauit? Quòd si Christianitas instituti veros istos tyrannos, Iacobos Bastardos Dei contemptores Aurangios, Condæos, Coligni & reliquos illos Galliæ incendiarios cauissent, quam illis opem ad vastandam patriam subministrarunt, eandem sub iustis regibus ad Turcá subigēdum applicassent, mihi sanè dubium nō est quin iam olim Turcam Constantinopoli expulissent Græciam, Asiam, Syriam, Christianis principib recuperassent, ipsumque Christi Sepulchrum terram Sanctam, Christianosque incolas Orientis totius, Saracenorum impio dominatu liberassent exciisisque funditus sacrilegi Mahometis in Asia monumentis, abominandam illius superstitionem ex orbe nostro ad Garamantas & Indos reiecissent. Multò enim minoribus sumptibus & paucioribus exercitibus Alexander Magnus Orientem peragrauit. Multò minoribus copijs Iulius Cæsar Romanum Imperium subegit, Carolus Magnus Europam ferè totam pacauit, sibique tributariam reddidit. Multò minori apparatu & sanguine & Lusitani in Oriente, & Hispani in Occidente latissimas regiones regnaque potentissima imperio suo subiunxerunt.

2. 2 Regis ergo & tyranni necessariam cognitionem, & luculentam vtriusque imaginem vndè ego illius petemus, quàm ex accuratè ponderata regis & regum descriptione, quam iam anteà oculis lectorum subiecimus? Quum enim circa respublicam seruet & rex & tyrannus, non aliter quàm circa corpus humanum sanitas & ægritudo, pulchritudo & deformitas, circa animum virtus & vitium, scientia & error; circa hominū totum vita & mors, gloria & ignominia, fœlicitas & miseria; sic circa pub.vim & finē penitus comprehensum teneam quæ

quæque sint regis in ea iuuãda & gubernanda partes, eadem operâ statim intelligemus quis sit tyrãnus, qui in eadem repub. deformanda, regi non aliter quàm latro ciui bono, & lupus pastori, est aduersarius. Diximus autem homines quũ primò in societates has quæ ciuitates & respub. efficiunt congregarentur, illud spectasse vt quietè sua possiderẽt, ab iniurijs essent tuti, se familiamq. suam, & simul totum illud politicæ societatis corpus tuerentur atque augerent. Atque hoc ita se habere, ex ipsa ratione, & naturali indole visceribus omnium impressa demonstrauimus. Ergo iustitia externa, ciuilis pax & tranquillitas, cum quieta bonorum iustè acquirendorũ possessione, primũ est quod antiquissimi mortales in communionem ciuitatis, & reipub. confluentes respexerunt. At quoniam hæc sola consideratio manca est, & longè humilior quàm pro humanæ dignitatis altitudine, quum & bestiolæ quædam gregatim viuentes, vt apes & oues, & leones etiam aliquando externam quandam iustitiam & ordinem seruent: idcircò eadem respub. eadem natura duce alium sublimiorem finem sibi proposuerunt, nimirum vt præterea ciues boni essent, mentesque suas moralium virtutum ornamẽtis excolerent. Quemadmodum enim videbant se duabus partibus constare animo & corpore, & illũ hoc longè esse præstantiorem, quando sine illo hoc instar immobilis saxi nihil agere nec se mouere posset; absurdum putabant ita externa corporis emoluméta curare, vt internum animi decorẽ omnino negligerent. Sentiebant etiam in animis suis flagrare quasdam virtutum scintillulas, quibus ad auaritiæ, crudelitatis, luxuriæ & reliquorum vitiorum fœditatem declinandam; liberalitatis autem, clementiæ, temperantiæ, & similium virtutum

Reipub. Paganæ fines. Suprà ca. 2

1. Bona corporis & fortuna.

2. Bona animi.

pulchritudinem amandam sua sponte accendeb
tur. Neque enim sola magistrorum institutio
sed natura quoque horrebant fœdifragos, per
ros, mendaces, libidinosos; eademque naturæ s
dente sine magistris diligebant fideles, syncer
veraces, continentes; vtque societates
istis florerent virtutibns elaborabant. Hoc verò
altè in omnium hominum pectoribus à Deo
turæ conditore infixum inhæsit, vt nemo vnqu
Philosophus de repub. scripserit, nemo aliqua
legislator rempub. formauerit, nemo vnquam
gistratus politicus ciuitatem rexerit, qui nonc
suos bonos efficere conatus sit. Superfluum
nec omnino operæ pretium percensere quæ doc
mi viri Plato, Aristoteles, Plutarchus, &
Græci Latinique de ea re scripserunt; & sun
promptu, nec mediocriter eruditis ignota. fr
lum est operosè narrare veterum legislator
Chatondæ, Zaleuci, Minois, Lycurgi, Sol
in suis rebus publ. condendis instituta; qui
ad virtutem ciues instruxissent, ciuitates sua
bis & seditionibus funditus breui spatio diss
sent. Quum verò illæ multis annorum cent
rijs floruerint, certissimum est legibus illis ciu
iustitiam & virtutem fuisse conformatos. Vt
particularia omnia & scriptorum & legislator
& Magistratuum dicta factaq. silentio prætem
vnicum illud & generale principium quo re
blicæ omnes consistunt, abundè conuincit nu
fuisse vnquam rempublicam, nullum legisla
qui non virtutem proposuerit suis ciuibus sa
sc consectandam. Ecquis enim fuit aliqu
legislator, qui rempublicam formando &
condendo præmium & pœnam in leges &
publ. non inclusérit? ecquis qui non supplic

Omnes legũ & ciuitatum cõditores voluerunt ciues suos effi cere bonos.

probis & præmia bonis ſtatuerit? Vitia ergo ſupprimere, virtures fouere, illa reſcindere, hęc augere, illa è ciuitate expellere, has introducere, illiſq. penitus extinctis & radicitus euulſis, has conſerere & omnibus modis amplificare, ciuiumque ſuorum animos ijs quàm maximè imbuere volebāt, ad quod hæc duo potentiſſima & neceſſaria cuiuſq. reipub. vincula maximè pertinebant, & cui efficiendo maximè erant efficacia. Neque verò reſpub. Rom. ad vindicādum ſtuprum Lucretiæ illatum tam facilè à Bruto fuiſſet excitata, nec Minoem propter ſummam iuſtitiam antiquitas in numerum deorum reposuiſſet, neque Sparta Lycurgi legibus reperata ſeptingentos annos tam gloriosè ſtetiſſet, nec Zaleuci lex adulteros oculorum effoſſione plectentis, ſeueritaſque adulterium à filio commiſſum (vt lex ſua inuiolata maneret) altero filij, altero ſui ipſius oculo eruto vindicantis, adeò in omnem poſteritatē fuiſſet memorabilis, niſi primi illi legiſlatores non modò virtutem ſuis ciuibns commendaſſent, ſed etiam in ea ſuadenda & inculcanda ſtudioſi, diligētes atque acerrimi fuiſſent. Ergo certum eſt reſpub. omnes ſuis legibus atque inſtitutis eò contendiſſe, vt præter externam pacem, interius quoque virtutibus probitatis, temperantiæ, continentiæ, fortitudinis, ciuium ſuorum animi imbuerentur.

Liuius li. 1

Zaleuci ſeueritas.

Atqui nec his tantummodo finibus contentæ fuerunt, ſed tertius etiam & is eodem quoque naturæ ipſius inſtinctu mentes omnium occupauit. Dei enim cultus & religio ita per omnes mortales, omnes nationes, ſiue Græcos, ſiue Romanos, ſiue Afros, ſiue Aſiaticos, ſiue Americanos, ſiue Turcas, ſiue humanitate politos, ſiue immanitate barbaros & agreſtes peruaſit, vt nullus aliquando populus ciuitatis aut communionis politicæ formam

Deum colere idq. ſacrificio, omnes mortales naturæ & rectæ rationis docuit.

vllam præ se tulerit, qui non vnà deos immortales coluerit, cultumque eum sacris & sacrificijs pe-
egerit. *Nulla enim gens est tam fera, nulla tàm immani-*
Cic. Tusc. lib. 1. & de nat. Deorũ lib. 1. *cuius mentem non imbuerit deorum colendorum opin-*
inquit Tullius. Et Aristoteles, vbi quæ ad ciuitatem
Arist. polit. lt. 7. ca. 8. suam maximè sunt necessaria enumerat, & sine q-
bus ciuitas esse non potest, *alimenta, artes, arma, pe-*
cuniam ad priuatos & publicos vsos; tum verò primum (
quit) *est quod ad deorum cultum pertinet, quod sacra*
sacrificiumq; vocatur. Græci in suis ciuitatibus
habuerunt deos colendi ritus, tot hecatombe
tot victimas, tot alia sacrificiorum genera,
& illis fuerint sacerdotes plurimi, nec apud
templorum structura quicquam ornatius aut
gnificentius. Romæ autem ab eius condi-
Romulo, cum primis ciuitatis fundamentis
gio quoque stabilita est, & templa *Ioui Stato-*
Liuius li. 1 *Feretrio dedicata, & sacra Dijs alijs Albano ritu,*
Herculi facta. Sub proximo autem rege Numa, in
diosè Deorum religioni ciuitas incumbebat, v
solùm Romani ipsi à vi & armis conuersi quum
teresse humanis rebus diuinum numen credere
Ibid. illud omni pietate venerarentur: sed *etiã finitimi*
populi, qui antea de ciuitate ea tanquam aliarum
narum omnium libertati imminente funditus
cindenda consilium ceperant, nunc *in eam veni-*
diam adducti fuerint, vt ciuitatem totam versam in
Romanorũ etiam quũ Ethnici essent magna religio. *Deorum violari ducerent nefas.* Quin etiam illic
constans erat atque immota erga Deos pietas
quum fusis ad Alliam legionibus suis terrore co-
nati, Gallis ad vrbem oppugnandam venienti
portas vrbis occludere Romani ciues obliuisce-
tur, vrbemque totam tanquam desperatione v
hostibus proderent diripiendam & incendend
ne tum quidẽ Deorum cultũ deseruerunt: sed

muni consensu *placuit flaminem sacerdotesq; vestales & sacra publica, à cæde atque incendijs procul auferre, nec ante deseri cultum Deorum quàm non supereſſet qui colerent.* Si Turcas intuemur illi iuxta Mahometis legem, ita Deum colunt, ita sacrificijs placare satagunt, ita votis & seueriſſimo castiſſimoque viuẽdi genere in multis Monachorum suorum millibus, veterum prophetarum & primi Christianiſmi Monachorũ austeritatem peruersè imitantibus Dei misericordiam promereri laborant, vt multis Christianorum suam apostasiam & fœdas libidines exprobrare videantur. Si ad Tartaros migremus, illi quanquam nec Christianam fidem, nec Mahometanam scirẽt, religionis tamen omnis expertes viuere noluerunt. sed etiamsi præmentis hebetudine ad verã Dei cognitionem assurgere non poterant, tamen quòd diuinam naturã esse qua regerẽtur certò perspicerẽt, eamq. hominibus benefacere colligerent, ipsiq. ex syderũ aspectu maxima bona consequerentur, *propterea maiora sydera & cõspicuas stellas pro Dijs adorabãt, quarum obseruatione in ea vastitate camporum certa itinera tenere dicerant.* Quòd si ex nostro orbe in nouũ illum transmittere voluerimus, rudes Americæ populos religionem quandam perpetuò habuiſſe intelligemus, & sacrificijs quanquam sanguinarijs & crudelibus, infinitis tamen Deos suos propitiasse; tẽplorũ verò & multitudine & magnificentia plurimum tum Asiæ, tum Europæ populos omnes superasse; quando in vna aliqua ciuitate magna quidem & ampla, multis tamen Italiæ, Galliæque ciuitatibus minori, quadringenta speciosa & sumptuosa templa oculati testes numerauerunt. Denique ut prudẽtiſſimus philosophus ait, Omnes legislatores, *& Licurgus Lacedemonios, & Numa Romanos, & Ion antiquos Athenienses, & Deucalion Græcos ferè omnes Dijs cõ-*

Liuius li. 5

Georgius. de moribus Turcarum.

Iouius l. 13 Ortelius in theatro.

Nouus orbis in narratio. Ferdinandi Corteſij pa. 551.

Plutarchus aduersus Colotem. *secraueriũt. Et si terras peragres, inuenire poteris vrbes ma-*
ris, literis, regibus, domibus, opibus, numismate carentes: m-
bem vero templis Dijsque carentem, quæ precibus, quæ iur-
iurando non vtatur, quæ nõ bonorũ causa sacrificet, quæ ma-
sacris mala auertere nitatur, nemo vnquã vidit. Quinim
vir doctissimus quum omnes non solùm popul
& regiones, sed etiam sectas philosophorũ & sch
las, Academicas, Stoicas, Platonis, Socratis, Arce
Ibid. læ, Aristotelis, Pithagoræ & aliorum diligenter an
mo perlustrasset, tum profiterur nullam à se repe
religionis & Deorum cultus inanem, præter vn
Epicuræam, de qua sola testatur, *quòd iusiurandu*
Cicer. de nat. Deorũ l. 1. *preces, sacrificia, veneration em Deorum verbo quidem rel*
quebant, simulando videlicet & nominando ea, quæ tam
suis principijs & decretis tollebant: quia Deum huma
non curare, nec hominum pietate & sanctis fœd
Vera iustitia non est sine religione & cultu Dei. ratisve operibus quicquam in alterutram partẽ c
moueri differabant. Hic ergo vnus est, isq. maxi
necessarius & primarius rerumpub. finis, vt De
honoretur. Quum enim iustitia quæ humanã r
omnemque societatem perfectè continet & mo
ratur, in eo sit posita vt suum cuiq. tribuatur;
Deo omnium conditori eum quem par est hono
impendimus iniustissimi sumus, etiamsi cuiq
hominum generi, & principibus, & parentibus,
vicinis, & reliquis, quod iustũ est concedimus. N
que verò diu hæc inferiora officia cõsistere possu
Cic. vbi supra. si supremum illud quod est reliquorum fundam
tum negligatur. Optimè enim philosophus Pa
nus. *Pietate aduersus Deos sublata, fides etiã & socie*
generis humani, & excellentissima illa virtus iustitia e
homines tollitur. & semper qui neglecta Deorum
ligione magis habebantur impij, vt Annibal, C
thaginenses, Afri; ij quoq. ob contemptam erga
mines fidẽ, & fœdera rupta, periuria, & iniustit
maxi

maximè erant infames. Cæterùm hic finis vt est reliquis antepositis diuinior & excellentior; ita propter humanæ mentis imbecillitatem & rationis caliginem, erat olim perturbatior, & multis fædissimis erroribus magis implicatus. Quum enim populi omnes Deum esse, eumque sacrificijs & debitis honoribus colendum, euidenti ratione comprehenderent; quis autem esset Deus ille, & quo cultu venerandus in profundis ignorantiæ tenebris demersi non viderent; hinc effectum est, vt illi omnes quos enumeraui, in Dei natura concipiendà, & in particularibus eius colendi ritibus turpissimè laberentur. Hinc illa apud Romanos idololatrica Deorum multitudo. Hinc apud Græcos, homines scelerибus insignes cælitum numero ascripti, Bacchus, Venus & Mercurius ille, *quo nõ præstantior alter* (vt ait poeta) *Et fraudare homines & fallere numina diuũ.* Hinc Turcæ suum Mahometem, & tartari sua maiora & minora sydera, & Americani composita à se idola, hostiumque suorum sanguine delibuta pro Dijs adorant. Hinc in modo sacrificandi tanta impietas, vt illi etiam literis & humanitate cultissimi Romani & Græci, non contenti bestiarum sacrificijs qualia in lege naturæ & Mosaica Deus requirebat, etiam hominum occisorum corpora Dijs suis immolarent. Carthaginenses aũt, Mauri, veteres Galli, & alij populi Septentrionales, multò crebrius & crudeliùs huic generi sacrificiorum indulgebant. Nuper autem inuenti Americani, vsque eo modum omnem excedebant, vt vnica ciuitas Mexicana quotannis plusquam viginti millia iuuenum vtriusque sexus solita fuerit occidere, & extracta eorum corda Dijs suis sacrificare. Ad quam insaniam prorumpebant aliquando etiam Iudæi quum à Dei lege deficerent.

Paganorũ error in modo Dei colendi.

Nouus orbis in narratio 2. & 3. Cortesij. Alexã. ab Alexandre li. 6. ca. 27 Dion. Rom lib. 43. Cæsar de bello Gal. li. 6.

Nouus orbis in literis Franciscanorum pa. 667. Psal. 105. 36.

4. 4 Christus autem in mundum his erroribus oc-
cæcatum veniens, vt voluntatem hominum ma-
iori ad rectè operandum quàm prius alacritate
compleuit, demissoque Sancto Spiritu cultores
suos in omnibus virtutibus adeò excellentes red-
didit, vt temperantia, castitate, humilitate, vera a-
nimi fortitudine & mortis contemptione, insi-
gnium monachorum & martyrum plura eluxerint
inter Christianos millia, quam inter Paganos hu
virtutibus nobilitati viri singulares: sic inprima
religionem veram ita instituit, & legibus firma-
uit, & in æternitatem stabiliuit, vt nulla deincep
erroris macula Ecclesiam à se fundatam, & san-
ctissimo suo spiritu gubernatam, eamque visibi-
lem futuram, & toto terrarum orbe diffundendam
potuerit obfuscare. Id quod in varijs noui veteris-
que Testamenti locis tam perspicuè pollicetur, v
nihil sit in fide Christiana certius, nihil in symbo-
lo Christianorum firmius, quàm hanc CHRISTI
Ecclesiam Catholicam & Apostolicam, à veritatis
regula per ipsum CHRISTVM tradita nunquam
deflexuram. Quòd ergo homines natura duc
externam iustitiam in communi vita sequebantur,
hoc Christi disciplina multò magis ratum habuit
& adiectis maximis æternæ vitæ præmijs acrio
iustitiæ studium Christianorum pectoribus accen-
dit. Quòd virtutes morales appeterent illi
que præditi ad præclarius de amicis, de paren
tibus de ciuibus, de toto reipublicæ statu me
rendum instruerentur; & hoc quoque sancti
sima CHRISTI Religio confirmauit, & adie
cta intrinsecus Spiritus sancti gratia mentes suo
rum sic illustrauit, vt multo quàm prius flagran
tiores in harum virtutum studium incumberent
Quòd etiam Deum esse, in eiusque honorem fa

Christus in Euāgelio natura bonatū de ciuili iustitia tū de cultu Dei approbauit.

cr

era quædam agenda esse persuasum haberent nec hoc refutauit, quod ipse nimirum creator æterna naturæ lege homines creaturas suas edocuerat, & lege temporali per Moysem lata Iudæis olim præscripserat. At quòd à recta Dei veri & vnius cognitione ad multos & falsos errarent, & propter ignorantiam veri cultus ad idololatricos ritus deuoluerentur, hoc adeò efficaciter in eis correxit, vt & præsentes tum ignorantiæ tenebras dispelleret, & clarissimam veritatis lucem inueheret, & quò semper in eadem veritate persisterent certam & constantissimam eis regulam traderet. Reipub. enim suæ quam ecclesiam vocamus, & quam ipse partim laboribus suis, partim Apostolorum suorum predicationibus construxit, & per vniuersum mundum dilatauit, certos dedit moderatores, alios quidem magis necessarios, qui intrinsecam eius naturam curarent, puritatem dogmatum, articulos fidei, sacramentorum doctrinam, disciplinam ecclesiasticam, & si quæ alia ad interiorem eius vitam & tanquam animam pertinent, quos episcopos vocamus: quorum officium quia circa sublimiora & valde recondita mysteria versatur, ideòque perpetuo præsentem diuini numinis gratiam requirebat, idcirco ipse promisit *se illis affuturum omnibus diebus ad sæculi vsque consummationem, nec ab eis vnquam recessurum spiritum veritatis qui eos in omnem veritatem duceret*, & prius futurum vt Sol & luna è mundo tollerentur, quàm vt hæc promissio sua vi & effectu destitueretur. Principes autem & magistratum ciuilem quem prius in naturæ lege ordinauerat, ita iam gtatiæ lege reformauit, vt tum demum perfectè munere suo fungerentur, quum mystica regeneratione in ecclesiam insiti, episcopis regenerantibus, vt filij patribus, vt oues pastoribus, vt discipuli magistris, que-

Ecclesia æterna.

Episcopi.

Matt. 28. Io. 14. & 16. Ierem. 31.

Principes seculares quoad Ecclesiastica subiecti Episcopis.

Ioan. 22. Hebr. 13. madmodum Christus præceperat se subijcientes, politicum suum gladium dirigerent ad eam extinc- secam ecclesiæ pacem procurandam, cuius interc sacramenta diximus episcoporum fidei fuisse com- missa. Hoc enim in testamento nouo futurum pro- prium regum officium, pulcherrime vaticinatus e

Esa. ca. 49. 23. & ca. 60. diuinus propheta, quum ait, *futuros reges nutricios* o *reginas nutrices ecclesiæ*: quum prædixit *gentem & re-*

Psal. 2. 71. & 6. *gnum quod non seruierit ecclesiæ perituru*m; quum in va- rijs locis psalmorũ reges colla sceptraque sua Chri- sti iugo esse submissuros regius ille psaltes cani quum ad exemplar regiæ in nouo testamento obe- dientiæ Iosue summus populi hebræi dux *ingre-*

Numer. ca. 27. 21. *& egredi*, hoc est, res maiores administrare iube *iuxta mandatum* pontificis Eleazari. quum genera-

1. Cor. 10. 11. ter in ea politia quæ vmbra erat ecclesiæ & reipub Christianæ, imperatur vt in controuersijs de leg

Deutero. 17. 9. ascenderent *ad sacerdotes Leuitici generis* & sine terg uersatione sequerentur sententiam eorum neq declinando ad dexteram neque ad siniſtram. qua omnes boni Christianorum principes tempore E uangelij suum fuisse munus & officium, idque e diuina ordinatione, & verbis, & factis, & moribu semper sunt professi, vti mox explicabitur. Et han totam regis potestatem quasi ecclesiasticam facu que functionem spiritus sanctus Christique Apo stolus Petrus perelegãter significauit, quum appo lauit statum testamenti noui, *sacerdotium regale*, qu

1. pet. 3. 9. Exod. 19. nimirum reges Christianorum ita optimè regio nomine dignos ostendunt, si sacerdotio Christi ecclesia sustinendo & sacerdotũ ecclesiasticas leg corroborando suam regalem authoritatem impe dunt, in quo propriè verti cardinem & medullam regij inter Christianos splendoris omnes antiqui simi & sanctissimi episcopi docuerũt, omnes fortu

sun

simi atque optimi Imperatores crediderunt. Sic enim qui primi Christiani Imperatoris temporibus vixit Osius Cordubensis filium eius Constantium ab Arianis seductum, & eorum persuasione ecclesiasticis negotijs se immiscentem grauiter monet, *Ne te misceas ecclesiasticis, nec nobis episcopis, Imperator (inquit ille) in hoc genere rerum ecclesiasticarum præcipe, sed ea potius a nobis discе. Tibi Deus imperium commisit, nobis ea quæ sunt ecclesiæ.* Eundemque Imperatorem clarissimi episcopi, Paulinus Treuirensis, Lucifer Metropolitanus Sardiniæ, Diouysius Mediolanensis, alijque serio monuerunt *ne ecclesiastica corrumperet, neue Romanorum Imperium ecclesiasticis constitutionibus immisceret.* Quorum iudiciũ magnus ille Athanasius comprobans, addit nihil cogitari posse in re Christiana monstrosius, quam regem ecclesiasticas cõtroustrsias velle iudicio suo definire. Quod quoniam Constantius ille Arianus tentaret, *& præsidere vellet iudicijs ecclesiasticis, séque in decernendo principem facere Episcoporum, quis (inquit Athanasius) non dicat illum eam ipsam esse abominationem desolationis, quæ à Daniele prædicta est? Nam in hoc, quod Antichristi est facit, & quod Antichristus quũ venerit plus cõmittere poterit?* Quã etiã Antichristianã arrogantiã in eo Imperatore Leontius Tripolis Episcopus & insignis martyr dixit se valde obstupescere. Gregoriusquoq; Naziãzenus pro cõcione Imperatorẽ Theodesiũ grauissimè affatur, *Te quoq; (ô Imperator) imperio meo ac throno lex Christi subijcit. Imperiũ enim nos quoq; episcopi gerimus, addo etiã præstantius ac perfectius: nisi verò æquum est spiritum carni fasces submittere, & cælestia terrenis cedere. Sed non dubito quin hanc dicendi libertatem in optimam partem accepturus sis, vtpotè sacri mei gregis ouis sacra, magnique pastoris alumna, rectéque iam olim a spiritu docta & instituta.* Et D. Chrisostomus,

Athanas. in epist. ad solitariam vitam agẽtes.

Ibi.

Nazian. Orat. 17.

Mane

Chryſ. to. 1. de verbis Eſaiæ, homel. 4. Matt. 16. *Mane intra tuos terminos o rex: alij ſunt termini regni, alij ſacerdotij, hoc regnum illo maius eſt. Rex ea quæ ſunt in terris ſortitus eſt adminiſtranda, cæterum ius ſacerdotij è ſupernis deſcendit. Regi corpora commiſſa ſunt, ſacerdoti animæ, maior hic principatus, propterea rex caput ſubmittit manui ſacerdotis, & vbique in veteri ſcriptura ſacerdotes inungebant reges.* Quem admodum autem iſti in Oriente, ſic eorum item coëpiſcopi in Occidente hanc diſtinctionem pontificiæ & Imperatoriæ poteſtatis diligenter tradiderunt. Sic nimirum D. Ambroſius

Amb. epiſt. 32. ad Imperatorem Valentinianum. *Noli te grauare Imperator vt putes te in ea quæ diuina ſunt imperiale aliquid ius habere: noli te extollere, ſed ſi vis diutius imperare, eſto*

Matt. 22. 21. *Deo ſubditus. Scriptum eſt, quæ Dei Deo, quæ Cæſaris Cæſari; ad Imperatorem palatia pertinent, ad ſacerdotem Eccleſiæ; publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt, non ſacrorum.* Quibus limitibus coerceri poteſtatem Imperatoriam, Imperatoribus ipſis maximè eſt gloriſum, vti ſanctiſſimus epiſcopus eodem loco ingeniter admonuit. *Quid eſt enim honorificentius* (inquit ille) *quàm vt Imperator dicatur filius eccleſiæ? Imperator enim bonus intra eccleſiam, non ſupra eccleſiam eſt.* D. quo Hiliarus Pictauorum epiſcopus, inuictus Gallicarum eccleſiarum contra Arianos columen vt in reliquis fidei capitibus cum his ſuis coëpiſcopis conuenit, ita nec in hoc de regiæ iuriſdictionis finibus quicquam diſſenſit. Sic enim ille cum Osio, Athanaſio, Paulino, & reliquis Conſtantium Imperatorem alloquitur. *Prouideat* (inquit) *& decernat*

Hil. in lib. ad Conſtan. *clementia tua, vt omnes vbique iudices, quibus prouinciarum adminiſtrationes creditæ ſunt, ad quos ſola cura ſolicitudo publicorum negotiorum pertinere debet, a rebus ſe negotiis abſtineant.* Denique in Sanctis, Basilio. Hieronymo, Lucifero, Auguſtino, nihil frequentius occurrit, quàm regibus palatia, epiſcopis ecclesiæ

ecclesias; illis corpora, his animas; illis externa reipub. ciuilis, his interiora reipub. & ecclesiæ diuinæ; illis pacem & regimen politicum; his disciplinam & regimen spirituale esse Christi præscriptione mandatum.

5 Vt autem hanc doctrinam tanquam præcipuum pacis ecclesiæ & reipub. Christianæ vinculum doctissimi episcopi in Oriente & Occidente, in libris, in concionibus, in consilijs studiosè inculcarunt: ita eandem doctrinam optimi maximique illi Orientis & Occidētis Imperatores fumiter amplexi sunt; suisque in imperando legibus & moribus roborarunt. Constantinus enim Magnus dictitare solebat, *Vos o Episcopi intra Ecclesiam, ego extra Ecclesiam à Deo episcopus constitutus sum.* Theodosius magnificum Comitem Candidianum suo nomine ad generale Concilium Ephesinum misit, sed expresse ei præcipiens, vt nullo modo se interponeret *in illis quæ de piis dogmatibus erant controuersa.* quid ita? nimirum quia *illicitum est eum qui non sit ex ordine sanctissimorum episcoporum sese ecclesiasticis immiscere tractatibus.* Imperator Martianus in Concilio Chalcedonensi protestatur se venisse vt exemplo Constantini Magni, quæ Episcopi diuina authoritate sacrosancta esse decernerent, ipse imperiali authoritate populis seruanda ediceret, & Concilij decretis repugnantes legitimis supplicijs castigaret, non aliter quàm Constantinus damnatos à Concilio Nicæno in exilium eiecit, Arij libros cremauit, & si qui eos cælare deprehenderentur, capitali supplicio affecit. Neque vnquam pij & iusti principes aliter se rebus ecclesiasticis immiscuerunt, nisi vt quæ prius episcopi concluſissent, ea ipsi suis edictis firmarent, & ad ea seruanda pœnis ciuilibus adiectis populum efficerent propensiorem. Cuius rei exemplis omnes historiæ

5.

Regia potestas in ecclesiasticis rebus proprie sub seruis episcopali, Eusebius de vita Constant. lib. 4. ca. 24.

Concil. Chalced. actio. 1. & 6.

storiæ, omnes annales, omnia scriptorum monumenta referta sunt, id quod Iustinianus Imperator apertissimè testatur. Si de personis hæreticorum synodus episcoporum aliquid statuisset, *Quoties* (inquit ille) *sacerdotum sententia quosdam indignos sacerdotio de sacris sedibus deposuit, quemadmodum Nestorium, Eutichen, Arium, Macedonium, Eunomium, & similes; toties Imperium eiusdem sententiæ & ordinationis cum sacerdotum authoritate fuit; sicque diuina pariter & humana concurrentia, vnam consonantiam rectis sententiis fecere. sicut nuper circa Anthymum factum est, qui dejectus est à sede huius regiæ vrbis per gloriosæ memoriæ Agapetum sanctissimum Rom. ecclesiæ pontificem.* Si de dogmatibus fidei credendis episcopi in synodis suis statuissent, Imperatores perpetuò eadem dogmata rata fecernnt; & vt ait idem princeps post cõmemorationem in quinta synodo generali, Nicæni Concilij canones sub Constantino Magno contra Arianam hæresim, Constantinopolitani sub Theodosio seniore cõtra Macedoniũ, Ephesini sub Theodosio Iuniore contra Nestorium Chalcedonensis sub Marciano contra Eutichen & Nestorianos, *his omnibus per vniuersa tempora subsecutis, prædicti piæ recordationis nostri patres & Imperatores, ea quæ in vnoquoque Concilio rata sancita sunt, legibus suis corroborauerunt & confirmauerunt, & hæreticos qui definitionibus sanctorum prædictorũ quatuor Conciliorum resistere & ecclesias conturbare conati sunt, expulerunt.* idemque ipse Iustinianus se factorum pollicetur quo ad ea quæ ab episcopis in hac quinta synodo essent definita.

Concil. Cõstantinop. 5. actio. 1.

Synodus 5. Constantinopol. actio 1.

Particulares vero horum Imperatorum leges sempiternam & istorum memoriam atque gloriam, & regum qui postea secuturi erant imitationem atque exemplum in iure ciuili recensentur, verbi gratia: Vt Conciliorum generalium inuiolatam

maneat authoritas, quod est Christianę pacis & ecclesiasticæ vnitatis caput, sic edicunt Theodosius, Valentinianus & Marcianus: *Nemo clericus, vel militaris, vel alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana publicè tractare conetur in posternum &c. Nam & iniuriam facit iudicio reuerendissimæ synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita reuoluere, & publicè disputare contenderit, & contemptoribus huius legis pœna non deerit.* Semel in Concilio definita nunquam post inquæstionem vocanda. Cod. tit. de summa Trinit. para. Nemo.

Vt hæretici cuiusque generis comprimantur ita præcipiunt, *Sancimus vt omnes impiæ Nestorii fideiæmuli aut nefariæ eius doctrinæ sequaces, siquidem episcopi sint aut clerici, a sacrosanctis ecclesiis eiiciantur: si vero Laici, anathematizentur, licentiam habentibus cunctis Orthodoxis, illos si voluerint omni metu & damno cessante, publicè denuntiare, accusare, reosque peragere.* Ibi. para. Sancimus.

Quoad libros verò non modo hæreticè sed vel suspiciose scriptos, ad hunc modum piè & Christianè præscribunt. *Quoniam peruenit ad nostras aures quosdam doctrinas conscripsisse & emisisse ambiguas, non exactè ac per omnia congruentes expositæ in Nicæna synodo fidei, & ab his qui in Ephesinā synodum conuenerunt sanctis patribus; iubemus omnia istiusmodi scripta incendi, ac perfectissimo interitui mancipari, ita vt in nullius lectionem veniant; iis certè qui talia scripta vel libros habere & legere sustinuerint, vltimum supplicium subituris.* Ibid. Libri hæretici comburendi.

Conuenticula autem & conciones hæreticorum vsque adeò horrēt, vt si quid vel ipsi Imperatores per errorē hæreticis largiti sint, illud indultum irritum volunt esse & nullius momenti. *Nullus* (inquiunt) *hæreticis Ministeriorum locus, nulla ad excitandam animę obstinatioris dementiam pateat occasio. Sciant omnes etiamsi quid speciali quolibet rescripto per fraudem elicito ab huiusmodi hominum genere impetratum sit, non valere. Arceantur cunctorum hæreticorum ab illicitis congregationibus turbæ. Vnius Dei nomen vbique celebretur,* Ibid. para. Nullus. Hæreticorum conciones & conuenticula interdicta.

iuxta

iuxtæ Nicænam fidem à maioribus traditam. Denique vt alias leges permultas æterna memoria dignas præteream, illud Theodosij & Valentiniani edictum de hæreticorum appellatione, non modò est pernecessarium & Theologicum, sed etiam ad nostros hodierni die non minus quàm ad tempestatis eius hæreticos definiendos exactè accommodatum. sic enim pronuntiant. *Damnato protentosæ superstitionis auctori Nestorio, nota congrui nominis eius inuratur gregalibus nec Christianorum appellatione abutantur. Sed quemadmodum Ariani ab Ario lege diuæ memoriæ Constantini similitudinem impietatis, & Porphiriani à Porphirio cognominentur, sic vbique participes nefariæ sectæ Nestorii (Pelagii, Caluini) Nestoriani (Lutherani, Caluinistæ) vocentur: vt cuius scelus sunt in deserendo Deum imitati, eiusdem fabulum iure videantur esse sortiti.* Quæ lex si nostris temporibus ita valeret vti meretur, multi pernitiosi homunciones, qui à Catholica fide ad Lutherum, Bucerum, Caluinum, Bezam, & tales quosque sordes defecerunt, & tamen Euangelici fratres, *religiosi, fideles*, appellari volunt, quibus cum euangelio, religione & fide, nihil magis quàm Iudæo aut Turcæ commercij est; minus hac crassa hypocrisi simplici plebeculæ imponerent, quando ipsorum nomine prædicarent se tales esse qui deserto Deo vero & Christo eius, ad ista luxuriæ & libidinis mancipia profugerunt.

Ibidem tit. 5. de hæreticis. para. Damnato.

Hæretici quemadmodum appellandi.

Atqui in istis maximis Imperatoribus potissimum notandum & suspiciendum est, non tam quòd leges inusserunt & decreuerunt, quam quòd eadem postulârunt & præceperunt ab episcopis edocti, & à synodis instructi; quòd que episcoporum & synodorum canonibus suas conformarunt leges. Quam ipsi clausulam Iustinianus frequenter suis edictis solet attexere. *Sancimus* (inquit ille) *sacras sequentes*

Leges ciuiles & politicæ ad sacros canones conformandæ. Constitu. 5. & 6.

las, ne quis bigamus sacerdos ordinetur. Sancimus vt sancti ecclesiastici canones qui à sanctis quatuor Conciliis (plura enim Iustiniani tempora non antecesserunt) *expositi & confirmati sunt, vicem legum obtineant. Prædictorum enim sanctorum Conciliorum decreta, perinde vt sacras scripturas suscipimus, & canones vt leges custodimus: ac propterea Sancimus vt secundum eorum definitiones sanctissimus veteris Romæ Papa primus sit omnium sacerdotum &c. Veterumque patrum decretis inhærendo, hæreticos* (inquit) *illi dixerunt & nos dicimus, quicunque diuersarum sectarum sunt Eutychiani, Acephali, Manichæi &c. & quicunque membrum sanctæ Dei Catholicæ & Apostolicæ ecclesiæ non sunt, in qua & omnes sanctissimi totius orbis habitati Patriarchæ, & omnes sub ijs constituti religiosissimi episcopi vno ore Apostolicam fidem & traditionem prædicant.* Quumque Rom. Pontifex Agapetus Constantinopolis patriarcham Anthymum, propter hæresim ea ex Ecclesia expulisset, *hanc* (inquit Iustinianus) *sententiam tametsi per se satis valentem multò tamen adhuc valentiorem reddit maiestas Imperatoria, quæ regia hac vrbe ipsum expellit.* Quare autem adeò studiosè ecclesiasticas sanctiones ciuilibus legibus confirmet, & (vt ipse loquitur) *quæ summum Sacerdotium decreuit*, ea quoque *maiestas Imperatoria corroboret*, pulcherrimam & maximè Christianam affert rationem quamuis in promptu & tanquam ante pedes cuique homini Christiano positam, Christianis tamen principibus sæpius atque iterum inculcandam. *Si enim* (inquit ille) *leges ciuiles quarum potestatem fidei nostræ Deus concredidit per omnia firmas ac stabiles conseruari ad subditorum securitatem studemus; quantò plus studij debemus circa sacrarum regularum, & diuinarum legum obseruationem ponere, quæ pro salute animarum nostrarũ definita & constitutæ sunt?* Hoc modo in prima

Constit. 131.

Constit. 109.

Constit. 24.

Ibid.

Constit. 123.

& purissima ecclesia, optimi iidémque potētissi
Imperatores, de sua quanta quanta erat Imperat
ria potentia crediderunt: hoc actionibus suis d
cuerunt: hoc glorioſisimo exemplo poſteri
christianæ regibuſque vniuerſis prædicarunt. A
que ita verè in lege Christum perfectum est qu
nunc implendum, in lege Moſis olim adumbr
tum fuit de omnibus hominibus ſi quando co
trouerſiæ emergerent, ad ſacerdotes Leuiticos co
fugientibus, & ſacerdotum iudicio acquieſcen
bus. Quod ſi qui præfractè contentioſos contra
cerdotis ſententiam ſe præberent, eos brachium ſ
culare frænaret, & (ſi quidem ita obſtinatio eor
mereretur) ſupplicio capitali afficeret. Et in h
quidem munere, quo reges ſuum gladium ad ecc
ſiaſticæ diſciplinæ defenſionem conferunt, & fid
Christianam ab Epiſcopis traditam ſuis edictis c
roborant, ita propriè conſiſtit vera Christianor
regum authoritas, vt quum ſecus faciunt, cau
que eccleſiaſticas ad ſua tribunalia rapiunt, o
nem diuinitus & à Chriſto & à natura conſti
tum perturbant, hoc eſt vt ſuperiùs enumerati
ctiſsimi Epiſcopi, Athanaſius, Oſius, Nazian
nus, Ambroſius, Chryſoſtomus, Hilarius & alij
cent, carnem ſpiritui, oues paſtoribus, terram c
petitura æternis, hominémque Deo præferunt,
ſimul ſceptra ſua infirmant, ciuiliſque obedien
ipſos neruos incidunt. Egregiè enim D. Aug
nus. *Poteſtates à Deo ordinatæ ſunt, & poteſtatibu
diendam eſt, ſunt enim à Deo. Sed hic ipſos humanar
gradus aduertite. Si aliquid iuſſerit curator nõne fac
eſt: Tamen ſi contra Proconſul iubeat, non vtique cont
poteſtatem, ſed eligis maiori ſeruire. Nec hinc debet m
iraſci, ſi maior prælata eſt. Rurſus ſi aliquid ipſe Pro
iubeat, aliud iubeat Imperator, nunquid dubitatur ill*

Deuter. 17.

Regi cõtra Eccleſiam aliquid imperanti non eſt obediendũ.

Aug. ſer. 6. de verb. Domini ſecundum Matt.

tempto huic esse seruiendum? Ergò si aliud Imperator iubeat, aliud Deus, quid iudicatis? Manifestum nimirum est neglecto Imperatore, Deo esse sine controuersia, obediendum à quo omnis est potestas, & cui omnis maiestas seruire debet & ad quẽ princeps & principatus qualiscunque refertur. Id quod probè intelligentes illi quos dixi Imperatores antiqui, vt suis legibus optimè Imperij & Sacerdotij, & vtriusque obedientiæ limites discreuerunt; ita quia nouerant nullam esse veram & Christianam in ciuilibus obedientiam, quæ in fide ecclesiæ Catholicæ non esset fundata, hanc ob causam quemcunque sui Imperij Christianum hominem, ad aliquod munus publicum gerendũ extulerunt, cum semper ad perpetuũ fidei Catholicæ cultum sanctissimo iureiurãdo, sub hac forma arctè deuinxerint. *Testor ego iurando omnipotẽtem Deũ & vnigenitum filium eius Iesum Christum & spiritum sanctum, ac gloriosam Dei genitricem & perpetuò virginem Mariam, & quatuor Euangelia quæ hisce manibus teneo, & sanctos Archangelos Michaelem & Gabrielem, quòd occasione concessi mihi officij puram conscientiã & genuinum præstiturus sum seruitium &c. & quòd cum sanctissima Dei Catholica & Apostolica ecclesia communionem habeo, neque ei vlla vnquam in re aut modo aduersabor, neque (quantum in me erit) alicui alij permittam &c. Quòd si hæc non obseruauero, omnibus incõmodis ero expositus, tam hic quàm in futuro sæculo in horrendo iudicio magni Domini Dei & seruatoris nostri Christi Iesu: habebeoque partem cum Iuda, & lepram Giezi, & tremorem Cain, vltra hoc quod etiam pœnis lege Imperatorum comprehensis ero obnoxius.* Sic illi, maximè de Catholica eorum fide soliciti, qui ciuile aliquod munus erant procuraturi, idque summa ratione. Tum enim & sub regibus particularia officia rectè gerunt inferiores magistratus, & in generalem curam

Iuramentũ veterum militiæ ducum & præfectorũ Imperialiũ de Catholica fide perpetuò seruanda.

Nouel. Constit. 8.

reipublicæ totius rectè intendunt reges atque Imperatores, quum eos sibi cancellos positos norunt, vt à Catholicæ Ecclesiæ fide non possint deflectere; quum sciunt potentiam suam sic à Christo Deo institutam, vt cum ecclesiastica potestate conspiret, & ab ea non aliter quàm corpus ab anima dirigatur.

6. 6 Quem ordinem qui reges vllo vnquam tempore peruertere conati sunt, & respublicas quibus præfuerunt miserrimè afflixerunt, sibique in hoc mundo nominis infamiam insignem, & in alterum damnationem sempiternam conscíuerunt. Hinc Constantius Constantini magni filius quum à paternis vestigiis discederet, nec contentus illis imperandi finibus quos eum pater suus docuerat, Ecclesiasticum quoque regimen contra ius & fas inuasuret; à suæ ætatis episcopis & viris optimis, quia hæreticus erat Arianus, appellatus est, non mo-

Hilarius in libro contra Constantium Augustum. Lucifer lib. 1. & 2. pro S. Athanasio.

Rex hæreticus omnium mortalium nequissimus. Constantius imperator Arianus.

Antichristus, Apostata, canis, carnifex, filius pestilentiæ, perditionis, bellua, membra & corpus tantum habens, hominis animum verò ferinum, idololatra, & reliqua ejusmodi quæ sunt generaliter quibusuis hæreticis communia; verùm etiam quia Imperator erat hæreticus, & propter Imperatoriam potentiam tanto nocentior, idcirco & flagrantiore zelo exagitatus est, *vt alter Achab, secundus Antiochus, & Herodes tyrannus, gurges omnium malorum, caput totius nequitiæ, fomes hæreticorum, radix amaritudinis, sentina omnium blasphemorum, destructor religionis, templum omnium Dæmonum, infinitè Iuda Iscariote sceleratior, qui Iudæ illis dominum tradidit qui in eum nec dum crediderant, Constantius eos prouocauit ad negandam eius diuinitatem qui iam crediderant: Iudas nullis vim intulit vt perirent, Constantius autem militari manu pugnauit aduersus eos qui rectam in Christum habebant fidem,* pro-

Idem in li. de non parcendo in Deum delinquenti.

pter quæ

pter quam differentiam quum neminem mortalium ei parem scirent, concludebant, *solum diabolum ei esse in nequitia comparabilem*. Et iste vir postquam rempub. Christianam in luctuosas Arianorum diuersi generis factiones conscidisset, optimos episcopos in exilium eiecisset, execrabiles Dei & Christi hostes fouisset, Mahometismi fundamenta posito Arianismo iecisset, omnibusq. piis Christianis esset odiosissimus, tandem videns omnia in præceps ruere, *præ nimia solicitudine in apoplexiam delapsus repentè interyt.* Succedens autem Iulianus, operique quod Constantius inchoauerat extremam manum addens, Ecclesiam Christianam penitus abiecit, & Christi nomen immanissimè persequens, veterémque Paganismum restituens, in expeditione contra Persas diuinitus est interfectus; rempub. autem & exercitum Rom. in eas miserias coniecit, vt nisi Iulianus occidisset, de Romanis copiis penitus fuisset actum, quas omnes ad internecionem Persæ hostes deleuissent. Valens autem, qui paulò post Imperiũ gubernandum suscepit, etiamsi se Christianum fingeret & diceret; tamen quia potentiam suam diuinæ ordinationi non suppossuit, sed in illos alienæ iurisdictionis terminos irrupit, vt cum Imperio Ecclesiam quoque pro suo arbitratu voluerit regere, ita à sana mente & ratione derelictus est, vt ipsos etiam paganos Imperatores infestissimos Christi hostes stupiditate & feritate superauerit. Nam nec ipse Turca, nec olim Diocletianus, Nero, Maximianus, aut quisquis fuit religionis Christianæ crudelissimus hostis, Christianos Catholicos solum afflixit, hæreticos autem fouit, & quascunque Atheorum sectas contrarias, in Christianæ religionis odium publicè tulit & approbauit. At Valens Imperator, nomine & professione Christianus,

Ibid lib. de regibus Apostaticis.

Socrat. lib. 2. cap. 27.

valentis Imperatoris contra Catholicos immanitas.

Theodoret. lib. 4. cap. 32, & lib. 5. cap. 20.

impunitatem concesſit Gentilibus, Iudæis & alijs quibus-cunque (hæreticis) qui nomen Christianorum assumerant, tes, doctrinam Euangelio repugnantem prædicabant; tum que Pagani Dionysia Bacchi & Cereris festa non in occulto sed per medium forum bacchantes peragebant. Sed Apostolicæ doctrinæ propugnatoribus, tyrannus iste hostis se præbuit. Cuius impietatis meritas paulò post luit pœnas. Quum enim Barbari à Deo ad eum castigandum exciti ad ipsa Constantinopolis mœnia perueniſſent, omniáque circumcirca cæde & incendijs vastassent, Valens contra eos cum exercitu progressus, leui certamine fusus, & in obscurum quendam tugurium fugere compulsus, ibi ab hostibus obsessus, *magna lignorum strue comportata, iniecto igne vnà cum domo & comitibus qui aderant*, incendio consumptus. Constantinus quoque quintus Græcorum Imperator, propter idem vitium ciuilis sententiæ cum ecclesiastica confusæ, non tam à legitimo principe in tyrannum, quàm ab homine portentum degenerauit. Sic enim historici omnes & Græci & Latini eum describunt, Dei, Deiparæ virginis & Sanctorum omnium hostem, magum maleficijs, & cruentis sacrificijs & libidinibus, Dæmonum inuocationibus delectatum, tyrannum Imperio abusum, legum à patribus traditarum contemptorem, & vt Zonaras ait, *Nec Christianum nec Iudæum, nec Paganum, sed colluuiem quandam impietatis instar ferarum Africæ, quæ ex diuersi generis multiformes confusaque specie & immanitate nascuntur.* cuius hæc particularia scelera ab ijsdem historicis recensentur, *quòd reliquias Sanctorum conspui iussit, ne quis eorum intercessionem implorare et edixit, nihil præstare posse, nec ipsam sanctissimam Dei matrem parens: quòd sacras ædes magno studio profanauit, qui*

Sozom. lib. 5. cap. 40.

Paulus Diaconus lib. 21.

Suidas Zonaras, tom. 3.

Constantinus Coprō. Hugonota.

ligiosas picturas deleuit, earumque loco profanas substituit: quòd etiam Monachos persequebatur & tanquam agnos iugulabat &c. qui tandem moriturus hoc solum verbum elocutus est, *propter insaniam furoremque meum, viuus inextincto inferorum igni trador.* Nec ab horum immanissima diritate multùm abfuit nuper Henricus octauus Angliæ rex, qui post Pontificalem ecclesiæ primatum arreptum & cum regio iure permixtum non aliter atque Constantinus iste, nec Christianus fuit, nec Protestans, sed incertæ fidei hermaphroditus, vt qui instar paganorum principum, Catholicos, Laicos, Monachos, & Episcopos quoque crudelius quàm Copronymus ille mactabat; & tamen hæreticos simul instar Catholici principis iustis suppliciis plectebat, religionem autem à se inuentam inuitissimis populis obtrusit: & quoad contemptas & exustas vel influmina aut sterquiliania proiectas Sanctorum reliquias, quoad vastatas sacras ædes & funditus disturbata Sanctorum templa, & alia plæraque, Constantinum hunc longo interuallo antecessit: qui etiam omni Christianorum generi maximè inuisus infœlicem animam exhalauit, quem Ecclesia Catholica vti *rebellem & schismaticum* damnauit, Catholici subditi alterum Diocletianum perpessi sunt Protestantes vt hostem Euangelij quoad fidem, in vastanda patria *terribilem aprum*, in vitæ ratione vt *luxuriosum monstrum* scriptis suis prosciderunt. Cuius statuta ipse etiam filius *Edouardus tyrannica & sanguinaria* vocauit, & vi bonis subditis intoleranda rescidit; & filia Elizabetha suum illum patrem vt crudelem Christianorum martyrum interfectorem traducit, quæ publicis fastis & kalendarijs eos inter cælites numerat, quos pater vt perditos hæresiarchas incendio è vita sustulit.

Sigebertus in Chronic. ann. 776. Glycas in annalib. par. 4. pa. 391.

Henricus 8. Angliæ horribilis tyrannus.

Fox. in act. & monument. Gylbius in ad nonitione ad Anglos ann. 1553. Chronic. Angliæ in respons. regis ad Dunonenses ann. 1548.

Ita nihil est religioni Christianæ damnosius, nihil
rebuspub. Christianorum infestius; nihil subditis
Christianis quoad priuatas viuendi & credendi ra-
tiones turbulentius, nihil denique regibus ipsis tur-
pius & dedecorosius, quàm nolle in eo loco quem
Deus ei præfiniuit consistere, sed iniustè contra di-
uinas leges in aliorum fines irruere.

7. 7 Quam horribilem rerum humanarum multo
autem magis diuinarum conturbationem, ex hac
priscorum temporum experientia perpendentes
maiores nostri, tum quum dissipato Imperio Ro-
mano, in omnibus Europæ prouincijs noua regna
emergerent, sapientissimo concilio vsi, quàm opti-
mè fieri poterat humana prouidentia præcaue-
runt, ne Christiana regna istiusmodi dei inceps tem-
pestatibus concuterentur. Ideoque illi quibus re-
gnorum huiusmodi prima ordinatio credita fuit
defixis attentè oculis in catholicæ doctrinæ æter-
nam & immobilem veritatem à Deo optimo ma-
ximo profectam, & simul ponderâtes vetustissimo-
rum patrum perpetuam de his regij dominatus ho-
nibus prædicationem, ipsorumque Imperatorum
Constantini, Theodosij, Marciani, Iustiniani, &c.
quorum gloria fuit in orbe Christiano clarissima
professionem & consuetudinem, vtque sub illo di-
uino principum cum Episcopis nexu, ecclesia Dei
ad salutem plurimorum valde aucta est, respub.
Christiana seditionibus caruit, moresque homi-
singulorũ multo erant magis ad pietatem compo-
ti, vnáque aduertentes quantopere illa contra
Nota bene. Constantij, Iuliani, Valentis, & similium peruer-
tas fuerit omni hominum generi exosa & detesta-
bilis, religioni autem Christi quam illi potissimum
curabant inprimis pernicioſissima: hanc ob causam
reges suos ita sibi præfecerunt, vt cũ philosophis

vetustis legumlatoribus, ad naturalem reipub. cuiusque finem, qui in externa iustitia & morum probitate positus est, eorum regna dirigi voluerint; supernaturalē aūt finem æternæ vitæ ad quam sola fides Christiana ducit, multo maiori solicitudine illis proposuerunt consectandum: summa cum ratione magistratum ciuilem spirituali subijcientes, si quando ciuilis præciperet aliquid à sanctissima Christi religione dissentaneum. Quo facto, & reip. vniuersæ, & sibiipsis particulatim, & ipsis quoque principibus quàm optimè & diuinissimè consulebant. *Ita enim* (vt in sancto quodam Concilio traditur) *Imperator est vas misericordiæ præparatum ad gloriam, si vera cordis humilitate præditus, culmen regiæ dignitatis sanctæ religioni subijciat, si magis in timore Deo seruire quam in timore populo dominari delectetur, si ornat benignitas potestatem, si iustitiam sic teneat, vt misericordiam non derelinquat.* cęterum *præ omnibus, si ita se sancta matris Ecclesiæ meminerit filium, vt eius paci atque tranquillitati* non in suo solius imperio (sed si fieri potest) *per vniuersum mundum prodesse suum faciat principatum.* Est enim certum & Apollinis oraculo verius quod ibidem adiungitur, *magis Christianum regi ac dilatari imperium, dum Ecclesiastico statui per omnem terram consulitur, quàm quum in parte quacunq; terrarum pro temporali securitate pugnatur.* Quo sacrosancto canone Christianorum regum officium & descriptio perfectè continetur, cuius illud primarium & principale caput est, vt regium culmē Christianæ religioni subijciatur. Quum enim ciuilis status & Ecclesiasticus vnam efficiunt rempub. non aliter quàm corpus & anima vnum hominem, homo & Deus vnū Christum, elementa & corpora cęlestia vnum mūdum; æquum erat vt si quando inferior illa potestas diuinorum in cælesti beatitudine bonisque æternis

Verū fundamentum regiæ potestatis inter Christianos

Conc. Mogunt. ca. 2.

Comparatio ciuil. & Ecclesiæ status.

promouendis impediret, tum demum ab illa corri-
geretur; quemadmodum anima corporis perturba-
tiones refrænat, deitas in Christo humanitatis affe-
ctiones moderata est, cælestia in mundo corpora
terrenis dominantur. Neque verò vlla vnquam re-
spub. fuisset Ecclesia Christianorum miserior, si ma-
ges per baptismum eius membra effecti, ira statim
assequerentur interminatam quiduis agendi potes-
tiam, vt etiamsi ea molirentur quæ essent Ecclesiæ
& fidei Christi nocētissima, & moniti vellent nihil
ominus incæpta amentia progedi, non possent ta-
men Ecclesiasticis censuris in ordinem cogi. Nulla
vnquam Paganorum respub. fuit adeo ineptè con-
stituta. Longè prudentiùs Aristoteles, Plato, Lycur-
gus, Numa, Mahometes, respub. à se conditas tem-
perauerunt. Mahometes enim ipse siue naturæ
luminis ductum secutus, siue principium illud e
Christiana fide in suum Alcoranum transferens
Califas suos, hoc est pontifices omnibus Imperato-
ribus Mahometanis quoad sacra fecit superiores; a
hodierno die apud ipsum Turcarum Imperatorem
illud non minus sacrosanctum quàm aliquod fide
capud habetur, vt quoties Monarcha ille quippia
statuerit, non aliter firmū sit, nisi summus legis ea
pontifex censuerit illud Mahometis legi nō esse ad
uersarium. Aliter *Supremi Domini edictum* est vi su
irritum nec subditos ad obediendum astringit. Ita
quoque antiquitus Christiani pontifices suos Im-
peratores grauiter contra Ecclesiæ bonum offendē-
tes liberè reprehenderunt; & aliquando etiā ex Ec-
clesia eiecerunt, vt D. Ambrosius Theodosium, I
Innocentius Arcadium: eo facto manifestè prædi-
tes eos indignos fuisse qui Christianis hominibus
imperarent, aut in ecclesia locū vllum tenerent, qui
potentiam sibi à Christo concreditam, ad magnum
aliquo

Chron. Sa-
racenorum
adiunctum
Alcorano.
Hanthō. de
Tartaris
ca. 15.

Georg. de
moribus
Turcarum.

Theod. lib.
5. ca. 17.
Niceph. li.
13. ca. 14.

aliquod Ecclesiæ Christi detrimentum inuerterēt. Ergo ad hunc duplicem finem naturę & gratię, honestatis & fidei, vitæ præsentis & futuræ, temporalis & ęternæ, potissimum vero ad illum diuiniorem gratiæ, fidei, vitæ futuræ, fœlicitatis æternæ finem, omnis regū & Imperatorū potestas reuocāda est. ob hunc finem rerum publicarū regimen est illis traditum: hac cōditione in Christianos suscipiunt principatum, maximeque illud spectare debent vt in fide Catholica populos conseruent, quò æternæ animarum saluti cōsulatur, quicquid interim corpori & externis fortunæ bonis accidat. Et quanquā si antiquis moribus viueretur, in nudo regis verbo satis esset ad eos obligandos momenti, tamen quia eorū quos nominaui Imperatorum tanta extitit perfidia, hypocrisis, & dissimulatio, ppterea hæc tot alia vincula stipulationum, contractuū & iuramentorum quæ in solenni illa coronandi cæremonia vsurpanter adiūcta sunt. Hinc fit vt nusquam nisi in Ecclesijs & ad altare, & dum sacrosanctum Christianorū mysterium peragitur, regēdi potestas illis tradatur. Hinc fit vt Episcopi sceptrum & diadema illis conferant. Hinc anathemata & execrationes illis imponuntur, si fidē datā fefellerint. Hinc iusiurandū ab illis omnibus exigitur de fide Catholica constanter tuenda & Ecclesiæ catholicæ sacerdotibus honorādis. Hinc sacerdotū instar sacris vestibus induuntur & inunguntur, vt in sacerdotalis ministerij partem se assumptos reminiscātur, seque exterius episcopos quodammodo effectos, externam Ecclesiæ pacem & disciplinam debere defendere: quemadmodū interius Ecclesiæ mysterijs Episcopi verè præsunt, quod olim suum esse officium Constantinus, & qui eum secuti sunt Imperatores fatebantur. Hinc omnib. expresse dicitur se tū *per illam Episcoporū traditio-*

Supra fol. 46.47.48

Quot modis reges obligantur ad fidei Catholicæ defensionem.

L. Sic. C. de ali. & obl. Decim Cō. fil. 189.

nem

Bald. in C. de nat. feu. Bart. & alij in L. digna vox C. de le. Bald. in L. fin. C. de trãsact. & Lex imperfecta. Iason in L. iusitas & alij omnes. Sup. fo. 50

nem recipere dignitatem regiam. Hinc eodem tempore à multitudine Christianorum astantium quæritur, Vtrum principi tot modis pollicito se regni leges, & inprimis Christi fidem Catholicam contra omnes hæreticos sartam tectam seruaturum velint obtemperare. Hinc denique illa extrema clausula, *si (quod absit) iuramentum meum violauero nullam mihi incolæ regni obedientiam debebunt*, quæ alibi expressa & verbatim adiecta est, in omnibus autem istis regum iuramentis tacitè inclusa & ex ipsa contractus & obligationis vi certissimò necessarioque deducitur, vt omnes iurisperiti fatentur.

8. 8 Id quod non obscurè in celebri illo Blesensi conuentu ante annos 12. Henrico III. tum Gallorum regi, ordines regni palam declararũt. Vbi qui is qui pro plebeis orauit aduocatus Parisiensis huius insistens regis iuramento de exterminandis hæreticis, vnaq. & sola religione Catholica in regno Galliarum ferenda, hanc vnitatem à rege postulasset, & qui pro Nobilitate verba fecit illustris Baro Baufremontius idem vehementer pressisset, qui tertio loco pro Clero orationem habuit egregius & excellens vir Archiepiscopus Lugdunensis rem omnem efficaciter his verbis concluſit. *Nos (inquit ille) maxime rex, nequaquam arbitramur te obliuioni adhuc mandasse magnum illud & solenne iusiurandum quod quum regno huic es inauguratus suscepisti, te solam religionem Catholicam Christianam velle defendere, eamq; pro tua virili augere, nec tolerare in hoc regno aliam quamcunque. Quod si vllo vnquàm iuramento princeps aliquis arctè demissus & obligatus est, hoc sanè ita te astringit ad huius religionis tutelam, vt aliam ferre non poteris, nisi vnà & conscientiam tuam violes, & fortasis in quæstionem etiam voces tuus illud quod ad regni huius possessionem obtines.* Sic ille vere Episcopali cõstãtia & magnitudine animi disserens

Sup. fo. 47

Hist. de M. Piguer. lib. 13. Ca. 13

Libera Archiepiscopi Lugd. ad regẽ de suo officio præstando admonitio.

pec

nec rex ille quamuis alioqui regię ſuæ potentiæ nimius admirator & amator, Epiſcopũ liberè ſed verè tamen hæc exponentem moleſtè tulit, aut dicto factóve improbauit, ne tum quidẽ quũ acrius huius eum officij admoneret. Sic enim pergit iuramenti regij grauitatem & regno adeundo adiunctas conditiones vrgere: *Non ignoras certè te contraxiſſe & pepigiſſe cum Chriſto Ieſu, eaque conditione ſceptrum hoc accepiſſe vt eſſes relgionis Catholicæ propugnator: ad cuius iuramenti maiorẽ firmitatem pignus et arrham accepiſti pretioſum Chriſti corpus ad ſanguinẽ. Et non aduertis quod ſceptrũ à Deo tibi iſtis cũ conditionibus datũ, idem Deus minatur à te ereptũrũ ſi fidẽ negligas tam ſolenniter, & tanta cũ religione uratã? Quemadmodũ aũt Deus requirit præſtari à te fidem quam ei dediſti, ſic ſubditi quoq́, per eandem fidem à te quam acerrimè flagitant, vt illis ſerues conditiones cũ quibus eorũ rex deſignatus es, & quas non potes infringere, iuſiurandũ illud rumpendo, niſi ſimul Chriſtianiſſimi regis titulũ velis amittere.* Hęc ille & in hãc ſententiam alia permulta; quæ demonſtrãt mutuum illud atque reciprocum regis & ſubditorum officium; reges non aliter eſſe reges, niſi certis conditionibus regant, nec ſubditos teneri eorum imperijs, ſi rex conditiones eas ſpernat ex quibus primò manauit ſubditorum obligatio ad obediẽdum. Adeô vt ſi reges Chriſtianos ſub Euangelio Chriſti cum Paganis in lege naturæ comparemus hoc ſolum diſcriminis inter eos reperturi ſumus, quòd Chriſtiani ad iuſtè picéque imperandum multo ſunt quam illi arctius obligati. Illi à repub. ob publicum commodum eligebantur, eliguntur & iſti. Illi legum cuſtodes erant, quibus ipſi quoque ſubijcebantur, eadem quoque eſt Chriſtianorum regum ſubiectio. Reges eos negleto bono publico ad priuatum commodum omnia referentes deponebant reſpub. Græca & Romana: & idem-

Rex iuramentũ ſuũ de fide Catholica ſeruanda frãgẽs unã ſuũ de regnãdo itu infringit.

Regũ Chriſtianorum cum Paganis comparatio.

& idem quoque fecerũt apud Christianos respub. Gallicana, Anglicana, Germanica, Polonica, Danica, & aliæ oẽs. Si quis reliqua sigillatim percurrere velit regum iura, ratio & natura communis omnium parens nihil Christianis regibus indulsit supra veteres Romanos & Græcos singulare, si solam naturæ & rationis legẽ intueamur, & primas regũ origines consideremus. Sin verò nos ad euangelij legem cõuertamus, vbi tot sunt præcepta diuinitus adita de iustitia, de pietate, de fide, de vita beata, de supplicijs æternis, vbi regia dignitas erroribus paganis liberata, ad vnicam Christianæ disciplinæ veritatem instruitur, & ad cælestem beatitudinẽ refertur, vbi nulla est alia eius fœlicitatis adipiscẽdæ via nisi per Ecclesiam Catholicam: ideoque & regia authoritas inprimis debet Ecclesiæ bonum intendere, Ecclesiæ statum tueri, Ecclesiæ canones promulgare, ecclesiæ aduersarios expellere, Ecclesiæ seruandæ, propagandæ, amplificandæ, omnibus modis studere: vbi tot sunt vincula, obligationes, conditiones. iuramenta de hac Ecclesia protegenda, eiusq. Catholica fide ad extremũ vitæ spiritum etiam cum sanguinis & fortunarum omniũ dispendio conseruanda: clarum est Christianis regibus tanto maiorem impositam esse iustè pieq. regnandi necessitatem, quanto Christianæ religionis sacra, vota, iuramenta, quanto Christus Deus, vera fides diuinitus infusa, fœlicitas sempiterna, magis conscientias regum Christianorum obligant.

9. 9 Quæ quum ita sint, non est iam arduum post hanc regum descriptione, tyránum à regi internoscere. & tyrannum quum dico secludi volo ab hac disputatione, illa grammatica tyranni significatio iuxta quæ veteres scriptores aliquando reges, aliquãdo Monarchas absolutè non tamen immanes impo-

imperantes sub tyrãni nomine complectuntur. eũque tantummodo tyrannum intelligo, quem vulgata Græcorum & Romanorum & Christianorum quoq. scripta, & ipsa apud Christianos cõmunis loquendi consuetudo tyranni nomen designat, quæ quemadmodũ hoc nomen interpretetur, iam olim in celebri Episcoporũ concilio sic explicauit. *Rex à rectè regendo vocatur. si enim iustè & piè & misericorditer regit, merito rex appellatur. si his caruerit, non rex, sed tyrãnus est. Antiqui autem omnes reges tyrannos vocabant, sed postea pie, iustè & misericorditer regentes regis nomen adepti sunt, impiè verò, iniustè & crudeliter principantibus, non regis sed tyranni aptatum est nomen.* Talem (inquam) tyrannum, si ea quæ modò de reipub. finibus & regũ officijs dicta sunt rectè perpendimus, animoq. cõprehensa tenemus, non magni erit negotij agnoscere & perspicuis notis à legitimo rege discriminare. Ciuitates siquidem omnes iustitiam publicam, & publicum vniuersitatis bonum sibi primò omniũ naturæ instinctu proponunt, & ad hoc rectius assequendum, reges sibi proposuerunt. ergò qui iustitiã publicam peruertit, qui quos vult iniustissimè vexat & spoliat, qui bonum non publicum sed priuatum consectatur, qui alienis vt suis, communibus vt priuatis vtitur, & ex ruinis publicis priuatas opes accumulat, is tãquam ex diametro, reipub. scopo & regum institutioni aduersatur: contrarioque tyranni nomine vocatur. Atque ita tyrannidem definiuit Aristoteles, *Vnius* nimirum *Dominatum ad suum commodum omnia referentis.* Eademque est sententia Platonis. Tales fuerunt antiquitus illi Siculorum tyrãni Dionisij, Gelones, Spartanorum Nabis, Romanorũ Cõmodus, qui dum nimiũ licentiosè in omniũ fortunas grassatur, à suis domesticis interfectus est. Ab hac tyrãnide optimꝰ ille Gallorũ rex Ludouicus IX. cogno-

Concil. Moguntin. sub Arnulpho cap. 2.

Primũ genus tyrannorum.

Aristot. Politic. lib. 3. cap. 5.

Plato dial. 1. de repub sive iusto.

cognomine Sanctus paulò ante mortem, filium sũ
Philippum deterruit, vti in conuentu Blesensi Sta
tus regni Henrico nuper Gallorum Regi comm
morarunt. *Obserua* (dicebat ille) *bonas regni tui leges*
consuetudines, nec exigas à populo subsidia & vectig
nisi magna necessitas & euidens vtilitas eò te compul
Alioqui enim non rex sed tyrannus æstimaberis. Dixi
deinde respub. ad eũ scopũ collineare, vt ciues b
ni & virtutibus moralibus exculti reddantur; q
item pertinent legum lationes. & hæc non post
ma fuit regum creandorum occasio, vt leges tu
regum diligentia suum obtinerent robur, nec à fl
gitiosis hominibus impunè contemnerentur. V
piè admodum dixit prudens ille legum condend
& reipub. formandæ magister, *Vt populo magistra*
ita Magistratui præsunt leges; *vereq; dici potest Magi*
tum legem esse loquentem, legem autem mutum magi
tum; rectèque principes *legum custodes* appellantu
Platone: omniumque prædicatione celebratur
Theodosij & Valentiniani, *Digna* (inquiunt) *vo*
maiestate regnantis, legibus se alligatum principem fa
adeò de authoritate iuris nostra pendet authoritas & c
sus, *reuera maius est imperio, submittere legibus princ*
tum. Idem præ se tulit Traianus quum Prætori vi
Rom. gladium potestatis insigne tradẽs, *hoc* (inqu
si bene & iuste impero, pro me, sin iniuste & male, co
me vtitor. Idem senserunt Antonij, Gordiani, & q
cunque olim bonorum principum vel mediocr
opinionem adepti sunt, etiam quum imperium
rerent illis fidei & iuramentorum vinculis sol
quibus Christiani principes implicantur. Quan
ergo magis Christiani reges legibus se fateri de
alligatos, qui nunquam ad regale fastigium all
gunt, nisi prius suam legibus obedientiam iure
Nihil verò fingi potest magis absurdum aut bar

Laur. Vall. lib. 3.

Cic. de leg. li. 3.

Plato in dialog. vir ciuili siue de regno.

Cod. l. 1. tit 14. parag. Digna

Zonar. tom 3. in Traiano.

Plinius.

Reges subiecti legib.

tum inter Christianos, quàm prædicare regem superiorem esse legibus omnibus, nec vlla teneri nisi sua sola voluntate. Quare nihil miror si ea vox Cancellario regis Gallorum in penultimo cõuentu Aurelianensi sub Francisco II. elapsa, fremitu & indignatione multitudinis fuerit excepta. Quum enim ille forte fortuna enuntiasset, omnes prẽter regẽ sub legibus viuere, regem aũt omni lege solutũ esse; qui adderant *permolestè hoc dictum ferebant* & rationẽ afferebant; *quia rex regnum adiens, in solenni coronationis sacro iurat & promittit leges sibi fore sacrosanctas atq; inuiolatas. Neque verò quicquã (aiebant) cogitari potest regi ipsi, vel quoad propriã salutem, vel quoad regni diuturnitatẽ periculosius, quàm si putet se nulli legi esse subiectũ nisi suæ ipsius voluntati; quum contrà verissimum sit supra leges nullam ei suppetere potestatem iustam, sed tantum vim & violentiam tyrãnicam, quam adulatores regibus persuadere conantur.* Eademque est reliquorũ regum Hispaniæ, Angliæ, Daniæ, Poloniæ, Imperatores Germaniæ, in suis Christianis regnis & imperijs conditio. Quare quũ regũ sit iuxta leges regere, & per bonas leges vt subditi quoque boni reddantur elaborare, tyrannus est qui leges pro libidine concultat, & flagitiosa vita nefarioq; legum contemptu, subditos ad parem turpitudinẽ inuitat. Quales tyranni fuerunt Tiberius, Nero, & post eos Maxentius Romæ, & Gildo in Africa, quorum iste regioni Africanæ quam occupauerat, ita dirè imperabat, vt ea fuerit tota *vnius prædonis ager*, & qui *quodcunq; profunda*

Traxit auaritia, luxu peiore refudit.

Historiè de La Val. lr. 2 fol. 22.

Secundũ genus tyrãnorum.

Gildo.

Claudiã. de bello Gildõ.

quod tamen ad prius tyrannorum genus pertinet. illud verò quod sequitur ad hoc secundum.

Instat terribilis. viuis, morientibus hæres,
Virginibus raptor, thalamis obscœnus adulter.
Nulla quies, oritur præda cessante libido,
Diuitibusq; die, & nox metuenda maritis.

Oroſius lib. 7. cap. 36. quumque aliquot annos ad hunc modum perbe-
chatus fuiſſet, à fratre oppugnatus, poſt exercitu-
ſuum ſeptuaginta millia militum complectentu-
à quinque millibus, cum vnius morte mirabil-
Tiberius. Nero.. Maxentius fuſum, ipſe fracta ab eodem fratre ſuo gula e-
rauit. Illi verò tres in ciuitate Rom. eaſdem c-
nino ſordes & ſpurciſſimam impuritatem pub-
profeſſi ſunt, inter puerorum & puellarum gre-
Sueton. in Tiberio & Nerone. monſtroſos concubitus excogitarunt, multa q-
fierunt medicamina, quibus deficientes libid-
excitarent, cum Veſtalibus virginibus inceſtè c-
cubuerunt, epulas à media die ad mediam noc-
prorrahebant, diuitiarum nullum alium fruct-
Eu. de vita Conſtãt. li. 1. ca. 27 putabant quàm profuſionem, citharœdos & m-
millones triumphalium virorum patrimonijs a-
busque donarunt, mimos & adulatores regijs o-
bus locupletarunt, coniuges etiam ampliſſimo-
ſenatorum à viris abſtraxerunt, eaſque libidi-
oppreſſas violataſque ad viros remiſerunt; & i-
vitę improbiſſimæ fœditate non modó ſeipſos i-
luino prorſus more polluerunt, ſed etiam in Im-
rij Romani primaria ciuitate nefandæ turpitud-
ſcholam quandam aperuerunt, nec prius à-
pub, tota corrumpenda deſtiterunt quàm vicio-
tis mortibus extincti ſunt. prior enim à quibuſd-
veneno, à quibuſdam puluino ori obiecto in-
Sueto. vbi ſupra emptus dicitur. Nero quum aúdiuit iudicium
Senatu de ſe factum, *vt nudus per publicum tractus*
ſerta furcæ ceruice, virgis ad necem cæderetur, adiutu-
ſeruulo ipſe iugulo ſuo ferrum adegit. Maxen-
autem à Conſtantino victus & in Tyberi ita ſ-
merſus eſt, vt Chriſtianiſſimus princeps talis tyr-
ni cædem inter præcipua ſua trophæa numera-
rit, erectaque columna in loco Romæ celeberr-
in ea ad æternam rei memoriam incîdi fecit; Cu-

Max-

Maxentio tyranno, *vrbem vestram tyrannidis iugo liberaui & S.P.Q.R. in libertatem vindicans pristinæ amplitudini & splendori restitui.* *Euseb. de vita Const. lib. 1. ca. 33*

Vtque antiquis istis vnum nostræ memoriæ & ætatis recentissimũ & singulare tyrannidis exemplũ adiungam, nihil in horũ veterũ tyrannorũ profligatissimo quouis tyrannicum apparuit, quod non in *Henrico Valesio* huius tempestatis tyranno Gallico excellenter eminuit. Qui amplissimum & locupletissimum Galliæ regnum ita immaniter depeculatus est, vt nunquam Verres Siciliæ insulam, magis auarè & sordidè expilauerit quàm Henricus iste Galliam, qui tam grauia, noua, inusitata, eaque tamen quotidiana tributa, excogitauit, vt quod antiquis vix possibile videbatur, & propter turpissimã rei indignitatem in prouerbium abijt, id iste per vniuersum hoc regnum exercere voluerit, & vt legis perpetuò duraturæ vim haberet, omni imperio, fraude atque importunitate elaborauit. Nam post populum infinitis exactionum generibus ita vexatum, fractum, & exhaustum, vt innumerabiles in extrema mendicitate & desperatione vitã ipsa morte tristiorem agere coacti sunt, post veteres regij ærarij thesauros effusos, post subsidia ordinaria & extraordinaria nequiter consumpta, post immensos regalis patrimonij reditus fundosque ipsos præsenti pecunia vẽditos & alienatos, post sacras Ecclesiarum possessiones & agros ereptos, & ex eorum item venditione multos aureorum milliones in suum fiscum redactos, & in ventris Veneriscque cultum dissipatos, post multa opulentissima monasteria vastata & direpta, & penè à fundamentis euersa, post omnia iustitiæ dicendæ officia auctioni subiecta, & quasi sub hasta, viris non melioribus & conscientiæ sincerioris, sed ditioribus & magis largiẽ-

Henrici Valesij immẽsa auaritia.

A mortuis tributum exigere.

Abbayes du Val.

tibus, qualicunque interim conſcientia vel hon
ſtate præditis expoſita, poſt iſta & iſtiuſmodi infa
ta, quum iam toto regno, per omnes hominum
dines, omnia loca ſacra & prophana, omnes ang
los & ſeceſſus ita peruagatus eſſet, vt nihil vlter
videretur quò eius acerrima & perſpicaciſsima
pacitas poſſet peruadere; in ipſa hominum mo
orum ſepulchra penetrauit, & ab ipſis infanti
vix dum natis & in lucem æditis, pro vita & ſpi
quem ducerent tributum poſtulare non erub
Nam & pro mortuis omnibus quorum cada
ſepulchro erant inferēda, & pro infantibus ma
lis fœmelliſq. vt primum lucem aſpicerent, na
tatis vectigal nec illud mediocre efflagitauit. N
tamen huius tantæ pecuniæ corradēdæ modus
gis erat crudelis & odioſus, quàm eius collocu
ratio flagitioſa & infamis. Vt enim primus ille
manorum Nero quem modo attigi, *diuitiarum*
aliū putabat fructum quàm profuſionem, ideoque ami
dos, & mirmillones, & mimos, & adulatores regys
locupletabat, nō aliter ſecundus iſte Gallorum N
quaſi diuitiarum ſuarum nullum ſibi finem al
proponeret quàm ſimilem profuſionem; ita in
cos, lenones, adulatores, & turpiſsimarum volu
tū miniſtros infinitum pecunię numerum acce
lauit. *Nogaretum* & ſimiles quiſquilias opibus
regiis adauxit; *Nogaretum & Nogareti* perditiſſi
conuenas ad ampliſsimos honores & præcipuas
gni præfecturas extulit: ad omnē turpitudinē, la
& laſciuiam, ærarium ſuum, vel potius non ſu
reipub. *Nogareti* ſectatoribus aperuit, è quibus
vna nocte breuiſsimo ſpatio alea ludens, ma
aureorum myriades prodegit, & qui maiorū
fratrúmque Galliæ regum cineres abſque vll
pulchrorum magnificentia inglorios iacere pa

Henrici Valeſij infinita profuſio. Suetor. in Nerone.

50000. aureos.

est,abiectis,sordidis,& blasphemis lenonibus admodum superba & sumptuosa ex Pario marmore sepulchra in sacratissimis Ecclesiarum adytis extruxit. Denique in hoc totus incubuit vt quicquid ex populi sanguine & viscerib. poterat exugere, quicquid ex Ecclesiarum prædis & direptionibus cogere quicquid ex iustitiæ,fisci, & patrimonij regalis auctionib corradere cum inexplicabili populi,Ecclesiæ reip.vastitate,hoc totum suis quibusdam parasitis & Harpyis afferret deuorandum, funditus abiecta iuris & honestatis ciuilis cura, summaque cum corruptione omniũ quæ ad publicam pacem,vtilitatẽ & honorem pertinebant. Quod totum vnica historiola ærarij sui anno 1584. prudentissimè (si Dijs placet) administrati perspicuè declarat. Quo tẽpore quũ bonus iste rex equitum peditumq. nubes iactaret, quas contra amicissimũ suum Nauarræum & Hugonotas missurus erat, quum quatuor exercitus diuersos contra eos in procinctu stare Catholicis asseruisset, hoc tempore quo si aliquid haberet mentis humanæ, superfluos sumptus debebat amputare,nisi subditos suos omnes vt prorsus stupidos & stipites despiceret, hoc ipso anno in suos amasios & Gnatones quinquagesies centena millia aureorũ dissipauit.Ita quod historici memoriæ mandarũt tanquam egregium argumentũ magnæ tum potentiæ tũ opulentiæ Venetorum, nimirum quòd à Pontifice Rom.Iulio II.à Maximiliano Cæsare,à Ludouico XII.Galliæ, Ferdinando Hispaniæ & Neapolis regibus alijsque nonnullis Italiæ principibus oppugnati & omnibus oppidis castrisque & tota penitus ditione exuti quicquid in continente Italiæ possidebant, continuato nouem annorum bello in eoque consumptis tot aureorum millibus id totum contra tam potentes hostes recupera-

Les dons de l'annee 1584. se montent à 5000000 escus. Remonstrãce pa.41.

Bembus in hist. Veneta Munster in Cosmog. li. 2.

cuperarunt: eundem ipsum aureorum num-
rum vno anno Sardanapalus iste inter suos para-
tos distraxit, quum interim nullum reipub. Gal-
canæ vinculum, sed tantum sibi & suis infami-
sempiternam acquireret.

Flagitiosissima tiranni vita.

Quòd si has ob causas iustissimè ad primum
rannorum genus cum Siculis illis Dionysijs &
lonibus aggregari meretur, non minus iustè prop-
flagitiosam vitæ turpitudinem populumq. suo
plo ad omnem nequitiam cum aperta religione
minisq. diuini despicientia incitatum, secundis
tyrannis, Tiberijs, Neronibus, & Maxentijs exæq-
dus est. Quid enim aliud à multis annis erat eius
ta & Curia, quam publica quędam totius iniusti-
Simoniæ, luxuriæ, & blasphemiæ officina? vbi
scopatus & Abbatiæ non minus liberè vendeb-
tur quàm in medio foro oues & boues. vbi ho-
bilibus periurijs & execrationibus in ipsius pro-
tia omnia personabant; vbi à nullo genere inc-
peratissimarum libidinum, quas & autes & ami-
commemorare horret abstinebatur. Nam quid
tinet silentio superstitiosè velle occulere ea quæ
solùm lippi & tonsores, sed etiam plateæ & vi-
ipsa compita, parietes & fora clamant & vocife-
tur. Quid enim notius est quàm Palatinarú mu-
rum prostituta pudicia? quàm ereptos Episcop-
liquando, Abbatibus sæpè, suos Christo sacrato
ditus, istiusmodi meritriculis in præmiú nauare
neri operæ fuisse addictos. virorú proborum u-
res aureorum millibus, cathenis aureis, & gem-
pretiosis ad adulteriú illectas: ipsas sacras sum-
que Deo dicatas virgines infando scelere cõstup-
tas: & quod omnem spurcitiem & cogitationc
perat, hoc sæpenumero factum in ipsius tyra-
præsentia, quò magis tali spectaculo eius semin-

Lugduni ann. 1582

tuæ libidines accederentur. Quis ignorat ampliſſimos Epiſcopatus, pueris, cæcis, ſurdis, improbis, omnīū bonarum artium imperitiſſimis, vniuerſo licet populo fremente & indignāte attributos, idcirco quod talium Epiſcoporū ſorores nouo & inaudito ante hæc tempora precio huiuſmodi præmiū meruiſſent: Quam eſt euidens, & omnium nō ſolū ſermonibus ſed etiam ſcriptis contritum *carnem alteram*, vt loquitur Apoſtolus, execrandas contra naturam libidines, quas flamma cælitus dimiſſa olim vindicauit Deus, talibus ſacratū opum & Eccleſiarum ſpolijs fuiſſe remuneratas. Quo tādem modo poterat populus ſub eo domino non omnem improbitatem & ſcelus imbibere, cuius intimi amici ne ſimulabant quidem honeſtatē, cuius conſiliarij manifeſtè profitebantur fraudes, periuria, Atheiſmum: cuius cōducti Gnatones, Belloij & ſimiles Machiauellici, quotidie tyrāni auribus inſuſurabāt, & palā libris æditis profitebantur, omnes bonos ſubditos debere *primùm omnium ſibi ob oculos proponere honorē & obedientiam non Dei) ſed regis: primùm curam habendam eſſe ſtatus politici, poſtea religionis, hancq; illi penitus ſubiectam eſſe, & Vbi ille conſtitutus fuerit, tum demum à populo aſſumendam eſſe fidem & religionem qualemcunq; rex imperauerit: regem eſſe ſupremum omnium, ad cuius voluntatem & imperium omnes ſubditorum actiones conformāda ſunt: in rege eſſe ſupremum ius & authoritatem in regno ſuo præſcribendi quæcunq; pertinent non tantum ad ciuilem ſtatum, verum etiam ad fidem & religionē, & quicquid rex præceperit tam in rebus ciuilibus quam ſacris, id totum eſſe ius inuiolabile: regi plenam eſſe poteſtatem in bona omnium ſubditorū, ſiue ſint laici ſiue Eccleſiaſtici; ideoq; & rectè poſſe eum tum Abbatias, tum Epiſcopatus donare ſuis aulicis & militibus: regem nunquam peccare, neque verò peccare poſſe quicquid præſcripſerit ſubditis ex ſententia ſuorū cōſiliariorum*

Iudæi 7.

Gen. 18.

Henrici III. diū ad regnū Galliæ Atheiſmo inficiendū. Propoſitiones paßim inculcatæ in Belloy, Antiguiſc. & ſimilib.

4. *Theologia aulicæ Hērici Valeſij.*

5.

6.

7.

8.

9.

riorum: regi fas esse edicta promulgare & populo suo po-
lam seruanda imperare, eorumque perpetuam conseruati-
onem iurare, & tamen clanculum iubere contrarium; ne-
que verò vbi de statu agitur & regno, peccatum esse in reg
10. *fidem fallere, peierare, prævaricari, violare quæuis pacta q*
promissa, etiam iuramentis maximè solennibus sancita c
constabilita. Exemplo magni Turcæ debere item regē Fra-
11. *ciæ quascunque religiones vel maximè contrarias in regn*
suo permittere liberas, hocque inprimis ad Reipublicæ bon
& tranquillitatem facere. Qui huius generis Athe
adulatoribus obsidebatur, & obsideri volebat, qu
Belloy. horum tabularum defensionem contra Parlamen
torum iustissimas querelas suscepit, qui principe
Catholicos viroſque bonos à sua aula præsentiaq
longissime remouebat, vt his parasitis plenissim
frueretur, qui istiusmodi libellos toto regno cud
bat disseminandos, & interim acerrimis supplic
castigabat eos qui contrà aliquid scriberēt aut m
tirent, qui denique in supremis Parlamentor
tribunalibus huiusmodi Diagoras primos fec
Præsidentes, qui sanctissimas ecclesiarum Cath
dras & Abbatias magna ex parte his talibus *suis* (v
vocabat) *creaturis* complebat, qui ciuitatibus & pro
uincijs tales rectores præficiebat, qui vniuersa
ferè populum & rempub. Gallicanā per huiusmod
magistratus gubernabat, & vt ad libidinem suam
gubernare posset, omnia ciuitatum, prouinciarum,
Parlamentorum, ecclesiarum iura & priuilegia im
pudētissimè perfringebat; quonam modo possibile
erat vt non populi mores vitámque infanda qua
dam impuritatis contagione pollueret? Tyrannu
ergo iustissimè habendus erat Henricus iste, si se
cundam illam tyranni descriptionem attendimus;
eóque magis quòd non tantū ipse ignauia & anim
sui sordidi remissione ad hanc fœditatem & nequi-

tiam

tiam prolapsus est, eámque intra priuatos Palatij sui parietes cohibuit, sed præterea (quod tyrannidis grauitatem & magnitudinem valde amplificat) insigni fraude, & incredibili perfidia, & manifesta violentia, totiusque potestatis suæ viribus etiam nefaria bonorum hominum contumelia, & spoliatione, & sanguine, & cæde, ad hanc diram improbitatem atque impietatem toto regno propagandam connixus est. Hoc autem secundum genus tyrannorum qui publicam honestatem & pudorem impugnant, priore illo quod opes prædatur tanto est sceleratius, quanto bona animi, bonis fortunæ, quanto corpora nostra & liberorum & coniugum, externis opibus sunt præferenda.

10 Cæterùm præter istos duos, quoniam tertius finis Christianis omnibus propositus est, vt non solùm cum Paganis iustè & honestè, sed cum omnium ætatum Christianis piè & religiosè viuant, vt non solùm in hoc mundo vita fruantur quieta & ab iniurijs libera, sed in altero quoque mundo vitam assequi possint beatam & æternam, ad quam necessarium est vt in hac vita fidem colant synceram, nulla hæresum contagione inquinatam, & hic finis apud Christianos homines reliquis illis infinitè præponderat; idcirco ad hunc Christianæ respub. potissimum leges, & reges, & facta dictaque & cogitata quoque omnia dirigunt. Nam quanquam ciuitatis alicuius status turbulentissimus sit & perpetuis bellorum & iniuriarum tempestatibus agitetur, si tamen ad hunc finem pertingat, nō male cum ea agitur. Sin verò optatissimam pacem & quietem, vt in aureo quondam sæculo obtineat, rerumque omniū copia circunfluat, si ciues omnes in speciem viuant honestissimè, hic autem finis ex hac vita caduca ad æternam illam transeundi illis

10

Catholicæ fides præcipuum locū habet in respub. Christiana.

præcludatur, si à catholica fide ad hæreses abducat-
tur vnde ante mortem corporis, de sempiterna
Ad Titum 3. corporis atque animæ damnatione illis constat, ip-
que ab huc vita ad cruciatus in inferno nunquam
finiendos descendere, quid illis miserius? quid cal-
mitosius? Quum ergo ad hunc finem multò magis
quam ad alios in Christiana repub. reges astringan-
tur, huc cuiusque reipub. Christianæ in iura præ-
pua & antiquissima, prima eius principia & tanqua-
lineamenta pertineant, omnia iudicum tribunal-
hanc fidem insonent, omnium regum Christiano-
rum electiones, & quæ sigillatim percurrimus iura-
menta, pacta, vota, contractus, ipsa diadematũ reg-
orum fastigia cruce Christi insignita ad demonstra-
dam Christianæ religionis supra alia quæcũque
regibus eminentiã hanc fidẽ prædicẽt, tot bella
gũ christianorũ pro hac fide in Oriente, in Occi-
te, in Asia, in Iudęa, in Africa, in Hispania, in Gall-
cõtra Soldanos, Mamaluchos, Turcas, Afros, Sa-
cenos, Albigenses, alioque hæreticos gesta, prob-
hanc vnam esse Christianorum fidem, quæ in bel-
& pace supremũ obtinet locum; denique vt pau-
cõplectar omnia, quũ ipsa reipub. Christianæ c-
insque in plebem, nobilitatem & episcopos, sub-
ge distributio, ipsa ciuitatũ maximarũ cũ Eccle-
& monasterijs fabrica atque extructio, ipsa tot o-
dinum equestris militiæ in Gallia, Hispania, Lu-
tania, Germania, Italia, in Anglia quoque & Scot-
(quum illæ Christianæ essent cõmunionis) ad ha-
fidem contra Turcas & Infideles defendendam
stitutio, demonstret hãc fidem in visceribus reipu-
Christianæ tã alte insidere, vt eam nemo extrah-
possit, qui non vnà tanquam cor & pulmones Chri-
stianissimi, ipsa dico principia vitæ Christianæ evel-
lat, & à Christianismo ad infidelitatem ipso Turc-
mo

mo aut Iudaismo nihilo meliorē, imo multò deterioré prolabatur; huic fidei catholicæ propagandæ quū quæcūque est in repub. christianorū authoritas siue regia siue imperatoria potissimū inseruiat; tū illi imprimis sunt tyranni Christianis maximè execrabiles, qui regiā potentiam applicant ad hanc fidem destruendam, & hæreses eius loco in rempub. inducendas: & tyranni sunt paganis illis tantò nequiores, quātò fides Christi fidei Paganæ antecellit; tanto nequiores, quanto volentes & scientes rem omniū pretiosissimam (quam Pagani ignorauerant) ab ipso Deo æterni Dei filio cōmendatā incredibili improbitate proijciunt; tanto nequiores, quantò iuxta sacras literas maius peccatū est a via veritatis quā ingressus es, *ad pristinum perfidiæ vomitum reuerti*, quàm veritatis *viā nunquā fuisse ingressum*; tanto nequiores, quāto hæretica infidelitas magis quàm paganica, ipsarū etiam moraliū virtutū semina in hæreticorū mentibus corrūpit (nec enim vlla vnquam hæreticorum respub. tot protulit hæreticos aliqua moraliū virtutū mediocritate laudabiles, quot aliqua Paganorum respub. Argos, Arcadia, Syció, aut quæcunque reliquarū fuit minima & obscurissima, ethnicos peperit illis virtutibus perillustres) tantò denique nequiores & sceleratiores, quanto pluribus quam Pagani reges vinculis obligati sunt ad fidem eam etiam cum vitæ discrimine reipub. Christianæ conseruandam; ideoque tantò nequiores, quantò multiplex blasphemia, & diuini numinis contemptus, & affectata perfidia simplici mēdacio, vel ignorantia est flagitiosior.

Tertium genus tyrannorum alijs execrabilius.

Hebr. 6.

2. Pet. 2.

Iniusta autem subditorum cæde, aliquam tyrannispeciem non distinguo, quia illa his omnibus cōmunis est. Nā & tyrannus qui in fortunas primo modo, & qui in corpora secūdo, & qui in fidē tertio

modo

modo grassatur, & rempub. tum malis moribus tum hæretica fide polluere laborat, omnes hac sub- ditorum sibi aduersantium cæde tanquam medio vtuntur ad illud suum propositum cuiuscunque generis consequendum. Quare hoc omisso, illud vnum hic adiectum volo & animaduerti cupio, quod est perspicuè verum & ex istis antepositis con- sequens, vix aut potius nunquam fieri posse, vt re-

Omnis rex hæreticus est simul tyrannus.

aliquis Catholicè Christianus, è Christiano tali- uadat hæreticus, quin eo ipso momento eadem- operâ, è rege euadat tyrannus. Nam quamdiu ad- mum habet quacunque hæresi, Lutherana, Cal- niana, Ariana, Libertina infectum, tamdiu neces- est vt eam hæresim tanquam veram Christi fidem eiusque hæresis studiosos vt veros Christi seruos cultoresque omnibus suis opibus potentiaque & gratia regali propugnet & amplificet; eique aduer- santes omnes, id est omnes verè Christianos & fi- les succidat & opprimat. Hoc autem æquè immane & barbarum perfecteque est tyrannicum in repub. Christiana, quàm aliquid eorum quæ flagitiosi- mi quique tyranni admiserunt in repub. ciui- Hinc factum est, vt maiores nostri patres scripto- resque moderatissimi, Imperatores Christianos primùm hæresim amplexi sunt, statim habuerit pro tyrannis, etiamsi fortassis magna aliqua crude- litate non fuerunt alioqui notabiles. Celebrat- nimirum à multis Iustiniani Imperatoris prudentia & clementia: & tamen quòd in hæresim Eutichia- nam fuisset lapsus, eumque aggressus Agapetus Rom. pontifex, in hæresi defendenda pertinacem- comperisset, iustè commotus sanctissimus pontifex

Paulus Diaconus lib. 17.

Ego inquit *ad Iustinianum Imperatorem Christianis- mum venire putaui, sed Diocletianum* (immanem ty- rannum) *inueni*. Quumque D. Ambrosius semel

rem Theodosium excommunicasset, & Ruffinus aulicus Imperatori gratiosissimus, quasi minis apud Episcopum ageret vt absolueretur; quanquam hoc non tenderet ad hæresim sed tantum ad schismaticam quandam legum ecclesiasticarũ violationem, tamen doctissimus Episcopus: *Ego* inquit *prædico tibi Ruffine me eum (Imperatorem) ab introitu sacri vestibuli prohibiturum*, in quo mihi ab eo mos gerendus est siquidem Christianus Imperator est & haberi velit. *Quòd si verò is imperium mutare volet in tyrannidem, cædam lubens equidem excipiam.* & quum mox ipse Imperator adueniisset quasi Ecclesiam ingressurus, quum nondum à vinculo excommunicationis fuisset absolutus, D. Ambrosius *eius aduentum tyrannicum esse dixit, eumque contra Deum insanire, eiusque leges proterere*. Ergo quamuis esset Imperator iste vir alioqui valde bonus, tamen si pergeret ecclesiæ leges contemnere cui nõ minus subiectus erat quàm alius quicunque priuatus homo legibus regni in quo viuit, eum verè fuisse tyrannum non dubitat præstantissimus iste Ecclesiæ Catholicæ doctor. Eademque est generalis reliquorum omnium sententia & iudicium. Et si quidem reipub. Christianæ finis ad Christianæ religionis defensionem directus cum ciuilis reipub. fine ciuium quietam & honestam vitam continente conferatur, statim perspicietur hæresis cuiuscunque defensionem cum eo pugnare non minus, quàm est contra reipub. ciuilis naturam ortum & originem, vt rex viros bonos fortitudine prudentiaque excellentes sibi proponat persequendos & interimendos; sicosque improbos, sicarios, lenones & latrones ad summas dignitates euehat. facile (inquam) constabit eum regem qui pro Christiana veritate quamcunque tuetur hæresim, apud Christianos non minus propriè perfectéque &

Theodor. hist. lib. 5. cap. 17.

Vide supra 67. 68.

que & necessario tyrannum effici, quàm apud philosophos tyrannus habetur, qui subditorum suorum conseruatione spreta, omnia in repub. iniuriis, rapinis, stupris, & cædibus hominum innocentissimorum complet.

II. 11 Et priores illi tyranni in regnis Christianis maximè Occidentis, post diuisum Orientis & Occidentis Imperium, admodum rari; posteriores verò tarissimi, & vt opinor, ante nostra tempora plerunque nulli fuerunt. Græcorum quidem Imperium habuit præter Constantinum quem modo dixi, eius item filium Leonem quintum, & patrem Leonem quartum Isaurum, aliosque nonnullos. Tempore nostro pertulit Anglia Henricum illum VIII. quibuscunque immanissimis omnium sæculorũ tyrannis æqualem, qui quamuis Romanis illis quos proximè recensui, Neroni, Tiberio, Maxentio, Gildonique Afro fuerit similimus, quasi geminus frater: tamen cum ea iustitiæ ruinumque corruptela, & reipub. vastitate, & ecclesiarum spolijs, fidei quoque ipsius interitum atque excidium coniunxit, quando seipsum *Caput Ecclesiæ* constituens, & statuto Parlamentari eam sibi potestatem vendicans vt in omnibus controuersijs ad *suis subitis crederetur fides Christiana quam ipse diplomatis regijs credendam imperaret*, hoc vno decreto fidei naturam fœdius peruertit, maioresque eius ruinas ædidit, quam quisquis vnquam certam aliquã hæresim siue Arianam contra Christum, siue Macedonianam contra Spiritum sanctum amplexus est. In eo enim vno radix est & fons omnium hæresum, quas rex quiuis quocunque tempore propendebit, eoque vno posito, nihil est adeo Arianum, aut Mahometanum, vel etiam Satanicum, quod reges subditis non possunt credendum præscribere: ita

Exempla tertijs generis tyrannorum.

Henricus 8.

Henricus 8. ann. 31. Parlament. ca. 14.

Regem sieri supremũ Ecclesiæ caput, est omnium hæresum fieri.

gnum

gnumque Angliæ sub illo tyranno semicatholicũ, sub Edouardo filio Zuingliano Zuinglianè hæreticum, sub filia Elizabetha nullam certam fidẽ magnopere curante, partim Lutheranũ, partim Zuinglianũ & Caluinianum, & Anabaptisticũ, vt plurimum Epicuræum & Atheum, (vt ipsorum Superintendentes aiunt) quanta sit legis illius impietas demonstrat Leo autem Isaurus à scriptoribus *Iconomachus & Theomachus* dictus, humili loco natus & sordidè educatus, quum in pueritia a Iudæis duobus magicæ artis peritis accepisset futurum se aliquando imperatorem ijsque vicissim promisisset tum se magno aliquo beneficio Iudæos illos prosecuturum; ad Imperiale culmen elatus, in Iudæorum gratiá, Christi & Matris eius Sanctorumque imagines per Imperium Græcum aboleuit: Magnum illum quem Græci vocant Constantinopolis patriarcham Germanum sese impietati eius opponentem, è sede sua eiecit. contiguam S. Sophiæ bibliothecam instructissimam, triginta tria (vt quidam aiunt) triginta sex vt alij, librorum millia continentem succendit, ineaque simul flammis absumpsit suæ opinioni aduersantem bibliothecæ præfectũ, aliosque duodecim loci eius custodes admirabili virtute & rerũ cognitione præstantes, quorum ob virtutem tanta erat celebritas, vt nec ipsi Imperatores aliquid ijs inconsultis agerent. Deinceps (vt hæresis semper est fæcunda & vna aliam parturit) Christi diuinitatem cum Arianis oppugnauit, hacque multiplici impietate causam dedit vt Itali omnes tum primum de nouo Imperatore deligendo cogitarent, nec vsitata vectigalia vt prius Constantinopolitano vellent persoluere. Post hũc Leonem mortuum eiusque filiũ Cõstantinum V. de quo prius, quẽ Græci historici vocant ex radi-

Vbi itaque supra contra Cart. defensio tract. 3. ca. 6. para. 4.

Leo Isaurus.

Cuspinianus in Leone Isauro. & Zonar tom. 3. in eodem.

Glicas in annalibus par. 4. pa. 392.

Platina in Gregor. 2.

Constantinus Manasses in annalibus pa. 114. Cuspin. in Leone 4. Suidas.

ex radice mali succi fructum acerbiorem, ex aspide viperam, ex elleboro cicutam, ex scorpio draconem, ex Nabugodonosor Baltazarum, ex Dan Antichristum, succedit Constantini huius filius Leo quartus *sacrilegus paternæ tum dignitatis, tum impietatis hæres.* qui brevi paucis annis regnans, magnam aliquam stragem rebus Christianis non potuerit afferre, tamen quam esset in religionem animo demonstrauit, quum primum choatam à patre contra religiosos persecutionem non intermisit, & addito crudelitati sacrilegio, coronam a Mauricio principe Deo dicatam, capsam gemmarum & auri splendore, ex Ecclesia rapuit suoque capiti imposuit. Sed diuina iustitia non diu facinus illud reliquit inultum. breui enim post impium caput quod gemmas tam ardenter amarat, carbunculi apostemate intumuit, sicque miserrimus infælicem animam emisit.

Baptista Egnatius Rom. princip. lib. 2. Zonaras tom. 3.

Et huic item tyrānorum maximè execrabilis catalogo quin *Henricus* iste *Valesius* ascribi debeat nemini sanæ mentis potest esse dubium, vt qui præter superius enumeratas reipub. Gallicanæ miserimas expilationes, præter illa portentosa vitæ monstrúmque dedecora, præter adulteria, stupra, sacrilegia, incestus, libidines plusquam belluinas, præterea virorum optimorum & reipub. vtilissimorum dignissimas iniurias, cædas, venena: præter hæc (quam) omnia; ad fidem Catholicam è Gallia exterminandam non minus quàm Henricus ille Anglus vel Copronymus, vel Theomachus Græcus, regiæ suæ potestatis neruos intendit; & reliqua illa flagitia penè omnia & singula, tanquam media ad eam Christianam fidem destruendam contulit. In eo autem & Henricum Anglum & Theomachum, Copronymumque Græcum superauit, quòd lógè maiore hypocrisi & insigniori periurio ad hoc conatus

endat

endum quàm illorum quispiam vsus est,& hanc ob causam nimis sordidè excellentem maiestatis regiæ altitudinem ad infimã turpissimæ simulationis vilitatem abiecit; imò sacratissimas omnipotentis Dei religiones ad vnam Christi fidem stirpitus excindendam cucullatus hypocrita applicuit. Cuius abominandæ fraudis & perfidiæ deinceps continuandæ fundamenta iecit extremis fratris Caroli (eius operâ vt multi asserunt veneno extincti)temporibus,quando Rochellenses vi belli acerrimi fractos & ad extremas angustias redactos, & iam nunc in Christianissimi regis Caroli potestatem se daturos; iste proditor pecunia corruptus amoto exercitu liberauit; & vt prius, hæreticè viuendi copiam fecit. Hoc idem opus construere & coagmentare perrexit, quando reuersus ex Polonia hæreticos tum admodum attritos & consumptos, & ægrè extremum spiritum ducentes, iste bonus vir amplissima potestate armauit, vt rursus se possent colligere,hæreses suas prædicare, & ciuitates pro Caluinismi sui defensione munire; quum in ipso huius licentiæ concessæ articulo, veneno sublatus esset prudentissimus Cardinalis Lotharingus acerrimus tam execrandæ pactionis aduersarius. Postquã autem in regio throno collocatus, sacrosancto illo regum Christianorũ iuramento in Rhemensi ecclesia ad sacrum Dei altare,innumerabili populi,procerum, & Episcoporum præsente & testante multitudine, *ad vnicam fidem Catholicam tuendam hæreticosque omnes cuiuscunque generis è Galliæ regno exterminandos* se deuinxerat, tum verò multo pernicioſius in instituto suo progressus est. Ab eo enim tempore, quasi planè hoc ipso actu non Caluinianæ sed Catholicæ fidei persequendæ & destruendæ se deuouisset, ita statim eam viam ingressus est,

Epitome operum Henrici Valesij contra fidem Catholicam ex impressis historijs Gallicanis & latinis collecta.

Vide supra, fol. 46. 140. 141.

Pacificatio anno 1576. ſus eſt, qua nulla ad Eccleſiam Chriſti vaſtan
exitialior cogitari poterat. Statim enim nulla
ceſſitate compulſus, liberrima ſua voluntate h
ticam illam anni 1576. cum hæreticis paci
tionem fecit; & vt perditiſſimus hæreſiarch
reſes omnes in hoc regno volitare fecit erec
alacres, tum quum totum Caluiniſmum vn
ſuis congregationibus, conſiſtorijs, Miniſtris, &
cibus Caluinianis approbauit, illiſque ſuæ fo
dæ & propagandæ infidelitati, non minus quam
tholicis catholicæ religioni conſeruandæ vn
ſum regnum ſuum, omnes regni ciuitates, op
domoſque apperuit: tum (inquam) quim

Art. 4. *perpetuo & irreuocabili* conceſſit vt Euangelium
*uinianum per omnia generaliter loca regni huius ſu
temporis vel perſonarum exceptione, liberè & publ
erceretur: vbique fieri & haberi poſſent eorum pra
ones, cœnæ, baptiſmi, pſalmi, lectiones publicæ, ſchol
ſiſtoria, ſynodi prouinciales & generales. Nulla vo*

Art. 9. *pedirent presbyteros, monachos, ſanctimoniales, qui
eorum matrimonia eſſent rata, & filij ex eis ſuſcep
mi. Caluiniſtæ non minus quàm Catholici admi
tur in Academijs, collegijs, ſcholis, hoſpitalibus. Omn*

11.

12. 20. *Galliam ſuprema Parlamentorum tribunalia, Pariſ
loſæ, Gratianopoli, Burdegalis, Aquis, Digeoni, Ro*

7. *Rennis, in Brittannia ita diuiderentur, vt præſ
Conſiliarij media ex parte eſſent Catholici, ex altera
uiniſtæ. In cœmiterijs Catholicorum, & nomin
illo ſanctiſsimæ Trinitatis Pariſijs ſepelirentur Cal*

4. *qui omnes ita eſſent a Catholica religione ſolati &*

7. *vt etiam ſi forte per promiſſa, iuramenta, obligationes
abiurationes ad eam eſſent aſtricti, hæc tamen omnia
lius eſſent momenti ad eos à Caluiniſmo reſtringen*

quo edictio ita tulit rebellium Hugonotarum

cem qui in *iustitia Bartholomæana*, vel in superioribus bellis à fratre rege ob notissimas proditiones, 32.38.
& innumerabilia contra regem, patriam rempublicam Christianam totam, ipsumque Deum patrata scelera cæsi fuerunt, vt manifestè profiteretur eorum mortem sibi fuisse molestissimam. propterea- 33.36.
que interdicit Catholicis omnes preces publicas & solennes processiones quæ propterea ad reddendas Deo gratias, regia simul & parlamentari authoritate fuerant institutæ. Ex publicis registris omnes sententias & condemnationes contra aliquem Hugonotam latas præcipit euelli & aboleri. Principem Condæum, Admiralium Coligniũ, & Montgomerium (qui ipsius patrem Henricum interfece- 34.35.
rat, factumque illud innumeris sacrilegijs, Ca- 49.50.
tholicorum stragibus, templorum incendijs, & adductis in Galliam pro Caluinismo stabiliendo Anglorum & Germanorum millibus cumulauerat) suos fuisse fideles seruos, hæcque ab eis omnia suo nutu & ad suam voluntatem gesta pronũciat: ideoque eorum liberis, vxoribus, adiutoribus, satellitibus, ministris & sicarijs in tali militia cæsis paterna 52.
bona, hæreditates, honores, & (ad singularis cuiusdam beneuolentiæ indicium) immunitatem supra omnes Catholicos adiudicat. Ad hunc modum vbi stabilem & fixam sedem hæresi Caluinianæ in suo regno posuisset, mox ad maiorem eius securitatem & honorem, Geneuensis sentinæ defensionem contra optimum Ducem eorumque legitimum Principem, Principem Sabaudiæ suscepit. Deinceps cum *Iezabele* illa Anglicana, & *Aurangio & Casimiro*; & similis farinæ hæresiarchis, ad Catholicorum depressionem & ruinam nefaria fœdera percussit. Tum Nauarræo multas Catholicorum

ciuitates, improba dissimulatione, & immensæ pecuniæ vim aperta sæpenumero pactione tradit quò ille ad Catholicos opprimendos & Calui stas confirmandos tantò esset potentior. Hunc finem Pontificem summum Satanico planè reli onis defendendæ mendacio circumuenit, vt potestas fieret diuenditis maximi pretij eccles fundis, pecuniam ingentem conseruandi, quam perfidiosissimus Iudas ad Nauarræi factionem borandam & Catholicorum vires frangendas pendit. Hunc in finem toties renouauit hæres illam sui Sataniſmi liberè prædicandi facultat Hûc in finé Episcopatus & Abbatias plurimas tis politicis, Atheis, hæreticis, medicis, mulier & meretricibus addixit, vt quum hæretici fur inuaderent, & sanctissimam Christianorum fi blasphemarent, pauciſsimi præstò essent vir & zelo diuino præditi, qui possent blasphem um ora retundere & putidam eorum impud am inanemque garrulitatem comprimere. breuis sim, quid vnquam factum est ab isto S napalo, quod nõ perspicuè ad Ecclesiæ Chris nam & euersionem tenderet? Rebelles & om hæresum colluuione turpificati Holandi & Z di & reliqui Aurangiani perpetuis ab eo subs adiuti, cõtra Catholicum regem fratremque charissimum, qui difficillimis temporibus a pocritæ fratrique eius Carolo contra Hugon ampliſsima equitum peditumque subsidia fra admodum & regaliter subministrauerat: & maiori specie res hæreticorum niterentur, m est in Angliam vnicus eius frater qui cum illa bele nescio quas simulatas & adulterinas nup contraheret, vt ita Angliæ simul & Franciæ vir hæreticorum statum sustinuendum conjun

Catho

Catholicis essent terribiliores. Colonienſis Apoſta-
ta huic Capucino inprimis confisus, Catholico-
rum religionem tam immaniter perſequutus eſt, &
in totam Colonienſem ditionem quantum in ipſo
erat, hæreſim Lutheranam & Caluinianam inue-
xit. Anglicana Iezabel huius potiſſimùm tyranni
approbatione & fauore ſubnixa, excellentiſſimæ
& innocentiſsimæ Scotiæ Galliæque reginæ &
hæredi Anglię per barbarum carnificem caput am-
putauit, vt ita Angliæ Scotiæque de recuperanda
vnquam fide Catholica ſpes omnis eſſet intercisa.
Vtque foris plurimum pro hæreſi propaganda la-
borauit, ita domi multò magis ſategit vt expulſis
Catholicis Caluiniſtæ rerum ſummam obtine-
rent, Quare a Catholicis vel pretio & pecunia
præſenti, vel potentia & minis regijs omnes quas
poterat caſtrorum, ciuitatum, & regionum præ-
fecturas extorſit, quas ſtatim Politicis & Calui-
nianis attribuit. Caluiniſtis permiſit vt & cum
extraneis hæreticis & domeſticis pro Caluini-
ſmo fœdera iungerent, qui tamen in Catholicis
omnem etiam cum ſuis domeſticis & eiuſdem rei-
pub. membris pro Catholica religione conſociati-
nem implacabili odio proſequutus eſt. & qui Cal-
uiniſtis ad inuadendas vrbes Catholicorum nihil
non indulgebat, adeo vt eius temporibus ſupra du-
centas vrbes & munita caſtra Catholicis erepta oc-
cupauerint, is Catholicos tale quippiam cõtra Cal-
uiniſtas moliri nunquam eſt paſſus: imò in Catho-
licis principibus quòd ſuæ iuriſdictionis vrbibus,
Catholica præſidia ad obſtruendum hugonotarũ
impetum & præcauendas inſidias imponerent, cri-
men læſæ maieſtatis & rebellionem interpretatus
eſt. Cardinali Borbonio primo Galliæ principi &
præcipuo Borbonij ſanguinis ornamento, quòd in

Comitijs S.Germani pro vnica religione Cath
an.1583. ca contra Caluiniſmum paululum quiddam
quutus fuiſſet, tyrannicè ſilentium indixit, per
cuè proteſtatus ſe permoleſte ferre quod aliqu
Caluiniſtis ſupprimendis mentionem faceret.
media plurima ab hoc argumento paulo alien
omittamus, ne nimis ſerò veniamus ad extrem
quod Dijs inferis cum Iuliano Apoſtata ſacri
rit, ab illiſque rerum futurarum euenta exquiſ
& fælicis rerũ ſucceſſus ſibi orauerit; vt quod
gno Turcæ cõpater (vt vocamus) in filij ſui M
phæ circunciſione fuerit, in quo genuinum ſe
cam profeſſus eſt, & renũcians Chriſto Alcor
Mahometis diſcipulũ ſe oſtẽdit; vt quòd vino
liſque ſaturatus ita demũ diuiniſsimo Chriſti
rum ſacramẽto quaſi ad manifeſtũ Chriſti &
ſiæ ludibriũ cõmunicauit, eoque ſumpto tan
pro gratiarum actione mox eadẽ hora ad co
tos iocos & luſus cum ſua Dalila redierit; qua
mirifica animi pietate cædẽ Cardinalis Guiſ
ſtigmaticis Gaſconibus iniunxit, dum interi
miſſæ ſacrificio intereſſet; moxque poſt ſacr
ctæ hoſtiæ eleuationem à ſuis quæſiuit an rem
confeciſſent, proximoque die nouus Iudas eu
ſtiam hilari & renidenti vultu cum catulis iur
tam illi conſuetudinem ludens ſuſcepit; vt
confeſsionem Chriſtianorum adiẽs vel adire
lans, Confeſſario ſuo in genua ante ipſum pro
to ipſe ſtãs vel cubito ad fulcrum aliquod in
verba facere ſolebat, ita tamen vt eidem Con
rio primùm omnium ſeuerè præciperet, n
Statu rebuſque ad ciuilem ſtatum pertinen
verbum vllũ emitteret; imò generatim iniung
ne quicquam penitus de vllo peccato interrog
ſed ea tantũ acciperet, quæ Iuliano iſti pro ſua
malit

maiestate placeret enũciare; vt quòd Parisijs, proximo die postquam spe sua de Catholica illa ciuitate opprimenda & trucidandis Catholicis fœderatis decidit, illinc abiturus in ipso egressu, horribili cum execratione iurauit se eius diei memoriam nunquam depositurum, sed aliquando vindicaturum, *etiamsi propterea ipsos diabolos ex inferis esset excitaturus*, paulòque post consistens, & ciuitatem respectans, iterum contestatus est se eam ita funditus euersurum, vt nec vestigium quidem eius superesset: vt quòd istorum Blesensium Comitiorum tempore ad mensam suam crebris sermonibus prædicare solebat regimen Turcicum, politiam Turcicam, & mores Turcicos, quos ita amabat, vt Turbantum (tegumentum capitis) Turcicum ipse in suos vsus assumere populoque Gallicano ad eius habitus vsurpationẽ exemplo suo anteire voluerit (quasi ita gratificaturus magno Turcæ, qui per supremum suum Bassam Mahometum tantum illi opis attulit ad diadema Polonicum adipiscendum) nisi quidã ex eius Politicis consiliarijs dissuasissent, admonentes nihil suis subditis odiosius, aut splẽdori nominis eius fœdius, aut inimicis eius gratius accidere potuisse, quàm si is qui se primogenitum Ecclesiæ diceret & tantam obtineret singularis sanctimoniæ opinionem, eo indicio se ab Ecclesia auersum, & hostibus Ecclesiæ coniunctissimum ostenderet; hæc & huius generis infinita vt prætermittam, & extremum actum tragici huius regni attingam; post quã fœdus illud Catholicorũ supremi Pontificis Gregorij XIII. authoritate conceptũ pro Catholicæ fidei defensione apparuit, nusquam desitit Capucinus iste noctes diesque in omnes, se formas vertere, omnibus fraudibus, mendacijs, & periurijs Catholicorum ora oblinere, varia cũ suo anno 1588. 13. Maij. anno 1589.

Nogareto & dæmonibus Nogareti familiari
consilia captare, vt aliquo tandem modo de Cat
licis qui fœderi illi contra Caluinistas maio
opem attulissent, vel allaturi videbantur vltio
sumeret. Hinc primò male fidum Niuernensem,
alios aliquot clari nominis viros ab eorum soci
te disiunxit. Hinc deinde Caroli celeberrimi
cis Maiennensis in Guienna contra Nauarr
conatus subtractis clam militibus, & non subm
stratis pecunijs inanes reddidit. Hinc Dux
lissimus Ioieuse cum alijs multis viris insigni
proditorie in manus Nauarræo datus, & m
cum suis contrucidatus. Hinc illis pecunijs
ex Ecclesiæ bonis venditis coegerat, immensa
Germanorum copiæ conductæ, & per perfid
simi istius tyranni ministros in Galliam indu
quæ Catholicorum strages æderent, & eorum
clesias incenderent, & Nauarræum Cathol
Dominum & proximum regni hæredem imp
rent. Hinc post illos glorioßissimi Ducis Gui
uina fortitudine fusos fugatosque, Heluetior
Gallorum tot phalanges in ciuitatem Parisi
introductæ, specie vt Hugonotas illic latit
eruerent, re vera vt optimis Catholicis laqu
& florentissimæ pientissimæque ciuitati vltim
excidium & spoliationem inferrent. Hinc
que funestissima Comitia Blesensia, vbi sup
mum quasi fastigium alijs suis omnibus Duc
cis operibus adiecit. vbi quo magis Catholi
principes inescaret, lege lata, vel potius re
uata, quam etiam *regni legem fundamental*
1. erat, & in quam regibus ipsis nulla est auth
Duo præcipua acta Comitiorũ Blesensiũ. ritas haberi voluit, hæreticum quemcunque
regni successione exclusit. De cuius firmit
immutabili ne quis ambigeret, infidelis Tyr
seipsu

seipsum ad eam perpetuo seruandam ita astringebat, vt ipse seipsum à regali solio deijciendum populumque vniuersum à sua obedientia liberum esse decerneret, si quando in eius legis præiudiciũ quicquam admitteret. Eadem singularis animi sinceri & aperti specie suam cũ duce Guisio Principibusque Catholicis benevolentiam protestatus, augustissimo fidei Christianæ sacramento in amplissimo Procerum Conuentu communicans, hæc duo capita religiosissimè quasi obsignauit, omnes sibi ipsi diras & execrationes imprecatus, si quando contra horum alterum quicquam tentaret. Et tamen non multæ horæ interuenerunt, quum flos ille & columen Gallicani Imperij Dux Guisius, in ipso tyranni cubiculo à suis sicarijs contra tot promissorum, sacramentorum, iuramẽtorum obligationes & vincula, in Comitijs publicis, contra ius gentium, cõtra publicam fidem, in oculis omnium Frãciæ Ordinum, & cum intolerãda singulorum verè Francorum iniuria interfectus est. Alteroque post die illustrissimus Cardinalis Guisius, Rhemensis Archiepiscopus, primus Franciæ Par; & Apostolicæ sedis communione, & sacerdotalis sacramenti mysterio, & Arciepiscopalis dignitatis prærogatiua ter sacratus, & regis Franciæ pater spiritualis, à quo tanquã Christi vicario delatum regni diadema accipit; ipsa natiuitatis Christi Viglia, absque vlla iuris vel iustitiæ specie, barbarè ab eiusdem tyranni carnificibus est iugulatus. subitoque amandati in alias regni Prouincias percussores, qui Duces Maiennensem, Mercurium, & Domalium, dominumque Castrensem, hoc est, fortissimos & penè solos Ecclesiæ Catholicæ defensores paribus insidijs è medio tollerent. moxque Cardinalis Borbonius, Archiepiscopus Lugdunensis, Dux Nemorosius, Ellebeusus, &

2. *In oratione quam habuit Elesis in initio Comitiorum.*

Dux Guisius.

Cardinalis Guisius.

princeps Ioinuellensis, alijsque excellentes vi
Catholici capti & in vincula coniecti. Et neq
ad vltimam Catholicorum perniciem & interi
Aurelia. cionem deesset, eodem tempore exercitus qui
omnium regni Ordinum assensu & flagitatio
contra hæreticos erant progressi, repetè ad Cath
licas ciuitates obsidendas iunt reuocati; & vici
fortissimæ Catholicorũ ciuitates Nauarræo & h
Nisi. Sanserre. reticis in possessionem & prædam traditæ. ade
iam firmissimam spem monstrum illud homi
conciperet, tum Catholicos hac tam admirab
rerum Metamorphôsi attonitos debellatosque, i
tim pedibus suis suique Nauarræi capita sua
missûros; & eodem momento hæresiarcham ill
cum suo Caluinismo leges toti Monarchiæ G
canæ impositurum. Ita perfidiosissimus Apost
impurissimus hypocrita, alter Mezentius Dei c
temptor, millies ipso Mahomete vel Theoma
Græco nequior & sceleratior, vt ab horrendo pe
rio & insigni diuini numinis contumelia regn
suum auspicatus est, in eodem periurio perrexit,
dem periurio, hypocrisi, & religionum variarum
mulatione populum suum continenter circum
nit, eodem periurio, & Punica fraude, sordida
hypocrisi, toto regni sui decursu ad fidem Cath
cam extirpandam est vsus; ita demum cum ea
hypocrisi & periurio, sed cæde, sacrilegio, legũ h
manarum & diuinarũ violatione, blasphemia, p
ta Dei irrisione, multisque alijs indignissimis fla
tijs amplificato, ijsque omnibus ad Catholicæ
dei excisionẽ relatis regnare desijt. Neque enim
amplius rex appellandus erat, sed tyrannus, & ty
nus talis, tam infamis, tam perfidus, tam abomina
dus, talis propter sacrilegam hypocrisim Iulian
Apostata, propter sanguinariam crudelitatẽ Ca

Ca

Caligula, propter ſpurciſſimas libidines Varius Heliogabalus, propter ſacrilegum Dei contemptum Dionyſius Siculus, propter omnis generis vitiorum & impietatum ſordes in putridum illud & exeſum corpus tanquam in cloacam quandā congeſtas Cōſtantinus Copronymus, vt à mundo condito nullę nationes, nullæ ciuitates aut reſp. ſimilem tyrannū pertulerint. Horū enim quamuis teterrimorū tyrānorū vitam & res tyrannicè geſtas quicunq. maturè perpendere, & deinde cū iſtius animalis morib. cōponere velit, certò certiús comperiet iſtum Henricum Valeſium in ijs quæ percenſui ſceleribus, nominatim in periurijs, ſacrilegijs & ſacrilegis libidinibus, in mendacijs, hypocriſi, & diuina religione contaminanda, in populi ſui expilatione, in pecuniarum luxurioſa profuſione, in perfidia, immanitate, contēptu Dei, odio veræ fidei, ipſoq. Atheiſmo ita excellere vt eos ſimul oēs ſit longè ſuperaturus.

12 Atque hæc pauca ſufficiant homini mediocriter intelligenti, vt quis ſit rex, quis tyrannus aduertat, & non magno negotio tyrānum à rege diſcriminet. & iſtos quidem vltimos, tyrannos eſſe perfectè & abſolutè in ſummo gradu, non modo Neronibus, Decijs, Diocletianis, ſed etiam Achabis Antiochis & reliquis famoſis vel ſacrilegis, vel perſecutoribus pares aut etiam deteriores, & perſpicua ratio docet, & vberius ſuo loco integerrimis teſtibus S. Chryſoſtomo, S. Hilario, S. Athanaſio, S. Nazianzeno aliiſque patribus & Concilijs Eccleſiaſticis ipſiſque ſcripturis ſacris demonſtrabitur. Alij multas alias tyranni cognoſcēdi notas præſtituunt, vt quod inſignes & illuſtres viros è medio tollit, ſapientes & bonos vexat atque opprimit, literarum ſtudia extinguit, cœtus & conuentus reipub. licitos & vſitatos prohibet, exploratores & emiſſa-

12.

Vide ca. 18. &c. Omnes aliæ tyrannidis notæ ad hæc tria genera reducuntur. Bartol. de tyrannide. Ariſt. pol. li. 5. ca. 12

rios

rios passim alit, dissidia & partes in repub. fouet
alij alios metuant & neutri contra eum conspir
subditos item perpetuis tributis & vectigalibus
haurit, vt de se familiaque sustinenda solicit
contra statum suum machinẽtur, denique extr
magis quàm ciuibus & popularibus fidit. Hæc
signa tyrannidis ponunt, exemplisque veterum
rannorũ, & inprimis Tarquinij Superbi illustr
Supra fol. 41. 42. & ferè quidem semper hæc vel omnia vel plera
in tyrannis quibuscunque insunt. Sed hæc &
nostros quoque tyrannos conueniunt, tamen
priè ad politicum tantùm tyrannũ, Commod
Tiberium, Tarquinium describendum referun
& ad hæc quæ à nobis notata sunt capita rem
possunt illisq. rectè animaduersis, ex ijsdem &
& alia plurima, tanquam ex trunco arboris
aut ex fonte riuuli possunt nullo negotio
Si enim regũ est iustè ex legibus imperare &
mune reipub. bonum, quod est certissimum, &
nium iudicio manifestum; ergò leges violare,
legibus præscriptos interdicere, viros illustres
terficere, populum tributis opprimere, dissidia
ter subditos serere, publicos thesauros in adul
res & mimos effundere, & similia admittere qu
iustitia & legibus pugnant, & ad suum vnius
cum detrimento publico referuntur, quis nõ
deprehendit esse tyrannicum? Rursus si regum
studio & labore suo initi vt subditi boni effic
tur; ergo perspicuum est, nec arduum est hom
vulgari concludere, tyrannicum esse si quis vitæ
nos plebi ad virtutẽ imitandam exemplo suo
lucentes occidat, vel in exilium eijciat, si bonas
ras exterminet, scholas & Academias destruat,
tes honestas & liberis hominibus dignas interdi
subditosque sordidis artificijs assuefaciat, quem
modo

modum Cyrus quũ rebelles sibi Lydos penitus domare vellet, *arma & equos ademit, iussitq; cauponas & ludicras artes & lenocinia exercere, eoq; modo gens illa industria quondam potens & manu strenua, effœminata mollitie luxuriaq;, virtutem pristinam perdidit.* Iustin. li. 2

Sed tertium illud tyrannorum genus Christianis omnibus tantò magis debet esse horrori & odio, quo religionem Christi, fidem eius, æternamque in cœlo beatitudinem terrenis omnibus fortunæ corporisque bonis sciunt esse anteferendam. Ergò qui fidem hanc contaminat, & inuectis, hæresibus quasi obiectis molibus, viam ad cælum Christianis subditis intercludit, & ad Catholicam omnium Christianorum fidem abnegandam, priuatamque certorum Apostatarum hæresim profitendam, Christianos sibi cõmissos sanguinarijs legibus & edictis cogit: hic reliquorum omnium tyrannus est atrocissimus, non modò quia nulli ferè ad hoc genus tyrãnidis ruũt, qui non simul illis prioribus modis tyranni simul euadunt, obsistentes sibi subditos nobiles & ignobiles promiscuè trucidant, eorum bona diripiunt, viros sanctissimos carceribus, exilio, morte afficiũt; nequissimos ganeones in ciuitatum & Ecclesiarũ tribunalia attollunt, iniustitiam publicam exercẽt, & Lernæ scelerum rempub. suam complent, ideoq; hac flagitiorum licentia Commodos & Neronẽs exæquant, quod de Valentibus, Iulianis, Henricis, & reliquis illis euidentissimè constat: sed propriè quia hic tyrannus iurisdictionem sibi nullo modo conuenientem, & quam nec respub. tradere potest inuadit: quia in conscientias & animas subditorum tyrannidem exercet, quia religionem Dei immortalis suæ libidini subijcit, quia in Deum est blasphemus & in vniuersam simul Christianorum rempub. iniurioſus: in Deum quidem, quia ordinem

Tyrannus contra Ecclesiam & fidem est reliquis longè detestabilior.

dinem ab eo positum transgreditur, & quæ myst-
ria DEVS commisit sacerdotibus solis & Apost-
lis dispensanda, ea iste laicus homo inuolat, & su-
quam profana aulæ suæ negotia sursum deor-
versat. Quam principum audacem impietat-
Num. 16. 1. Reg. 13 2 Paral. 26. Deus in veteri testamento tam multis interd-
coërcuit, tam multis supplicijs vindicauit. Vnu-
sam autem Christianam rempub. intolerabili-
ria afficit, quando eam fidem quæ vna est omni-
vniuersè communis quia Catholica; & sine q-
nemo salutem potest adipisci, eam iste in vno Ch-
stiani orbis angulo, verbi gratia, Henricus Lo-
ni, Nauatræa Regina Biernæ, immutare, vari-
restringere & dilatare non reformidat. quod e-
lios Christianos omnes ignorantiæ, stultitiæ, &
piditatis coarguere, qui perpetuò à maioribus
cta credendi regula, alia contraria fide vitam
ternam consecutos crediderunt, quam iste im-
muncio vel mulierecula cum quibusdam suæ fa-
conuenis definit esse impiã & superstitiosam, f-
que cultores rectà ad infernum impellere. E-
(inquam) tyrannis aliorum omnium teterrim-
& impurissima; & quanto Christianus rex bo-
propter veras virtutes & synceram pietatem, P-
no quouis rege apud Deum hominesque est
dabilior, tantò tyrannus iste Pagano quouis t-
no est DEO hominibusque odiosior, & resp-
Christianæ subditisque quos regit, & quoad
pora & quoad animas hostis longè capitalior &
festior.

Proteta-

Protestantium hæresis est Paganismo deterior.

Caput IIII.

§.0. *Vt quod de tertio tyrannorum genere dictum est, clarius appareat ostenditur quam horribile Christianis malum sit hæresis quæcunq;. & primò ex generali consensu Ecclesiæ primitiuæ probatur hæresim esse Paganismo deteriorem.*

§.1. *Idem probatur sigillatim de hodierna Protestantiũ hæresi. primò, quòd Pagani prædicabãt se accipisse suas religiones à dijs immortalibus. Lutherus autem & Zuinglius noui Euangelismi satores fatentur suam doctrinam venisse à diabolo. quorum etiam vita fuit fœdior & flagitior, quam cuiuscunq; Paganorum legislatoris.*

2 *Pagani olim, vt hodie Turcæ habebant in suis religionibus aliquam professionem castitatis. Hæretici autem isti docent neminem posse viuere castè, & professionem castitatis non ferunt; suosq; sectarios ipsa doctrinæ suæ vi ad libidines impellunt, quorum vita propterea est longè turpissima.*

3 *Protestantes multo magis inter se de sua Euãgelica fide dissentiunt, quam Gentiles de sua religione Ethnica.*

4 *Gentiles cum fidelibus siue Iudæis siue Christianis omnium ætatũ conueniunt, quòd Deum sacrificio colunt (quod etiam defunctis profuisse Christiani semper & vbiq; crediderũt) quem Dei colendi ritum ipsa natura Paganos omnes docuit. In quo multùm antecellunt Protestantibus qui soli omnium sub cœlo nationum sacrificio carent.*

5 *Pagani, vt & Turcæ, cum Hebræis & Christianis, orarunt pro defunctis, quod Protestantes respuunt.*

6 *Pagani idcirco orarunt, & quia credebant Deum iustum iudicem opera hominum mala post hanc vitam supplicijs castigare, & præmijs afficere bona; & quia credebant animas*

animas esse immortales. Protestantes non orant, idcirco qu
credunt Deum opera nō curare (de quo postea §. 10. &
& quia credunt animas esse mortales, nec vllam esse
rectionem.

7 Protestantes multò superbiùs contemnunt prim
religionis Christianæ Episcopos & Ecclesiam primitiu
quam Pagani suos primos doctores & Magistros.

8 Protestantes infinitè impudentius quam Pagani
decretis tuendis mentiuntur; potissimum recentes scri
Hugonotæ qui de hodierno Angliæ statu & martyrib
nimis effricta fronte mendacia fundunt. vbi narrat
causa cur Henricus VIII. ab Ecclesia defecerit; qua
mirum eius permissa, legitima vxore viuente, incest
ptias cum alia contrahere non potuit. Quædam item
rantur de tyrannicis legibus ab eius filia hodierna
regina contra religionem latis.

9 Synagoga Protestantium quoad regimen Eccles
turpius est ordinata quàm Paganorum.

10 Protestantes de operibus bonis, item de Deo mal
operum vel bonorum remuneratore, nequiùs & scelera
docent quam Pagani, qui comparati cum Protestan
(quorum doctrina quoad hoc est merè belluina, Epicur
Atheismi plena) videntur sentire Christianè, & scripser
postolicè. Et tamen Protestantes quamuis omnibus scele
cooperti, per suam solam fidem putant se in cœlis fore
res ipsis Christi Apostolis.

11 Vt taceantur multæ antiquæ hæreses à Protest
tibus receptæ; eorum doctrina de sola fide, directè
iudicium extremum, & Christum iudicem reden
iniustitiæ: estque magis blasphema quàm Alcoranus
hometis.

12 Conclusio breuiter repetens argumenta antea
cata fusius.

SE

SED quoniam hæc oratio omnis eò tendit, vt Christiani officium suum quod Christo, Ecclesiæ, reipublicæ, regibusque debent, plenius intelligant, simulque animaduertant quam horribilis peccati contra diuinam maiestatem remque publicam Christianam se reos faciant, qui hæreticum hominem in corporis Christiani vix extremo pede hærentem, reipub. Christianæ regem, hoc est totius corporis supremum caput efficiunt, ad quam dignitatem multò minus idoneus est quàm Nero, quàm Maxentius, quàm Paganus quispiam aut Turca: partim etiam quia multi nec post tam sanguinariam tot annorum experientiam, quàm cruenta bestia sit ista nostræ tempestatis secta expẽdunt: & quidam hodierno die hæresiarchæ improbissimi Catholicorum nomen impudenter ementientes, tanquam stupendum paradoxum admirantur *& homine Catholico indignum* clamitant, *quòd Hugonotam Iudæo aut Mahometano comparamus*; nec erubescunt garrire Hugonotas cum Catholicis *conuenire quoad fidem, dissentire autem tantummodo quoad externas cæremonias quæ extra scripturas ab Ecclesia sunt inuentæ*; hanc partem examinemus paulò diligentiùs: & non theoricè vel accusatoriè, sed simpliciter & syncerè hæresis hodiernæ deformitatẽ exponamus, & cum vel absurdissimo gentium barbararũ Paganismo, aut nostræ ætatis Mahometismo cõferamus. Neque verò aliquid proferemus abditum aut recõditum, neque minutè perscrutabimur opiniones certorum hominum singulares, sed tãtùm ex multis pauca libabimus dogmata toti mundo notissima, in media luce & clarissimo Sole à primarijs hæreticorum ducibus prædicata, fratrum congregatione & Ministrorum cœtu probante & applaudẽte: adeo vt ex ipsis hæresis istius quam *Euangelium*

vocant principijs & fontibus ea fluxisse, nemi
mortalium possit esse obscurum.

O. ¶ 10. Primùm autem generaliter omnem hæ
sim esse Paganismum, & vnumquemq. hæretic
verè Paganũ esse potius quàm Christianum, Ch
stiano homini paradoxum videri non debet, si
Christi Euangelium, vel primitiuæ & Apostol
Ecclesiæ doctrinã vt par est, perceptam cognitã
habeat. Christus enim quum Ecclesiæ voci & p
cepto non obtemperantem haberi *pro Ethnico et*
blicano iubet, non modò hæreticum, sed e
schismaticum Ethnicis annumerat. Sanctissimi
patres Christi verbis inhærentes, hæreticum i
gano nihil penitus differre docuerunt, nisi quid
reticus diuinam maiestatem lædit atrocius, ide
hæreticum quam paganum terribilius excipi
dicium atque damnatio. Hoc Tertullianus tam
maximè exploratum sumit, *si hæretici sunt, Chri*
esse non possunt. Et D. Hieronymus de Pelagian
cturus, initio statuit *de hæretico tanquam de C*
loquẽdum esse, & D. Cyprianus: *hæreticus sic fo*
stianum profitetur, quomodo & Christum diabolus se
titur. Sicut autem ille Christus non est licet fallat in n
Christi, ita nec hic Christianus est. adeo vt D. Cyp
tam insigni Episcopo & Martyri, hęreticus non
gis sit Christianus quam diabolus est Christus.
ille minus pestilens est veri Christianismi adu
rius etiamsi se Christianũ nominet, quàm hic e
nus est Christi hostis, & si eius aliquandò nom
figurã induat. Clarissimum ergo est hæreticos
lo modo esse Christianos quamuis magna arro
tia & hypocrisi se purissimè *Christianos* & *Euang*
& *fideles* millies vociferẽtur. Aëtius olim quod
res patres diuinarum literarum interpretes sup
reijceret, *Atheus* communi Christianorum sentẽ
di

Omnis hæreticus magis Paganus quam Christianus Math. 18.

Tertul. de præsc. Hieron. in princip. dial. contra lucif. Cypr. de vnit. Eccl.

dictus est quo nomine Arium vocat D. Athanasius, & Eunomium D. Hieronymus. Paulò vlterius progreditur D. Chrysostomus cum ita concludit *Arianus est, ergo diabolus est.* nec vnquam hæsitasset ille hæreticum esse Paganum & Pagano nequiorem, quē propter infinitam veritatis corrumpendæ malitiam ex homine factum putauit quodam modo diabolū. Sed de Paganismo nemo vnquam veterum patrum dubitauit, & est legibus imperatorijs definitū. Lucifer quidem vetustus ille & cōstantissimus Sardiniæ Archiepiscopus non solùm vniuersè probat Arianos *non posse dici Christianos quia sunt Ariani,* verùm etiam nominatim imperatorem Constātium affatus, *Tu (inquit) cum negas Dei filium, Gentilis aut Iudæus nobis es, teq; cum tuis Arianis quales & Ethnicos iudicamus cultores omniū dæmonū, & abominamur quomodo Iudæos qui sunt sine Deo, ex quo vnicum negauerunt filium Dei.* & D. Ambrosius diserte, *hæreticos* ait *esse detestabiliores ipsis Iudæis qui carnem Christi crucifixerunt.* Magnus autem Athanasius eos *nec Ethnicorum nomine* qui certam & constantem religionem habuere, dignatur, *tantū (inquit) abest vt eos Christianos appellare velim.* quod si quis pertinaciter negare velit, illud saltem neminē christianum ignorare putat *eos quiduis potius, quam Christianos esse.* Et veteres Christiani Imperatores *de Paganis Iudæis, & hæreticis,* eodem prorsus modo loquuntur, nisi quod hæreticos suis legibus magis quàm *Iudæos & Paganos, infames & intestabiles* esse decernunt, & grauioribus supplicijs castigant. Hæreticos siquidem Iudęis & Paganis impuriores semper existimarunt idq. magna & euidēti ratione permoti, quā elegāter perstringit Tertullianus, cū hoc inter *Ethnicos & hæreticos distare* tradit, *quòd Ethnici non credendo credunt, at hæretici credendo nō credunt:* quibus

Socra. hist. li. 2. c. 28. Atha. ser. 2. cōt. Arian. Hieron. ad Pamma. Chrys. cont. Arian. Lucif. li. 1. pro S. Athan. pag. 65.

Ibid. lib. 2. pa. 149. idem lib. de non cōmunicando cum har. pag. 192.

Ambro. de fide lib. 3. cap. 3.

Atha. in epist. ad solit. vitam agentes.

Cod. li. 1. tit. 5 para. Quoniam & tit. 7.

Tert. li. de patient.

bus verbis significat Ethnicos & si verè nô credu
quia fide Christiana sunt destituti, aliquid tam
credere, quia ea credunt quæ humana natura
mine rationis à Deo illustrata de Deo credenda
collegit: hæreticos autem qui se credentes & fid
Christianos simulant, cũ ea non credant quæ Ch
stus & spiritus sanctus credere præcepit, nihil o
nino credere, sed ita prorsus fide vacuos esse, ut
Ethnicis aliquid credentibus euadant infideles
Id quod D. D. Chrysostomus & Augustinus
plures commemorem) & manifestò asserunt, &
lida ratione confirmant, è quibus sic ille. *Spiritus*
mundus ejicitur è Gentilibus cum fiunt Christiani; sed tu
quum ex Christianis fiunt hæretici, & tum nocissimi
peiora sunt prioribus. Nam hæreticos Gentilibus esse pe
nemo dubitat. Gentiles enim per ignorantiam Deum
sphemant, hæretici autem scientes laniant veritatem. H
autem, *intolerabile* (inquit) *est, & à sana fide deuiũ, i*
reticorum qui à Catholica Ecclesia exeunt meliorum
causam quàm Paganorum qui numquam fuerunt Ca
ci. cum peior vtique sit desertor fidei & ex desertore
gnator eius effectus, quàm ille qui non deseruit quod
quam tenuit; Quod alibi horum vterque tum e
D. Cyprianus conuincit ex proportione diuina
stitię longè atrociore pœna hæreticos & schism
cos quàm ipsos nequissimos idolorum & bestiar
cultores plectentes: quorum hij gladio cæsi s
illi hiante terra absorpti, viui præcipitati sunt in
feros. Quanto ergo nequior est qui ex destinata
litia veritatem impugnat quàm qui ex ignoratio
quanto intestinus in ciuitate proditor & perdit
externo & legitimo eius hoste est pernicios
to horribilius est hominem viuum anima & corp
re deturbari ad inferos, quàm gladio, vsitato
supplicio iugulari; tantò hæretici quàm Pagani

Chrysost. in Matt. cap. 12. ho. 13.

Nota.

August. de ciuit. Dei li. 21. c. 25

Idem epist. 162.

Cypr. de vnit. Eccles.

Chrysost. ad Eph. ho. 11

Exod. 32. 3. Reg. 18. Num. 16.

Hæreticum esse Pagano deteriorem omnes patres cõsentiunt.

men, Christianis omnibus debet esse odiosius: atq. his excellentissimis Ecclesiæ Doctoribus mirum videtur si quis Christianus aliam vnquam opinionẽ concipiat. Est quod iste Pseudocatholicus & verus Caluinista *homine Christiano indignũ* clamitat, vt Catholicus quispiam Caluinistas fratres suos Iudeis & Paganis comparet, id D. Augustinus ita verum esse statuit, vt *intolerabile* putet, eumque nõ obscurè hæreticum & vix sanæ mentis compotem ducat qui non peius de hæretico quam de Pagano aut Iudæo existimet. Quod si quis vtriusq. causas efficientes & effectus ponderare voluerit, multa sine dubio comperietur cur Paganismũ hæresi anteponat. Hæresis enim plerumq. ex turpioribus causis oritur, ex malicia, odio, cupiditate vindictæ, libidine, quũ Paganismus ex naturali quadam cæcitate & inscientia innascatur. Et hæresis multo magis quàm Ethnicismus virtutes in hominibus morales extinguit, multò magis respub. deformat, multò magis seditiones concitat, multò magis fratres à fratribus & amicos charissimos inuicem à sese capitali maleuolentia distrahit atque in mutuam perniciem armat, multò denique pertinacius Christianam fidem inuadit & dissipat, & vbi semel inhæserit, cancer est Ethnicorum morbo incurabilior; vt valde sit in fide Christianorum stabilis & optimis rationibus fundata illa theologorum conclusio, infidelitatẽ hæreticorum infidelitate Iudæorum & Gentilium peccatũ esse coram Deo grauius & atrocioribus in inferno supplicijs vindicandum. Et hæc quidẽ de omni hæresi generaliter dicuntur & de singulis sunt verissima. Cæterùm huius hæresis quæ tempestate nostra autoribus Luthero & Zwinglio percrebuit, quæque postea Caluino & similibus hæresiarchis aucta est, peculiaris est ratio, plurimæque suppetunt pro-

1. Tim. 2.

D. Thom. 2. 2. qu. 10. art. 6.

priæ cauſæ, cur ea & antiquis hæreſibus, & quo genere Paganiſmi longè haberi debet fœdior & quinatior. Ex quibus ego perpaucas & eas v perſpicuas attingam.

I. 1. Vtque ab ipſo capite & fundamento relig

Pagani aſſeruerunt religiones ſuas veniſſe a dijs immortalib.

nis ſumamus exordium; ſi ex omnium A memoria primos cuiuſcunque reipub. & religio cõditores perueſtigemus, neminem vnum repe mus qui non ab honeſtiore initio & ſanctiore thoritate ſuam quamcunq. ſuperſtitionem duxe quàm noſtri hæreſiarchæ iſtud quod appellant *gelium* ſuũ. Nam quia religio circa Dei colend verſatur, nec quomodo Deus ritè coli debeat ab mine mortali ſciri poſſe niſi Deus ipſe diuinitu rei cognitionẽ impartiret ſemper nec abſurdè ſtimatũ eſt, hanc ob cauſam quicunq. deorũ c dorum cæremonias tradere cœperunt, ſimul e Deo eã ſe hauſiſſe cognitionẽ populis à ſe inſti dis perſuaſerunt. Lycurgus eorum quæ Lacedæ

Lycurgus Iuſtin. l. 3.

nios docuit, *auctorem Apollinem Delphicũ finxit, & ſe ea ex præcepto numinis detuliſſe.* Cùm poſtea quæ ſibi mutanda viderentur, nolebat ſtatim ſuo arb tu corrigere, ſed in vulgus ſparſit velle ſe ad ora lũ Delphicum proficiſci, vt illic à legum ſuarũ thore Deo ediſceret, ſi quid eſſet addendum vel trahendum. Numa Pompilius quũ religione c

Numa. Liuius l. 1.

tatem Romanam informare vellet, eandem cũ curgo viam ingreſſus eſt. *Simulauit* nimirum *ſibi AEgeria Dea nocturnos congreſſus eſſe. Eius ſe monita acceptiſſima Dijs ſacra eſſent inſtituere, & ſacerdotes ſacris Deorum præficere.* Sic Minos rempublicam C

Minoũ. Vale. Plutar.

tenſem ordinaturus, *in ſpecus prærupta & vetuſta gione conſecratum ſolitus eſt ſecedere, & illic à patre doceri* quæ populo ad pietatem traducendo era tilia. Non aliter Zaleucus Locrenſium legilla

Mi

Mineruam iactauit suam fuisse præceptricem, cuius item numine suas Athenienſibus leges commẽdauit Solon. & denique si antiquos omnes percensere singulatim voluerimus qui ciuitatibus primas leges scribere, maximè qui religionis cæremonias tradere moliti sunt, manifesto constabit neminem sine simulato diuini numinis afflatu eam in se prouinciam suscepisse. Post CHRISTI tempora duo viri nouis religionibus excogitatis maximè terrarum orbem commouerunt: Mahometes ante annos mille, & nuper Hismaël Persa memoria auorum nostrorum, eodem ferè tempore quo Lutherus Euangelium suum auspicatus est. Mahometes autem non solum verbo constantissimè asserit legem Alcorani sui per DEI optimi maximi nuntium Gabrielem cælitus delatam, sibique ab eodem Archangelo iniunctum, vt eam populis omnibus imponeret, sed etiam varijs ostentis & prodigijs in speciem certè ad oculos multitudinis præstringendos nimium efficacibus, eam legem diuina authoritate niti ostendit. Nec Hismaëlis actor & Prophera Techellis spiritu DEI se afflatum dixit tantummodo, sed etiam mirabili vita diuinam de se existimationem auditorum animis inseuit. Segregans enim seipsum à mortalium consortio, in altissimis Antitauri rupibus consedit, ibique cœlestia contemplans *per aliquot annos durissimam vitam egit, contentus ijs quæ sponte terræ atque ipsius naturæ benignitate nascebantur*, adeò vt gliscente in immensum diuinitatis eius opinione, à populis penè inuitus in oppida sit pertractus, quibus nouam suam religionem prædicauit. Hismaël quoq. propter egregiam virtutis indolem & sapientiam tanta sui admiratione omnes compleuit, vt generali prouinciali sermone *Sophus*, hoc est Deorũ interpres

Mahometes. Cæltius Curio. in hist. Sarac. l. 1.

Iouius l. 13

Hismael. Persa.

diceretur. breuiq́ue inuenta à ſe ſacra & Alcora
reformati regulas abrogata veteri ſuperſtitione p
totum Perſarum Imperium propagauit. Iſti autē
omnes etſi falſa dogmata hac ſimulatione in re
pub. ſuas inuexerunt, tamen eam ſaltem forma
inuentis ſuis prætexuerunt, quę erat probabilis h
neſta, & ad veram pietatem commendandā idone
quæ ſemper à diuini numinis inſtinctu proficiſ
tur. Nec dubium eſt quin vti verus Dei Prophe
Moyſes quadraginta dies in monte Oreb cōmo
Exod. 24. tus, accepit legem ſuam & ſacrificia Leuitica q
bus ad Meſſiæ tempora populus Hebræus Deum
rat culturus; ſic iſti alij legum & ſacrorum cond
tores peruerſa Moyſis æmulatione ducti, quam
cum vero Deo habebat cōſuetudinem, & quam
eo hauſit populi gubernādi viam & rationem, v
illi à ſuis falſis Dijs ſe accipere iactitabant. vt m
non ſit ſi nationes amplas habuerint ſibi facilè ob
quentes, qui argumētis ad perſuadendū tam ac
modatis vtebantur, & quæ promiſcua multitud
veritate ſummique Dei autoritate non poterat
ſtinguere.

Luther. & Zuingl. fatentur ſuū Euangeliū veniſſe à Satana.

At veró duo illi Apoſtatę *Lutherus & Zuinglius* q
noſtro hoc ſæculo Chriſtianum orbem ab anni
veterum Chriſtianorum Catholica fide ad hæres
quiſq. ſuam aduerterunt, quid ſimile Licurgo, q
Mahometi, vel alicui vnquam legiſlatori præ ſe
lerunt; Tantum enim abeſt eos à Deo Euangeli
ſuum ſumpſiſſe, vt ipſi planè hoc inficientur. Imò
pertiſſimè profitentur non Deum vt Moyſi, nō Go
brielē vt Mahometi, non aliquem communi hom
num opinione ſanctū vt alijs, Euangelij huius n
ui fuiſſe authorem, ſed ipſum Satanam diabolo
principem, principē fuiſſe à quo ſunt edocti, à q
inſtructi, à quo argumēta ea primò dedicerunt

bus postea Catholicam religionem labefactarunt, & quibus iam omnium Ministrorum conciones & pulpita circunsonant. Neque enim negari potest, quod Lutherus ipse libris impressis vniuerso orbi patefecit, quod Melanthon post Lutheri mortem in noua Lutheri operum æditione fatetur, quod Zuingliani scriptores Theologi Historicique narrant, & reformatę Zuinglianorum Ecclesiæ Lutheро sæpenumero obijciunt. Lutheri enim perspicua verba nemini qui latinè intelligit & locum inspicere voluerit ignota possunt esse, qui in septimo operum suorum Tomo Vvittenbergæ impresso describit fusè historiam Satanæ intempesta nocte sibi apparentis, & varijs argumentis distinctè ordineque missæ sacrificium oppugnantis: vnàque narrat infidelitatem ipsius Lutheri post leuem & proditoriam resistendi speciem in Sathanæ persuasionem concedentis, & se à Sathana victum nefariè confitentis. Cùmque Lutherus ad quædam mediocriter respondisset, *At Sathan* (inquit ille) *contrà fortius & vehementius sic instabat, prome vbi scriptum est?* & denique postquam omnia vltro citroque dicta sigillatim enarrasset, *hæc* (*inquit*) *ferè erat disputationis summa.* & mox argumentis Satanæ suum calculum addens, *In his* (*inquit*) *bone frater, Domine Papista, non mentitur Sathan.* Lauatherus quoque euangelicus in *Historia sacramentaria* hoc totum vt rem verè historicéque gestam & sine quæstione certam notissimamque perscribit. Et Heluetici Zuingliani in *Orthodoxa* (quam vocant) *fidei suæ confessione* eandem historiam prolixè recensent, & quum maledicentiam Lutheri nimis vt ipsis videtur acerbè eos insectantis retundere volunt, *hoc* (*inquiunt*) *videtur Lutherus scripsisse eius Spiritus* (*Sathanæ*) *impulsu, cum quo disputationem instituit, & qui* (*vt videtur*) *Lutherum disputando*

Luth. to. 7. fol. 228. 229. 230. lib. de missa priuata & unctione sacerdotium.

Lauath. in histor. sacrament. an. 1524.

Orthodoxa Confessio Eccles. Tigurin tract. 1. fol. 25. 26.

Ibid. fol. 28.

tando superauit. Zuinglius quoque non minus ... denter scriptum reliquit, quòd cum fidem suam ... cramentariam moliretur, & fidem veterem Ca... licam in ciuitate Tigurina labefacere valde ... ret, nec quicquam tamen proficeret propter hoc ... nem quendam doctissimum qui tum in eo ... multum poterat, se noctu in somno à spiritu ... dam fuisse admonitum quemadmodum aduer... um illum deuinceret, spiritusque illius opera ... gumentis auxiliarijs confirmatum victoriam de... uersario reportasse. Et licet ipse historiam ... memorans adijciat *se quidem ignorasse vtrum ... ille albus an ater fuerit* (sic enim verbatim loqu... tamen atrum fuisse, & sine controuersia cun... qui collegam suum Lutherum afflauit atque ... struxit, & ipsa narrationis circunstantia, & trag... schisma inde sequutum, totamque Europam ... innumeris rebellionibus & stragibus, maxima... fidei vniuersæ vastitate peruagatum, perspicu... monstrat. Et cui alteri quam Sathanæ spiritui ... piendo erat Zuinglius hoc tempore idoneus, ... instar equi admissarij nihil se aliud cogitasse ... studuisse prædicat quàm quomodo fœminis ad... niret, & carni suæ ad Venerem furenti, libidi... satisfaceret. Sic enim castissimus Euangelist... seipso memoriæ prodidit, idque in literis ad om... Helueticæ reipub. ciuitates scriptis: se nimi... *æstu libidinis & carnis cupiditatibus sic fuisse accensum ... carnis libidinosæ studia animo suo versarit, in his solu... cogitationes suas insumpserit, hoc meditatus sit, totus... eo fuerit, vt carnis furori satisfaceret*. Quinimo impu... simus ganeo plusquam meretricia fronte iactat ... *nis ad libidinem calentis æstum sic in suo corpore seruu... huius opera eum coram Ecclesia infamem reddide... vt turpem publicàmque infamiæ notam nimis impud...*

Zuinglius tom. 2. in subsidio de eucharistia fol. 249.

Zuing. in parenæsi adcommunem Helue. ciuitatem. fol. 115.

Ibidem fol. 116.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hactenus sustinuerit. Ita Zuinglius. Non aliter quàm collega eius Lutherus sæpenumero & in epistolis, & in concionibus de se prædicat, *vt non est in meis viribus situm vt vir non sim, tam non est etiam mei iuris vt absque muliere sim, & fœminæ sociari tam est necessarium quàm edere, bibere &c.* Et quam illustris est hæc Alcorani supra Euangelium nouum, Paganismi supra Lutheranismum & Zuinglianismum, intelligo hodiernæ hæresis corpus vniuersum prærogatiua? Illius principes Dijs immortalibus constanter religionis suæ origines & principia ascripserunt. At huius inuentores & si aliquando sine fronte idem suis placitis arrogarent, tamen ipsi seipsos mendacij crassissimi redarguerunt, & non Deum sed Satanam Euangelismi sui satorem & parentem fuisse, scriptis luce meridiana clarius prodiderũt. Qui Mahometanam in Persia perfidiã sequuti sunt, ab homine propter vitæ castissimæ puritatẽ cælitibus magis quàm mortalibus comparãdo persuasi, eũ errorẽ arripuerunt. at Euangelici nõ persuasi sed vix appellati à duobus Veneris & ventris mancipijs, propter furiosas libidines, equos & mulos magis quàm homines sobrios & siccos referentibus, abducti sunt in hanc Apostasiam, cuius cõparatione Mahometis ipsius Alcoranus (vt mox patebit) cælestis & diuina veritas existimari possit.

Luther. tom. 5. ser. Vuiten fo. 119. & to. 2. aduersus falso nomi-natum epr-scop ordinẽ fol. 326. & alibi sæ-pe.

2 Atque ex hoc, altera oritur Paganismi & Turcismi supra hunc Euãgelismum, eaque perillustris excellentia. Prudenter annotauit in legibus suis M. Tullius, fuisse Romanis sacras Vestales illas virgines, & propter alia quædam, *& vt sentiant mulieres in natura fœminarum omnium posse castitatem existere.* Hinc factum est, vt Vestales illæ solenni voto virginitatem suam sacris Deorum cæremonijs consecrarent: & si aliqua earum adulterata fuisse (quod

2.

Cic. de lege lib. 2.

Vestales virgines Rom.

Liuius de-cad. 3. li. 2. (quod est in Romana ciuitatè rarissimè audit illud Romani tanquam portentum aliquod pretabantur, perinde ac si bos fuisset loquutus, pides pluisset, flumina manassent sanguine, aut aliquod prodigium natura ædidisset; quiq stuprum illud admiserat, in comitio tota p Romani multitudine spectante & cohorrente que eo virgis cædebatur donec expiraret. Virg autem sic violatæ viuæ sub terram defossæ nou nus horribili mortis genere extinguebantur. nimirum supplicio eos plectendos censuerun mùm quod fidem Dijs immortalibus datam fr sent, ideoque hominibus in communi vita ad lem infidelitatem fœdissimo exemplo præiu (qui enim erga Deum immortalem periurus fidem homini factam audacter & impudenter temnet) tum etiam quia eadem ratione mari & virginibus alijs ad polluendos maritales th & prostituendam virginitatem sua incontu valde nocerent. Probabile enim fuit non pot ab eo sexu castè viui, quum Vestales virgines sanctis religionibus ad castitatem deuinctæ, sent tamen adulteratæ: & quemadmodum sup-

Sup. fol. 118. Georg. in lib. de moribus Turcarum Munster. Cosm. lib. 4. Cælibatus mocacherũ in Turcia.

us annotauimus, *fide erga Deos sublata, statim fid ga homines sua sponte concidit.* In Turcismo a multi sunt greges & ij valde copiosi Monach castè viuentium, non modò eorum qui verè C stiani sunt & ex D. Basilij institutis sanctiss vitam agunt, (quales sunt in Græcia & Asia, & bia, ad montem vsque Sinai permulti) sed qui T cicum Alcoranum professi, vt plenius & expe us Deo iuxta Mahometis ritus colendo vacen rebus diuinus intentius incumbant, totam vi agunt à complexibus Venereis alienam. Quo exemplo fit vt multo rariora sint in Turciâ vi aut

aut mulierum adulteria. Quid autem Euangelici? num D. Basilij aut Benedicti monachos Turcica humanitate in suis regionibus ferunt? imò eorum domos ipsas à fundamentis euertunt. Num alios monachos castè viuentes ipsi instituunt, qui fratribus & sororibus Euangelicis exemplo sint ad castitatem? imò professionem ipsam castitatis è suis prouincijs & synagogis exterminant. Saltem (quod naturalis est iuris & honestatis) num eos qui semel Deo continentiam suam vouerunt vt eum purius colant, & deinde á libidine victi incesta Venere sese polluerunt, tanqnam periuros & Dei maiestatem offendentes more Romanorum debitis supplicijs castigant? quin potius hoc fœdissimum periurium, hæc stupra, hos incestus quos Pagani illi natura duce horruerunt, eos Euangelici nostri vt sancta matrimonia cum turpissima veri matrimonij contumelia extollunt. & istiusmodi impuros balatrones atque cinædos quos Pagani vita putabát indignos, & flagris ad mortem vsque concidere voluissent, eos isti vt mirabiles prophetas, Paulo, Petroque pares, Euangelistas suos vocant, eosque suarum congregationum principes & Superintendentes faciunt. Tales enim incestuosi adulteri fuerunt Lutherus & Zuinglius quos isti Apostolis Christi blasphemè exæquant. Tales, Caluinus, Bucerus, Cranmerus, Petrus Martyr qui in Gallia Angliaque prima huius funestæ hæresis iecerunt fundamenta. Ex hac autem doctrina quantum ad omnem rempub. fluat nequitiæ & turpitudinis facile potest concipi. Vbi enim Ministri à talibus Euangelistis instructi, vulgi auribus insonant *non magis à Venere abstineri posse quàm à cibo potuque*, quàm necesse est hoc semel Euangelij aculeo ad naturæ propensionem adiuncto, omnia loca stupris, libidinibus, adulterijs redũdare?

Apologia Anglic.

Immunda Protestantium doctrina.

dare? In Scotia quidem vbi cc nciones ad hanc L
theri normam de hoc necessario Veneris vsu
berrimæ sunt, fidelissimi Scoti testantur, homi
quasi lege deuinctos ad Venerem exercendam
ere, *vt nec senex octogenarius ea carere possit: &* ho
*strorum ferè neminem esse, qui ab aliorū vel vxorū
ancillis, sibi temperet.* In Anglia item crebr
esse repudia, deuortia, adulteria, vbique ab
Archiepiscopalibus palatijs ad miserrima M
strorū tuguria descendēdo, & laicum ordinem
necesse est) à suis doctoribus & Ministris ean
impuritatis fæcem & colluuiem trahere, ipsa
cum subsellia & infames Superintendentium
storiæ, & quotidianæ de deuortijs & nouis n
ptijs lites nimis luculenter probant. In Germ
quoque qui Lutheranæ sectæ valde sunt addict
hodie eam soli ferè scriptis suis sustinent, ho
quum de moribus suorum laxis & dissolutis log
tur, quanquam inuiti, concedunt tamen *scorta
nes, ebrietates, multo magis quàm vnquam antea
mania inualescere, quia maiorem quàm alias vnquam
scendi habent libertatem; & luxuria* (inquiunt
*iam omnes verecundiæ fines perrupit atque excesit, e
uentus indies fit deterior & intractabilior, eaque vitia
det perpetrare, quibus olim adulti vix erant obnoxij.
stes passim querelæ resonant de iuuentutis petulanti
malitia quæ incorrigibilis planè videtur.* Huic ad
gatur vniuersalis quædam vitæ morumque c
ruptio quæ statim huius Euangelismi prædica
nem excepit. A qua inchoata vix quinquenni
in Saxonia præterierat, quum Luthērus coa
*visitatores mittere, qui populum in omnem licentiam
entem cohiberet, imò qui eos à Paganismo reuoc
idemque liberè professus est, malle se pristinum Pa
ac monachorum regnum quàm hoc hominum genus*

Archib. Hamelton in Caluin. confusio. demonstratione lib. 2. ca. 29.

Vuigand. de bonis & malis Germaniæ apud Surium pa. 664. 669. 670.

Erasmus in epistola ad fratres inferioris Germaniæ.

Euang

Euangelii prætextu in Sogdianorum vitam seſe proripientium. Idem in suis ad me literis (inquit Erasmus) *deplorant Melanchon, idem in colloquio fassus est Oecolampadius.* Sic item Lutherus ipse de suis sectarijs. *Volunt* (inquit) *plusquam Christus ipse videri Euangelici: & dicunt Domine, Domine, sequar, sequar, quocunque, quocunque: & de Euangelio loquuntur quasi sint Angeli, sed si opera spectes, sunt meri diaboli.* Imò vero vt videas mirabile incrementum huius Euangelij omnia hominum genera suo contagio incredibiliter vastantis, non solum (inquit) ille magni viri, nobiles & mercatores, sed *ipsi etiam rustici qui alias simplices & sinceri solebant esse, Thrasonicè iactare audent sibi iam nullo prædicatore opus esse.* quid ita? an quia paucis annis prædicatum à Luthero Euangelium nouum ita eos reddidit vel in omnibus fidei mysterijs peritos, vel excellenti vitæ sanctimonia præstantes? nihil minus sed quia homines mira pernicitate ad extremum huius Euangelismi finem & scopum proficiebant: quia (vt ipse ait Lutherus) *futuræ vitæ rationem habent nullam, sed sicut credunt ita viuunt. Sunt & manet sues, credunt sicut sues, & sicut sues moriuntur.* Neque dissimile est Caluini de sui Euangelij sectatoribus iudicium. *Vix enim* (inquit) *eorum decimus quisque est qui fidei puritatem ad extremum vsque retinet. Omnes ferè ad corruptelas degenerant, & à magistris licentiæ delusi prophanescunt*, hoc est euadunt Athei. & *quamuis præclarum Euangelii zelum simulant, si tamen intus excutias, reperies plenos perfidia, fraudibus, & dolis.* Iniuriam ergo Paganis & magistris & discipulis faceret qui eos Caluinianis & Lutheranis vel ministris vel discipulis pares diceret, quando eorum tum in magistris doctrina multo castior atque diuinior horum fœdam & plusquam Epicuræam omnis veritatis expertem garrulitatem, tum in

Luther. to. 5. in Mat. ca. 8.

Ibi Enarrat. in 1. Corinth. ca. 15.

Caluin. in 2. epistolã Petri, ca. 2. v. 2.

Idem præfat. in Daniel. ca. 11. fol. 157.

tum in auditoribus honesti mores & moderatu
horum profligatissimam nequitiam & ipsis
Euangelistis, etiamsi fuerint dissoluti Apostat
tolerabilem, manifestè damnent & coarguant.
certè quidem quod proposui, ex hijs clarè &
spicuè concludi, nemo est vt opinor sobrius qu
fatebitur; videlicet; Turcis & Paganis qui virg
tatem ita coluerunt, qui incestas votariorum
tias ita exhorruerũt, Euãgelicos qui caste viui
se negent, qui periuros & libidinosos apostat
spirituales suos patres atque Apostolos adorant
tam fœda doctrina & luxuriosis moribus
rempub. vitamque humanam contaminant,
Scotiam, Angliam, Germaniam, Galliamque
carum veterumque Romanorum grauitate,
tis omnibus castitatis exemplis, & disturbatis
bus in quibus castitatis professio vigebat (
Turcæ non faciunt, nec fecerunt pagani) ad
sam vitæ morumque licentiam auerterunt
co fratres Euãgelicos Turcis & paganis hac
te multo esse impuriores.

3. 3 Proximè argumentum illud quo veteres
stiani Paganorum superstitionem oppugnabant
hunc Euangelismum euertendum multo
mius, & efficacius. Iustinus Martyr, & post eum
Iustinus Lactãtius. ctantius ex hoc refellunt Paganos, quòd
præstantissimi, ipse Plato & Aristoteles inter
Arnob. cõtra gentes. Tertul. in Apolog. Cyp. ad Demetrianum. Orosius hist. lib. 1 cordes deprehenderentur. *& quomodo possibile*
cebant illi) *sic inter se dissentientes de religione, ver*
credibilia præcipere? quo item argumẽto & Arnob
& Tertullianus & D. Cyprianus maximè nitun
eodem & Paulus Orosius, adeoque & ipse Cic
Deos Paganorum futiles esse conuincit, eò quod
Homer. Virgil. in bello Troiano & in prælio Turni & Ænææ,
trarij & contrarijs factionibus dediti describa

At qua

Atquanto fortius hoc argumento totus iſte Euangeliſmus radicitus euertitur, a cuius prima infantia ſatores eius Lutherus & Zuinglius tam hoſtiliter inter ſe diſſenſerunt? idque de Deo, de Chriſti paſſione, de morte, de ſacramentis, de Euchariſtia, de baptiſmo, de confeſſione: & tam virulentis conuitijs ſeſe mutuo proſciderũt, vt alij alios nõ ſchiſmaticos, non hæreticos, *ſed Iudæos, Turcas, ipſiſſimos diabolos, & diabolis deteriores* inclamẽt. Lutherus ſuis mandat vt eorum nemo Zuinglium aut Zuinglianæ ſectæ miniſtrum *audiat. nemo librum ab ea ſecta æditum legat*, vnuſquiſque eos *vt ipſiſſimos diabolos vitet, vt pote qui venenatã doctrinam Eccleſijs proponant, & nec vnum quidẽ Chriſtianæ fidei articulum verè credant*: qui denique omnes ipſis credentes recta ad infernũ præcipitant. Zuinglius viciſsim in Lutherum inuehitur tanquam *pſeudoprophetam impudenter aſſerentẽ quicquid in buccam venit, cinædum, effrictæ frontis ſcurrã, de rebus ſacris & theologicis ſtolidæ & fœde inſtar impuri porci grunnientem, incorrigibilem hæreticum, ſeductorem, impoſtorem, & Chriſti negatorem, ipſo Marcione deteriorem, Antichriſtum* denique, cuius *integri libri nihil aliud continent quàm manifeſtam calumniam & puriſsimæ veritatis, Euangelicæque lucis obſcurationem & oppreſsionem.* His aliſque ſimilibus inuectiuis & ipſi patres in principio Euangelij ſeſe mutuo laceraruntt, & eorum filij a paterna indole nihil degenerantes, plauſtra contrariorum librorum alij in alios emiſerunt, quorum vel ſolis nominibus Vveſtphali contra Caluinum, Bezæ contra Heshuſium, Heshuſij contra Caluinum & Bezam & Illyricum, Illyrici contra eos & Vvittembergenſes, Brentij contra Petrum Martyrem & Bullingerum, Polonorum contra Geneuenſes, & Stancari contra Tigurinos, & aliorum ſine numero, nimis facile eſt vel

Immenſa diſſenſio Lutheri & Zuinglij.

Orthod. Confeſsio Eccleſiæ Tigurinæ tract. 3. fol. 105. 106. Ibi. tract. 1. fol. 5.

Zuingl. to. 2. in reſpo. ad Lutheri lib. de ſacramento. & ad confeſsionem. fol. 415.

Sectæ proteſtantium pluſquam ducentæ.

Lauatherus in hist. Sacramēt. Genebrar. in Chronol. in initiol. 4. Vide Praeclum in Elencho Alphabetico in initio.

patientis admodum lectoris aures obtundere. Vo
quidam doctissimi non modò Catholici, sed etia
Euangelici annotarunt, in hoc non adeo mag
septuaginta circiter annorum spatio, ex illis du
bus Lutheri & Zuinglij truncis, contrarias sec
plusquam ducentas erupisse. Neque dubito q
iam nunc in herba sint permultæ sectulæ mag
illis viris incognitæ. Sed vt de certo numero ni
frustrà contendere, ita numerum esse vastum &
mensum experientia loquitur, & oculi aurei
omnium testantur; ideoque ne in re satis evi
ti nimis multus sim, vnius viri indifferentis &
testantibus non iniqui testimonio comparation
hanc transigam. Sic ille de Euangelij Protest

Bodinus in Methode historiarū, ca. 5.

um initio & progressu scribit *Si Germani in sola religione constanter acquieuissent, multò facilius relig suam sententiam pertraxissent. Sed paruo momento hinc illuc destracti, infinitam opinionum varietatem susce Neque enim Martini Lutheri tantùm, sed mox etiam nabaptistarum, Leidam, Zuinglij, Seleſtadij, Osia VVestphali, Dauidis, Stancari, Adamitarum, VValdēs Interimistarum, & aliorum penè innumerabilium subinde combiberunt.* Quare sectæ Protestan quam Paganorum & numero sunt plures, & quibus dissentiunt sunt longè grauiora, & pecc Christianorum quam Paganorum in dissentio est infinitè contra Deum magis atrox & blasp mum. Illi enim pugnabant idque leuiter & scho sticè, de ijs quæ ipsi in rebus diuinis obscuro nis suæ luminæ peruestigauerant: isti digla tur hostiliter de sanctissima Trinitate, de Chr Deo, de spiritu sancto, de persona Christi & pa ne, de omnibus Christianæ fidei capitibus, de gmatis (inquam) & capitibus illis quæ Apost Christi diuino Spiritus sancti lumine cœlitus

strati Ecclesiæ Catholicæ tradiderunt, quæ Christianæ omnes per orbem terrarum Ecclesiæ tot sæculis tanquam sacrosanctam Dei veritatem tenuerunt, & quæ præstantissimi Martyrum & Episcoporum exercitus, & scriptis & sanguinis sui effusione contra tyrannos semper heroica fortitudine defenderunt.

4 Progrediamur verò ad cõtemplandã ipsam religionis formam & generalem naturam qualem nobis omnia vel Iudæorum, vel Ethnicorum, vel Christianorum, vel etiam Barbarorum hominum monumenta & scripta depingunt. Ecqua fuit vnquam natio quæ sine sacrificio Deum coluit? Quare ab Hebræis in lege naturæ? Abel, & Noë & Abraham & Patriarchæ respondent se sacrificasse oues & agnos & fructus terræ quibus se Deo honorẽ impẽdere profitebãtur. Quære ab ijsdẽ in lege Moysis? totos libros sacrarum literarum tibi commonstrabunt in quibus varia sacrificia & multiplices sacrificiorum ritus à Deo ipso præscripti singulatim describuntur. Quære à Græcis & Romanis? eorum omnes ciuitates templis atque delubris, ea autem altaribus referta & hostijs victimisque in dies singulos cruentata, ostendunt eos nullam credidisse religionem quæ sacrificijs careret, qui etiam nullam rem aggrediebantur factu difficiliorem, nusquam consules Romani cum hoste pugnabant, nusquam colonias ducebant, nunquam de arduis negotijs consultabant, nisi primò sacrificijs immolatis Deos sibi propitiassent. Quære à philosophis qui mente & intellectu prima ciuitatum initia formant & communionem hominum ciuilem describunt. Magis necessarium putant sacerdotium & sacrificium quam leges, quã Magistratum, quæ tamẽ ita intrinsecam cuiusque reipub. naturam attingũt

4.

Genesis 4. & 7.

Leuit. Exod.

Supra fol. 111.

Omnes nationes sacrificarunt in honorem Dei.

vt ſine ijs reſpub. ne cogitati quidem poſſit. Idem
cum iſtis politis & humanioribus populis rudes &
efferati Tartari & Americani clamant. Quid Chri-
ſtiani omnium ætatum & nationum? Clariſſimum
eſt, ipſis etiam Euangelicis fatentibus, eos perpe-
tuó ſacrificium tanquam Chriſtianæ religionis
medullam ſuſpexiſſe & a mille annis poſt D. Gre-
gorij primi pontificis Romani tempora Eccleſiæ
totam Latinam Græcamque ita credidiſſe, nemo
ſi & Catholicæ & Proteſtaticæ fidei imperitiſſimus
ignorat. Nam D. Gregorij ſcripta ſuſceptuſque ab
eo in officijs Eccleſiaſticis ordinandis labor, & hi-
ſtoriæ fideliſſimæ, & præterea Proteſtantium ma-
inuectiuæ quaſi ſacrificādi ritum ille vel inuexe-
vel certè valde confirmauerit, ſatis luculenter ob-
dunt quæ fuerit Chriſtianæ Eccleſiæ poſt D. Gre-
gorij tempora de ſacrificio fides. At prioris æta-
mitiuæ Eccleſiæ eiuſmodi ſacrificium nullum ag-
nit? Ita quidem Euangelicorum nonnulli iacta-
ſed qui vel præ ignorantia nihil prorſus ſciunt
mines ſtupidi & inſulſi, vel præ impudentia q
ſciunt pernegant homines duriſſimi oris & effr
frontis. Longè aliter Huldericus Zuinglius qui
uerſario cuidam longo & laborioſo volumine
fuiſſe de orando & ſacrificando non ſolùm po-
uis ſed etiam defunctis primitiuæ Eccleſiæ fi
probare ſatagenti, breuiter & laconicè reſpon-

Chriſtiani omnium temporum ſacrificium habuerunt.

Magdeb. Centuria 6. cap. 10. in vita Gregorij Melanthon in Chronico.

Multum laborando exempla patrum & doctorum ru-
ſes. cogita quæſo quinam iſti doctores fuerint, ſacer-
nimirum, vel papiſtæ. Doctores ego non multum mora-
enim mihi otium eſt vt illos euoluam. Et rurſus. *Ora-*
ſacrificandi pro defunctis morem Chriſoſtomus & Aug-
nus tradiderunt ab Apoſtolis vſque ad ſe manaſſe: qua-
vehemẽter admiror & ſi verum eſt, non puto Apoſtolos
de cauſa quàm indulgentia infirmitatis hoc quibus-
permi-

Zuinglius tom. 1. in reſponſ. ad Valentinũ Comparen.

Ibid. in Epicher. de Canone Miſſæ.

permisisse. Longè aliter Iohannes Caluinus qui de his precibus & oblationibus agens, *Non nego (inquit) fuisse vetutissimam consuetudinem, & quoniam magna vis est consuetudinis vel potius regnum, ideo eandem Chrysostomo, Augustino, Epiphanio, & similibus probatam fuisse quasi a maioribus fuisset tradita*. & mox. *Traditionem apostolicam vocat Dionysius quem Areopagitam vocant sed is non est adeò antiquus scriptor, at Chrysostomus Apostolis fert acceptum. nempe vt alia permulta quæ tum vulgò recepta essent; tamen ignotæ erant originis. Damascenum qui legerunt* (ista affirmãtem & probantem similiter manifestis Athanasij, Basilij, Nazianzeni, Chrysostomi, Gregorij testimonijs, & cum illis hæc sacrificia referentem *ad diuinarum rerum prætones Apostolos & spiritu sancto inspiratos patres aquibus ad Ecclesiam Catholicam traducta, ad hunc vsque diem ab ortu solis ad occasum & Septentrionem & Meridiem ad Dei laudem & defunctorum beneficium fiunt*) *si vnciam habent sani iudicij* (ad Caluini regulas formati) *non multum eius authoritati deferent*. Atqui non isti modò sed reliqui etiam vetutissimi, Irenæus, Arnobius, Lactantius, præter Athanasium, Ambrosium & Augustinum, Caluino quoque fatente, hanc generalem Ecclesiæ consuetudinem de sacrificio probant, & de sacrificio locos quosdam propheticos interpretantur, & in lege Euangelica sacrificium necessarium fuisse, prophetarum oraculis commonstrant. Verum respondet idem Caluinus, patres eos propheticum sensum suis Commentarijs corrumpere, ideoque *magis ignoscendum esse eorum insciticæ & sepeliendum decus* quàm nitendum authoritate vt sacrificiũ inde euincamus. Quod vt verum sit, vt demus (inquam) Caluinum plus in scriptis propheticis videre quam S.S. Augustinum, Ambrosium, Chrysostomum, Epiphanium, Athanasium, & reliquum illum diuinissimum

Caluinus lib. de vera Eccles. reformandæ ratione.

Damasce. moratio. de fidelibus defunctis.

Christi semper sacrificarunt pro defunctis.

Caluin. Instit. lib. 4. ca. 17. para. 15.

pissimum veterum patrum & Episcoporum ch
rum (quod iudicium in primis decet Genet
scholæ discipulum) hinc saltem illud clarissimè
ficitur, vniuersam Christianorum Ecclesiam pr
tiuam consensisse de Deo colendo sacrificijs, ea
iuxta eorum fidem non viuis modò sed mor
quoque profuisse. Horum enim vtrumque ani
uerti à lectore velim, antiquissimos Christ
credidisse & Deum sacrificio honorari, eode
sacrificio erga defunctos propitiari, & ad
duplicem finem illos sacrificasse, tum vt ex sac
cio suus Deo tribueretur honos, tũ vt inde a
defunctis accederet subsidium & pœnarum all
tio: quorum ego vtrumque breuitatis causa
iungo, & ex istis testibus Zuinglio & Caluino
co: quibus duobus Henricum Bullingerum a
am, vt hoc perfecto ternario testium istiusmodi
mero constet huius rei absque vlla dubitatione
ritas. *Verum est* (inquit Bullingerus) *quod papis*
unt, veteres orasse & sacrificasse pro defunctis. Sa
doctor Ecclesiæ insignis Augustinus, quid eloquenti
Chrysostomus, aliique viri vetusti ac clari hac de re scr
reliquerunt. Sed quæro num hic rectè fecerunt quòd
runt? Scis damnatum fuisse Aerium quòd huiusmodi
nes & oblationes improbaret: sed immerito. Asser
secundum Machabæorum librum, sed is nihil proba
non sit Canonicus. Adjciunt esse traditonem Apo
rum: sed mihi id non videtur credibile, nec illi vsq
in scriptis ita præcipiunt quanquam dissimulare no
sum Augustinum nuncupare traditionem patrum ab E
sia receptam. sermo. 32. de verbis Apostoli. Hoc a pat
traditum vniuersa (inquit ille) obseruat Ecclesia, vt pro
thodoxis sacrificium corporis & sanguinis Christi offe
tur. Hæc Bullingerus, tam enucleatè vt quin
uersa primorum Christianorum Ecclesia Græc

Bulling. Decade 4. serm. 10.

Latina ſacrificium obtulerit, eumque gratiſſimum Deo cultum fuiſſe & cum ſacris etiam literis congruentem crediderit, nemo ſanæ mentis poſſit in quæſtionem vocare. Chriſtiani autem extremi Orientis qui in vltimis Indiæ oris tanto terræ mariſque tractu à Latina Gtæcaque Eccleſia diſcluſi, ante hæc noſtra tempora neutris nec Græcis nec Latinis innotuerunt, vt item Africani illi qui vltra Lunæ montes ſub Abiſſinorum Imperatore degunt, Chriſti tamen nomen & religionem obſeruant, ij etiamſi alia quædam habuerunt corrupta tamen quoad ſacrificij, & naturam & vim nihil penitus vel a priſca Chriſtianorum, vel ab hodierna Græcorum & Latinorum Eccleſia diſcrepant. Ita vniuersè apud omnes populos communi rationi præditos illud verum eſſe perſpicimus quod ſuprà ex Pagano Philſophi homini naturaliter inſitum eſſe docuimus, vt ſi Deum crederet, eundem Deum ſacrificio propitiādum eſſe cognoſceret, *& ſi terras vniuerſas peragraueris, inuenire poteris vrbes muris, literis, regibus, domibus opibuſq. carentes. vrbē verò tēpli expertē, quæ bonorū causa nō ſacrificet, quæ non ſacris mala auertere nitatur, nemo vnquā vidit*, ante hoc funeſtiſsimū ſæculū quo Euangelici fratres quod hactenus à condito mūdo *nemo vnquam vidit*, id ſua prodigioſa doctrina vulgare iá & familiare effecerūt. Quod enim Hebræos ante legem ſcriptam naturæ lex docuit, quod eiſdē ſub lege lex Moſaica & Deus ipſe præcepit, quod Chriſtiani omnes omnibus & ætatibus & in defūctiſsimis terrarum orbis partibus à ſuis primis Chriſtianæ fidei magiſtris hauſerunt & tenuerunt, quod Græci Latinique patres ita aſſeruerunt vt contrariam ſententiam tanquam hæreticam anathemate damnarint, quod Græci & Romani ethnici à Philoſophia inſtructi

Domian. Gorz. in hiſt. Æthiop. & Aluar. vide Belfor. Coſm. vniuer. li. 6 ca. 23, pa. 1969.

Oſor. vbi ſup. l. 9.

Oſor. in hiſt. Eman. li. 3.

Plutarch. ſup. fo. 70.

Proteſtantes ſoli omnium natiōnū ſub cœlo carent ſacrificio.

cognouerunt, quod Tartari & Americani mani barbari atque immanes omniumque literarum scientes solo naturæ impetu seruarunt, nimirum Deum sacrificiis colerent, & insignum fide persuasionis qua eum dominum & creatorem um, seque eius numine regi & gubernari fater hunc ei honorem impenderent; hoc & Chri
2. Tim. 3. num & naturale officium, isti Antichristiani & *turalis affectionis expertes* Euangelici proiecerun fique rationi nefarium bellum indicentes, Eua lismum suum sacrificij inanem fabricarunt, vno argumento se non homines hæreticos, prorsus Atheos & Apostatas, imò (si simpli quod verum est effari debeamus) non tam ho nes quàm bestias humana specie indutas com barunt, quando homines semper hunc colendi ritum exercuerunt, solæ bestiæ quia ratione ca tes diuinitatem non possunt concipere, idcirco ei debitum honorem nouerunt impendere. Qu uis ipsæ etiam bestiæ quæ naturam sequuntur cem, ideoque & Deum reuerentur quantum n
Plutarch. in Dialogo quod bestiæ vtantur ratione. ralis inclinatio exigit (vt Gryllus ille apud Plu chum cum Vlisse disputat) multo magis Deum rificant quam isti Athei qui naturæ rationique Deum hoc modo venerādum impellenti obsti & hunc naturalem cultum radicitus extractum animis suis & suorum sectariorum expulerunt. Quare in hoc quoque in quo præcipua religio vis & medulla posita est, Paganismum Euange mo huic præstare manifestè constat. Ille enim c sacris literis, cum Patriarchis, cum Prophetis, cu Christianis omnium ætatum quoad generalem crificandi rationem concordat. Euangelismus a tem merus Atheismus, & (vt planè dicam) verus thanismus est, nihil cũ sacris literis aut hominis

in

in vllo naturæ, legis, vel gratiæ statu commune habens. Quumque in hac impietate nullum Dei populum, nullam orbis nationem, siue ciuilem, siue barbaram, ducem habeat cuius exemplo ad hunc Atheismum fuerit institutus, à quo nisi ab ipso Sathana Lutheri præceptore hunc Dei contemptum manasse credibile est? qui suam cum Luthero disputationem eò totam contulit vt fidem de sacrificio penitus eximeret, & (quod erat consequens) discipulos suos simpliciter Christi Deique expertes redderet. *Athei. Achristi.*

5 Atque vt ansa ansam trahit, & vna hæresis alterius semper est parens, ita hæc sacrificij è mundo auferendi impietas illam sibi iunctam habuit barbariem Paganismo deteriorem, vt nec pro defunctis preces & sacrificia fierent, ex quo illa in Euangelicorum mores & professionem perfidia inueterauit, vt hominum animas cum corporibus interire, & homines à brutis pecoribus nihil differre, Euangelicorum infinita millia non minus firmiter credant, quàm reliqua Euangelij noui capita quæ ex Caluini & Lutheri disciplina imbiberunt. Et Turcis, Iudęis, Paganis, Euangelicos in hoc esse impuriores quòd preces & sacrificia pro defunctis irrideant, quæ Turcæ ipsi à Iudæis & Christianis, Iudæi à lege Mosaica, & Pagani à ratione atque ipsa animæ immortalitate Deique iustitia scelera hominum post hanc vitam inferni pœnis vlciscente persuasi semper vsurparunt, hoc non magno negotio confirmabitur. Et de Turcarum fide vt certiores simus satis est vel ipsius Constantinopolis augusta quædam templa & Xenodochia contueri. Illic enim à Mahomete qui vrbem eam expugnauit, & Solymanno postremo, eiusq. filio Selymo templa quædam valde magnifica extructa sunt, illisque adiun- *Turcæ orãs & sacrificant pro defunctis.*

Thevet Cosmog. univers. li. 7. ca. 14. & li. 11. ca. 1 & li. 15. ca. 16.

cta excipiendis peregrinis hospitalia, in quorum no solo gratis & cõmodè singulis ferè diebus spitaliter aluntur octingenti aut etiam mille peres & peregrini, à quibus ingredientibus illi nũ requiritur vt petant admitti *ob honorem* Dei *salutem animæ Mahometis*, qui in tales vsus, vt ani-

Postel. de la religion des Turcs pa. 60.

nimirũ suæ benefaceret, ædes eas ædificauit. Principes autem viri, Bassæ, & Sangiacchi, hoc est filiarij & militiæ prefecti qui stipendia larga & tamen prædia aut castella aut possessiones

Munst. Cosmog. lib. 4. in fine, & Georg. lib. de moribus Turcarum.

cunque non possunt coëmere: in illum maxi-sum pecunias insumunt vt (quod est lege Mahometis & Turcici Imperium licitum) sacellũ quoddam extruant vbi sepeliantur, & reditus certos parent quibus sacerdotes alanturqui perpetuo anima eius qui domum eam construxit precesDeum fundant. Neque verò quisquam vel mendicissimus ex Turcico populo decedit, qui non cerdotibus pro anima preces ordinarias facientibus ad sepulchrum honesto cum comitatu citur, & ad cuius salutem, sacrificia, vota, eleemosynæ, & similia pietatis opera ab amicis & vicinis peraguntur. Hoc autem Turcas vel à Christianis vel à Iudæis, à quibus legem ferè totam mutuo sunt traduxisse, qui Turcarum originem describunt, scriptores annotarunt. Nam Christianos perpetuò ab ipsis Apostolorum temporibus orare, sacrificandi pro defunctis morem retinuisse, percuè iam ostendimus; eamque fuisse & esse Iudæorum fidem, percelebrata illa Iudæ Machabæi historia docet. si quid Iudæi veteres senserint inquirant & hodierna Iudæorum in mortuis sepeliendis consuetudo declarat, quid hac tempestate credant, quis ab istis Iudæis ediscere voluerit quæ fuerint maiorum suorum hac in re fides. Hos autem

2. Mach. 12.

Veteres Iudæi preces & sacrificia facere bant pro defunctis.

maioribus suis hac in re non discessisse valde probabiliter conuincit eorum ad maiores suos in alijs opinionibus vniuersis tam pertinax adhæsio.

Quanquam autem quidam contentiosi illum Machabæorum librum pugnent non esse Canonicum ideoque nec aliquid rectè factum concludi quia ab illo commendatur, tamen si concedant eum esse veracem historicum quemadmodum de Liuio Philone aut Iosepho existimant, certè non negabunt, quin Iudæi tum temporis pro mortuis & orauerint & sacrificauerint, quod mihi hoc in loco satis est. Neque enim disputo vtrum Iudæi vel Christiani rectè sic crediderint nec ne, sed tantummodo vtrum hoc simpliciter & Historicè fuerit perpetua Christianorum vel Iudæorum fides. Nam deinceps si quis adeo excors & stupidus sit vt quum videat primum Iudæos omnium sæculorum, deinceps omnium item ætatum & regionum Christianos, & tertio loco Paganos quoque tum doctos tum indoctos & ciuiles & barbaros, ex vna parte consistere, & hanc fidem defendere; & postea consideret solos istos Euangelicos homines planè atheos & impurissimos, à communi & in reprobum sensum traditos sensu derelictos, à sese inuicem infinitis opinionum monstris distractos, à diabolorum principe edoctos & inflatos cõtra opinari, & tamen dubitet ad vtram sententiam ipse debeat accedere, eum ego hominem tanquam deploratum & perditum nihil humanæ mentis aut intelligentiæ habentem dimittendum censeo. Rom. 1. 28.

Quare vt ad propositum reuertar, antiquos Iudæos eo quem dixi modo, sacrificando nimirum & orando defunctorum saluti consuluisse, vt Iudas Machabæus fide dignos testis est, sic illud cũ Iuda non minus clarè testantur Iudæorum historici. Huius autẽ tempo-

temporis Iudæi & si sacrificare non possunt (q
nusquam nisi Hierosolymis in templo Salom
iuxta legem Moysis legitimè fit) tamen quò
mortuis orent idque crebrò, ex vulgari syna
consuetudine, & officio eorum Ecclesiastico
loquar) manifestè demonstratur. Illic enim d
precantur *vt anima defuncti N, requiescat in pace.*
Symbolū fi dei Iudeorum ex R. Moysē impres. Paris. an. 1569.
cant *patres sæculi qui dormiunt in Hebron vt porta*
Eden illi appreiant, inuocant *angelos pacis vt porta*
radisi voluptatis referent illi. Imò verò minister
tota Synagoga dum mortuus sepelitur, solenn
pronunciat: *Certè tribus rebus fundamenta mun*
mantur, lege (Moysis) cultu (Dei) & pietate erga
Benedictus qui præmium rependit vacantibus pietati
ergo Iudæi duxerunt maius aut diuinius quàm
functorum piam curam agere, quando cum
Liui. li. 1. Virg. Æneid. lib. 5. Plutar. in Numa Pomp.
Moysis, & *Dei* in terris *cultu*, eam tertiam faciunt
lumnam qua *terrarum orbis sustinetur*. Gentiles
quàm fuerint in hoc officio assidui, eorum plu
litationes, parentationes, iusta funebria, sacra
uendialia, ipse denique mensis Februarius arg
to est, qui primum huic operi totus est dedica
vt in eo manibus defunctorum parentaretur
dem

Ouid. Fastorum. 2
Februa Romani dixere piamina patres.
tumque potissimum
Mos erat & tumulis animas placare paternas,
Paruaq; in extructas munera ferre pyras.

Ergo & hæc non leuis est Paganorum supra E
gelicos excellentia, quòd Pagani in hac erga de
ctos pietate cum populo Dei Hebræo, & Chri
no conueniunt; impij verò & prophani Euang
perinde acsi cum corpore & anima quoque int
ret, nec vlla deinceps esset vel scelerum pœna,
benefactorum remuneratio, ita post corporis
pu

pulturam animæ curam & memoriam omnem à se remouent.

6 Et certè præter Paganorum & Euangelicorum diuersum morem quem dixi, vera causa vtrosque impellens vt modo adeò contrario sese circa defunctos gerant, tam est singulari obseruatione digna, vt vel ea sola probet Paganismum Euangelismo esse infinitis gradibus excellentiorem. Illi enim hoc officio testabantur se credere, iudicio Dei certa certis hominum peccatis supplicia fuisse constituta, quæ tamen pietate viuorum diuina bonitas cõcesserit alleuiari. Deinde eadem etiam pietate liquidó testabantur sese immortalitatem animorum credere, id quod homines ad pręclara fortitudinis & pietatis opera mirabiliter extimulabat. De priore, ita Christianè Socrates *Duplices (inquit) sunt cursus animorum è corpore excedentium. Nam qui se humanis vitijs contaminauerunt, ijs demum quoddam iter est seclusum à Concilio deorum. Qui autem se integros castosq; seruauerunt, quibusq; fuit minima cum corporibus contagio, suntq; in corporibus humanis vitam imitati deorum, his ad illos à quibus sunt profecti facilis patet reditus.* Et Scipio Africanus. *Eorum animi qui se corporis voluptatibus dediderunt, earumq; se quasi ministros præbuerunt, impulsuq; libidinũ voluptatibus obedientes, deorum & hominum iura violarũt, ij corporibus excedentes in hunc cælestem locum nisi multis exagitati sæculis non reuertuntur.* Iustitia siquidem diuina singulis æquas pœnas & præmia rependens, vt homines in scelere obfirmatos æternis supplicijs addicit, & è contra optimos mox æternis præmijs coronat; ita medium illud hominum genus quod in mediocritate quadam officiorũ viuit, iustè quoque sed cum misericordia castigat, vt neque cum primis ad æternos cruciatus damnet, nec cum secũdis subitò ad æternam fœlicitatem euehat. de quo genere

6.

Duæ causæ orandi pro defunctis apud Paganos & Christianos.

Apud Cic. Tusc. li. 1.

ita Plato in Apolog. Socrat. & in Phedone

In somnio Scipionis.

Auguſt. in Enchrid. ad Laurentiũ ca. 110.

genere D. Auguſtinus. *Non negandum eſt defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari quum pro ipſis ſacrificium offertur, vel eleemoſinæ fiunt. Eſt enim quibuſdam viuendi modus nec tam bonus vt non requirat iſta poſt mortem, nec tam malus vt ei non proſint iſta poſt mortem.* hac fide ducitur argumẽtum illud quo fortiſſimus dux Ioſephus Iudæos milites ſuos à mutuis cædibus dehortatur. Quum enim expugnata per vim à Romano exercitu Iorpata Galilææ ciuitate, præfectus eius Ioſephus cum quibuſdã in ſubterraneum locum cum confugiſſet, reliquique Iudæi inſtarent vehementer vt à Romanorũ captiuitate ſe vindicarent voluntaria morte quam ſinguli ſingulis inferrent, Ioſephus eos hac perſuaſione ab eo furore conatus auertere, quòd expiandis hominib. ita morientibus nulla ſacrificia, nullas preces lex diuina conſtituiſſet, aũt aliter moriẽtes ſacrificijs legalib. poſſent iuuari. *Ignoro* (inquit ille) *milites quæ ſit propitiatio animæ hominis qui ſe ipſum interficit. Quis intercedat pro eo ad Deũ ſi ſic peccauerimus, & quiſq; proximũ ſuum occiderit? Quomodo amouebimus opprobrium hoc?* Nulla ſacrificia nobis ita peccantibus Deũ reddent propitium placatum. fruſtrà ſacerdotes inuocabunt *Patrum generis noſtri ſatores qui dormiunt in Hebron vt portas horti Eden nobis aperiant.* fruſtrà implorabunt *angelos pacis; vt portas paradiſi voluptatis nobis reſerant;* quas ipſi nobis hac impietate in æternum occluſimus. Hæc ergo vna cauſa eſt quare Chriſtiani, Iudæi & Gentes ganique ſemper preces pro defunctis adhibuerunt. Altera verò illa quæ ad immortalitatem animorum refertur, & quæ virtutum omnium tam eſt egregia parens & altrix, à M. Tullio ad hunc modũ reſpondẽtem explicatur. *Antiqui philoſophi qui quò proprius abeſſent ab ortu & diuina progenie, hoc melius fortaſſe quæ erant vera cernebant, docuerunt non ſic exceſſu vitæ deleri*

Ioſephus. Ben. Gorĩ cap. 5.

Supra. fol. 204.

Cic. Tuſc. li. 1.

hominem vt funditus interiret; idque cùm multis alijs rebus, tum è Pontificio iure & cæremonijs sepulchrorum intelligi licet; quas maximis ingenijs præditi, nec tanta cura coluissent, nec violatas tam in expiabili religione sanxissent, nisi hæsisset in eorum mentibus mortem non interitum esse omnia tollentem, sed quandam quasi migrationem & commutationem vitæ quæ claris viris dux in cœlum soleret esse. Hac eadem ratione & persuasione contra mortem sese armat Socrates, & Cratoni amico suo præcipit: *In exequijs meis peragendis, ne dicas (Crito) quòd sepelias aut efferas Socratem. Hoc enim non rectè dicitur: sed in hoc delinquis, & mali quippiam in animos hominum inducis. Quare confidere oportet, & dicere quòd corpus meum sepelias.* Hæc erat veterum philosophorum de æternitate animorum & altera vita hanc breuem sequutura opinio: cui fouendæ seruiebant cæremoniæ & sacrificia pro mortuis, de quibus Romani in iure suo admodum minutè & diligenter cauebant, adeo vt *quæ hostia parentādum esset, quot diebus lugendum*, exactè præscriberent, & deinde cum Athenienſibus certā pœnam decernerent, *si quis bustum, aut monumentum, aut columnam violaret, deijceret, frangeret.* Ex Platone autē studiosè inculcabant illa diuina & singularia *de immortalitate animorum et reliqua post mortem tranquillitate bonorum, & pœnis impiorum.* De Iudæis autē & Christianis quin multo firmiùs animorū immortalitatem crediderint, ideoque maiorem de ijs tanquam vitam hac mortali veriorem agentibus solicitudinē habuerint, quia lippis & tonsoribus notissimū est, nolo in eo probando inanem laborem suscipere.

Plato in Phædone. siue de anima.

Cic. de leg. li 2.

Ibid.

Vbi supra & in Apolog. Socratis & alibi.

Quum igitur has veras causas teneamus cur & Gētiles, & Turcæ, & Iudęi, & Christiani pro defunctis orauerint; quòd Euangelici è suis Sinagogis eū sanctissimū morē eijciant, quænam alia causa confingi aut cogitari potest, nisi quia planè contraria perfidia

perfidia ſunt imbuti, & nihil de diuinis poſt
vitam iudicijs, nihil de pœnis hominum
excepturis credant, ſed animas cum corporibus
torum inſtar extingui exiſtimant? Vbi enim
ſparatos effectus perſpicimus, quid ni cõtrar
cauſas iudicemus? *Ex eodem foramine* (inquit Ap
Iacob. 3. lus) *aqua ſalſa & dulcis* quemadmodum pot
nare? Si Euangelici cum Chriſtianis & Gen
Negare pre ces pro defunctis eſt via recta ad negãdã immortalitatẽ animæ animos æternum viuere, & pro bonorum m
que operum diſcrimine pœnis præmijſque a
dos putarent; in hac naturali & theologica
mortuis cura quî poterant ſeſe tam longè à re
rum omnium mortalium fide & communio
iungere? Sed non opus eſt ſuſpicionibus &
ecturis eorum perfidiam expiſcari quam ipſi
tiſſimè orbi Chriſtiano patefaciunt. Qui
hanc barbaram & immanem opinionem
xerunt, eo potiſſimum argumento eande
fenderunt, quia (iuxta eorũ Theologiam) ho
morituros nulla pro ſceleribus excipit pœn
lum pro benefactis manet præmiũ, ſed anim
dymionis ſomno cum corporibus conſepulta
tem ad extremum vſque diem nullis fruũtur
dijs, nullis à Deo puniuntur cruciatibus: & ob
cauſam inane & ſuperſtitioſum eſt pro illis
ad quos non magis quam ad ſtipites aut beſtias
ex precibus noſtris redit vtilitas. Et Lutherum
Sleid. lib. 9. fide ſuos imbuiſſe Germanos optimus teſtis
encomiaſtes Iohãnes Sleidanus qui de purga
precibus & ſacrificijs agens, dicit ante Luther
iſta ſummam habuiſſe authoritatem, *ſed poſtquam*
Ibid. *notuit & aliquit roboris aſſumpſit Lutheri doctrina, pa*
tim euanuerunt. Quemadmodum quæſo, & qu
arietibus ea diſiecit Lutherus quæ à condito m
do omnes nationes tam ſolidè vt diuinis teſti

nijs & ipso naturæ lumine stabilita credidere? *Docet eum Lutherus è sacris literis* (si Sleidano fidem habemus) *mortuorum animas quiescere, & iudicij diem supremũ expectare*, ideoque inaniter collocari laborem omnem qui ad eos iuuandos insumitur. Illud certè quidẽ verissimum est, Lutherũ in cõmentarijs suis omnes consectari verborum & syllabarum argutias quibus post mortem animas cum corporibus dormire & sepeliri probet, atq. ita cũ corpore, omni vt gaudio, sic pœna etiã carere. Exempli gratia, sic illi in Ecclesiast. *Ex hoc* (inquit) *loco patet mortuos sic dormire vt prorsus nihil sciant, & est fortissimus locus pro mortuis nihil intelligentib. rerum nostrarum, contra Sanctorũ inuocationem et purgatorij fictionẽ*. Rursus in eodẽ capite. *Hic alius locus est quòd mortui nihil sentiant. Nulla est* (inquit) *in inferno cogitatio, ars, cognitio, scientia. Sensit ergo Salomõ mortuos omnino dormire & nihil prorsus sentire*. Vbi vt prætermittam manifestam vim scripturę & sensui & verbis illatam, maximè si *inferni* vox sepulchrũ significet, vt in eadẽ prorsus sententia Lutherus docet, illud solũ animaduertat Christianus lector quàm curiosè & acriter nefarius impostor omnes captat vmbras vt suam illam pestiferam de animarum dormitione hæresim persuadeat. Atque in hunc scopũ (ne plurimis locis coaceruandis prolixior sim) perditissimus ille quæcunq. potest obscura scripturarũ membra & incisa interpretatur, semperque illud inculcat, *Ego sequor scripturam, quæ dicit mortuos dormire. Ego puto eos sic in effabili & miro somno consopitos, vt minus sentiant aut videant quàm hi qui aliàs dormiunt. Animæ mortuorum ingrediuntur nec in purgatorium nec in infernum &c. Deus facit nos similes bestijs, dormiendo, vigilando, comedendo. Anima enim humana dormit omnibus sensibus sepultis &c. ita nec mortuorum locus cruciatus vllos habet.* Quis autem fructus

Luther. docuit mortẽ non minus animæ quã corporis, saltem vsque ad iudicij extremę diem.

Luther. to. 5 in Eccles. cap. 9. v. 5.

Ibi. v. 10.

Luth. to. 4 in Ionã. c. 2.

Idem to. 6. in Gen. ca. 25. fo. 351

Ibid. c. 49 v. 32.

ex hac doctrina per vniuersam Germaniam pe
ſerit, quàm impudenter homines in omnem le
xuriam & libidinem effundant quàm effrenat
blicas vias obſideant & quorũcumque bona de
dentur, vt fœdiſſimis peccatis nullum ſtatuat
nem nec modum, hac diabolica confidentia
nixi quia poſt hanc vitam alia nulla eſt attende
nullum Dei iudicium, nulla in cœlo præmia,
in inferno cruciamenta, ſed morte corporis o
determinentur anima ſimul cum corpore in
chrum incluſa; hoc partim ſuprà attigimus
tim deinceps oſtendetur. Interim ex Brentio
quem quærimus teſtem fide digniorem?) p
ptum eſt colligere hanc eſſe valde generalem
teſtantium fidem & ſententiam. *Etſi*, inquit B
tius, *Nulla ſit inter nos publica profeſſio quòd anim*
cum corpore intereat, & quod non ſit mortuorum r
ctio, tamen impuriſſima & prophaniſſima illa vita
maxima pars hominum ſectatur, perſpicue indica
non ſentiant eſſe vitam poſt hanc. Nonnullis etiam ta
ces tam ebrijs inter pocula, quam ſobrijs in familiari
loquijs excidunt. Hæc Brentius. qui quod de
ma & prophaniſſima fratrum ſuorum vita,
ipſo Euangelij flore conqueritur, tam eſt e
vt innumeris Muſculi, Lutheri, Buceri, & C
teſtimonijs comprobare poſſet. Lutheri
ſuis ſectarijs euidens & perpetua recordatio
gniſſimum eſt iuducium, *eos futuræ vitæ rationem*
habere, qui item *ſicut credunt ita viuunt. viuunt*
dunt ſicut ſues, & ſicut ſues moriuntur. Quod ver
tius ait nullam eſſe publicam inter eos pro
nem de anima intereunte cum corpore, &
mortuorum reſurrectione, etſi mirandum
(neque enim tenera Euangelij arbor niſi plan
digioſæ eſſet fæcunditatis in ſua infantia

Brentius in Luc. ca. 20. ho. 35. Immortalitas animæ negata à Proteſtãtibus.

Vide ſupra fo. 191.

ctus ædere potuisset, & hæreticis omnibus insitum est multis inuolucris virus suum obtegere, nec nisi ex insidijs & occultissimè quò plures interimat, & perniciosius serpat illud dispergere) tamen ad hunc Saddacæorum fructum fundendum adeo præcox erat hic Euangelismus, vt in ipsis penè cunabulis suis pepererit copiosissimam sobolem huic detestabili impietati seminandæ sedulò incumbentem. Distinguit autem Caluinus hoc genus Euangelicorum in duas sectas, sed eas adeò latè patentes, vt sub earum altera, longè maxima Protestantium in Europa pars comprehendatur. Sic enim ille. *Hominis animam alij á morte ad iudicij vsque diem quo à somno suo expergefiat, sine memoria, sine intelligentia, sine sensu dormire putant. Alij nihil minus quàm substantiam esse volunt, sed vim duntaxat vitæ quæ ex spiritu arteriæ aut pulmonum agitatione ducitur, & ideo cum corpore interire & euanescere fingunt, donec totus homo suscitetur.* Vtrosque autem ad hanc opinionem quàm latissimè disseminandam summo studio elaborasse, eam ob causam *vt cum Luthero pontificiam de purgatorio & Sanctorum inuocatione doctrinam à fundamentis conuellerent*, idem Caluinus eodem in loco testatur: qui etiam rectè monet hos etiamsi verborum forma multũ videãtur discrepare, tamen & priores qui animam viuere verbo quidem largiuntur, omni aũt sensu & intelligẽtia priuant, re nõ minus quam posteriores eandẽ interficere & extinguere, quũ sensum & intelligentiã eripiunt in qua posita est animæ vis tota & energia. Hæc enim si sustuleris anima nõ magis eo nomine vocanda est, quã corpus organicũ illud quod mortuũ est & in cineres dissolutũ: vel quã pictus homo hominis naturã, aut homo cæcus surdusq. oculorũ & auriũ sensus sibi põt vindicare. quẽadmodũ aũt prior sentẽtia Lutheri & Lutheranorũ, in Germania

Duo genera Euangelicorũ qui negant animam esse immortalẽ.

Calum. de Psychopãnychia. pa. 2.

mania quæ Lutheri Euangelio addicta est lat
gnat & dominatur, ita alteram illā quæ non per
cuitiones, sed pingui & rudi Minerua animam
minus quam corpus mortalem esse docet, in Ga
*in Flandria, in Hollandia, in Brabantia cæteris*q; Germ
inferioris regionibus tam longè lateq; sparsam Calu
asserit, *vt horribile sit auditu quàm illic infecta sint*
Quanquam autem Caluinus aliquid laboris
mat vt eorum errorem refutet, & scripturæ loc
genuino sensu ad infandam hæresim colorem
ab eis detortos ostendat, tamen quum leuiter
tremo quasi digito extruere illud conetur qu
tis lacertorum & laterum viribus euertere mo
omnem cum illis Saducæis Ecclesiæ politiam
nemq. & certam scripturas interpretadi norm
ferendo, Deum peccatorum authorē constitue
homini liberū arbitrium detrahēdo, bonorū
vim, meritū præmiumq. pernegando, & (quod
cessario consequens est) futurū iudiciū, celes
beatitudinē, æternamq. apud inferos damnat
penitus à suorum mentibus summouendo; ce
est longè plura Euangelicorum millia hac ge
li doctrina tanquam pleno fluminis impe
Sadducæismum ferri, quam singulos fratres
particulari libello quasi aduerso flumine ad
tatem reduci. Quod enim in Gallia, in Germa
in Flandria, totoque Belgio tanquam ipsa Eua
lismi huius medulla & nucleus tam operosè fa
est, id ipsum in vicina quoque Anglia ita succ
& maturuit, vt illic in *plurimis locis eorum studio*
rantur libri, personent conciones, multiplice
diaconi & seniores, celebrentur cœnæ & congr
tiones, prædicetur symbolum, quorum symbol
vnus isque primarius est articulus *Christianum*
minem à bestia nihil penitus differre, neque ab eo

Caluin, instruct. aduer. Libertinos ca. 4.

Vniuersa Protestantium doctrina tēdit ad Sadducæismum.

Vide seq. cap.

Descriptio familiæ amoris Londini anno 1578.

Art. 21.

dam esse vnquam operum suorum rationem, sed instar bruti animalis moriturum, nec vnquam vel corpore vel anima resurrecturum. Quòd enim illi superiores à Caluino descripti animam mori cum corpore volunt, sed tamen in fine sæculi cum corpore resuscitari vt iudicio sistatur; illa rancida iam & vulgatissima Euãgelicorum omnium hypocrysis est, vt nimirum quum aliquam hæresim suadere velint, ei ornandæ particulam aliquam Catholicę fidei tanquam paululum mellis venenatæ potioni quò securius ebibatur admisceant; qui si de hæresi stabiliẽda quod volunt obtinuerint, adiunctam fidei Catholicę appendicem nullo negotio mox auellunt & abijciunt; quod in istis maximè verum esse experientia liquidò confirmat. Vt enim plurimi animam mortalem esse summa contentione vrgent, & ea fide innumeros Euangelicorum greges inficiunt, vnà tamen ad tempus breue addunt, eandem animam cum corpore olim resuscitandã vt extremo iudicio sistatur: ita plurimi rursus totam eam Catholicorum de resurrectione fidem ridiculam & Papisticam esse concionantur, nec quicquam tale vnquam expectandum: figurisq. & metaphoris solito Protestantium more ludentes, illas ipsas suorum caterua sad explodendam penitus resurrectionis fidem promouent, id quod ingenuè fatetur Petrus Martyr. *Hodie* (inquit) *emerserunt Libertini* (& præter Libertinos sectæ complures) *qui corporis resurrectionem deridẽt, & scripturas conantur eludere quasi loquantur de resurrectione animorum, qui quum mortui essent peccato, per Christum & fidem in eum, vitæ restituuntur. Neque dici potest quam facile inhæreant hi sermones in auribus infirmiorum fratrum, & tamen resurrectionis articulo sublato cuncta nostræ fidei mysteria funditus euertuntur.* Quum itaque tota Euangelismi huius indoles & impetus huc

Petrus Martyr in 1. Cor. cap. 15.

huc propendeat, quum generalia Protestantium axiomata singulis liberam scripturas interpretandi facultatem, singulis promiscuè spiritus afflatum, singulis supremum de rebus controuersis iudicium tribuentia eòdem inclinent, quum totæ nationes & *ministrorum, scriptorumque examina* (vt Calum ait) eòdem ferantur, quum principes Euangelici ad eum scopum suas scripturæ interpretationes rigant, quum ex communibus Euangelicorum placitis de animarum dormitione, de nullo purgatorio, nullo bonis operibus præmio, nullo peccati supplicio inferendo, certa & ineuitabili necessitate consequatur animam esse mortalem: Calvinus non (vt verisimile est) fallacem præuaricatorem sed serium hostem istis fratribus se opponeret, magis tamen ad cohibendum ab Euangelicis ecclesijs hunc ingruētem Sadducæismum valeret, quam vnus aliquis Germanus hasta gladioque armatus idoneus est repellendo Turcarum Imperatori Germanis primoribus euocato, & cum quadraginta gentis equitum peditumque millibus in Germaniam irrumpenti. Quare si cætera antegressa silentio præteteantur, hoc autem postremum solum de animarum mortalitate & reliquis monstris opinionibus atque potentis ad illud necessariò adhærentibus contentionem veniat vel hoc vnicum vsque eò Turcanos Turcasque ad cælum efferet, Euāgelicos autem ad ipsos inferos deprimet, vt illi viri boni Christiani non absurdè possint appellari, isti vero hominum communione eiecti ad ipsum diabolorum gregem merito videantur amandandi.

Calum. Instruct. contra Libertinos ca. 4.

Sleid. lib. 17. 18.

7. 7 Nullum reperirem orationis exitum, & ne longitudine lectori essem permolestus, si quo eo ordine eodē ad extremū vsque progrederer, & singulatim destinctéque singulas Euangelismi haereses singulis Paganismi opinionibus componerem. Vt

stum enim blasphemiarũ pelagus est, & quo lõgius in eo quis fuerit prouectus, eo maiorẽ Atheismi altitudinẽ & abyssum deprehẽdet: eo magis à terra, hoc est à certa aliqua & constanti religionis forma abducetur. Neque verò erubescunt isti intra pauciss. annos vt in Transsyluania, in Hũgaria, in Germania superiore, in inferiore in Saxonia, in Palatinatu Rheni, &c. ab vno Euãgelio ad aliud, à Lutheranismo ad Zuinglianismũ, & ab hoc ad Anabaptismũ, & deinceps ad Arianismũ & Sabellianismũ desilire, quum Pagani multis annorum centenarijs in vna religione à maiorib. tradita persisterent. & rarissimũ quidem erat in vlla Paganorũ repub. vt Romana, Græca, Macedonica, existere quẽquã adeo superbũ, vt religiones repub. tota cõprobante à maiorib. susceptas impugnaret, hac sola ratione Paganos illos refrænãte, *quoniã Antiquitas proximè accedebat ad Deos, idcirco maiorũ religionẽ seruando quasi à Diis traditã religionẽ* se tueri putabant. At Euangelici quib. persuasissimum esse debebat primitiuam Ecclesiã quia Christo & Apostolis proximã sanctissima verissimaque fide fuisse præditam, Luciferiana superbia eam aspernantur, & singuli hæretici (Caluinus cum suis potissimũ) in quibus primitiua Ecclesia ab eorum placitis discedit, in ijs primitiuam Ecclesiã totam ignorantiæ & stupiditatis damnare non verentur. Si quis eos premat authoritate non vnius sed omnium simpliciter Ecclesiæ primitiuæ patrum, vt probet purgatorium & preces pro defunctis; *Scimus* (inquiunt) *fuisse vetustissimã Ecclesiæ cõsuetudinem eãque patres Apostolis tradentibus ascribere, sed quærimus num in eo rectè fecerunt.* Aërium contra sentientem *hæreticum iudicarunt, sed immerito.* Si dicas, ijdem approbarunt sacrificium, & prophetarum oraculis tãquam Christianæ fidei articulum astruxerunt. Ita quidem

Euangelici facile mutant religionem suam.

Cic. de leg. l. 2.

Protestantes impudẽter cõtemnũt patres omnes primitiuæ Ecclesiæ.

est aiunt, sed tamen in *ea magis ignoscendum est* [illegible]
Ibid. *inscitiæ & sepeliendum dedecus*, quàm prædicanda [illegible]
thoritas, aut ea confidendum. Si ad pœnitentiā [illegible]
peccatis agendam & dignos satisfactionis fruct[illegible]
ædēdos eiusdem Ecclesiæ exemplo & doctrina [illegible]
quem voluptarium ex hoc grege discipulū adh[illegible]
taris: respondet (vt à magistro suo instituitur) *Illa*
Cal. Inst. li. 3. c. 4. parag. 38. *me mouent quæ in veterum scriptis de satisfactione pa[illegible]*
Ibi. li. 4. c. 12. parag. 8. *occurrunt. Video quidem eorum nonnullos (dicam simpli[illegible]*
ter) omnes ferè quorum libri extant, aut hac in parte la[illegible]
esse, aut nimiū asperè & durè loquutos. Neque vero exc[illegible]
vllo modo potest immodica veterū austeritas. Si Quad[illegible]
Ibid. li. 4. ca. 12. 30. gesimæ saltē paucis septimanis acrioti ieiunio c[illegible]
poris lasciuiam reprimendam esse; si sacerdotib[illegible]
coniugio abstinendum quo plenius Dei cultui p[illegible]
cipibusq. incūbant disputas, tota primitiua Eccl[illegible]
sia vtrique horū suffragante; *fatemur* (inquiunt) *p[illegible]*
inualuisse superstitiosam Quadragesimæ obseruationem [illegible]
& vulgus eximium aliquod se præstare Deo existimabat [illegible]
pastores eam commendabant pro sancta Dei imitatione. S[illegible]
fuit mera κακοζηλια *& superstitionis plena.* Illud v[illegible]
Ibid. 23. alterum, *de coniugio sacerdotibus interdicto, factum*
mera tyrannide, & fannatici homines erant illi Con[illegible]
Idem in li. de vera Eccles. reformandæ ratione. lij Nicæni patres qui cælibatum sacerdotibus imp[illegible]
nere volebant. His maiorum suorum exemplis edo[illegible]
cti puriores Euangelici qui magis ad viuum Eua[illegible]
gelij veritatem resecant, & Christum nō Deū, [illegible]
Iosias Simler. de æter. Dei filio li. 1. cap. 2. nihilo vulgaribus prophetis præstantiorem doce[illegible]
quum primitiuæ Ecclesiæ testimonijs vrgentur, [illegible]
Cal. in defens. orthodoxæ fidei cōtra Seruetum pa. 281. illis ad scripturas prouocāt, & patres oēs *sine exceptione*
ijciunt, Irenæū, Iustinū, Ignatiū, et reliquos vetustissimos [illegible]
ptores falsiloquos & Antichristos vocant: & tum Athan[illegible]
sius tum reliqui illi Nicenæ synodi patres fuerunt caci [illegible]
stæ, Ministri bestiæ, mancipia Antichristi, eiusq; prestig[illegible]
fascinati. Ecquis vero vnquam fuit inter Iudæ[illegible]

aut Turcas, aut Paganos, qui præcipuos & illustrissimos reipub. aut religionis suæ patres tam immẽsa superbia contemneret, tam cõtumeliosè lacceraret? & Quid quum Lutherus, Caluinus, Velenus, Molinæus, Balæus, & alij contra omnem antiquitatem, contra omnes historias asseuerant Petrum nũquam fuisse Romæ; ecquis aliquando. inter Paganos fuit adeo proiecta ad impudentissimè mentiendum audacia? Quum semper hactenus iactauerint se ad expressam primitiuæ Ecclesiæ formam suas congregationes reformare, ij qui ex diametro Ecclesiæ primitiuæ sunt oppositj, & aduersis quasi frontibus in primitiuæ Ecclesiæ patres atque Episcopos incurrunt; ecqua vnquam Paganorum secta cum istis potuit quoad altissimè impressum mẽtiendi habitum contendere? Quum Theodorus Beza negat inter *Lutheranos* & *Caluinistas* quos ille Euangelicos Augustanæ & Gallicanæ Confessionis nominat *aliquas esse dissensiones*: quum Apologia Anglicana *hos esse fratres, nec eos de aliqua re graui* dissidere asserit, sed (vt inquit ille quem initio memoranimus Gallicanus scriptor) de *leuibus cæremonijs extra verbum Dei ab Ecclesia inuentis*, an ipsa impudentia poterat duriori fronte de rebus vulgo notissimis mentiri? Nonne ipsa nomina Lutheranum, Caluinianum & Zuinglianum, nonne Lutheri & Zuinglij horrendæ bacchationes quas modo perstrinximus, conuincunt istos homines omnem perdidisse frontem, pudorem & honestatem? Cæterùm qui hoc tempore in Gallia pro Caluinismo scribunt, in hoc mentiendi genere excellunt, bonique filij & discipuli ipsos magistros patresque suos exuperant. Neque verò horum quisquam ferè est qui non ipsa libri sui inscriptione apertissimè mendacem agat apostatam, & fidem quam intrinsecus

8.

Protestantes incredibiliter & impudentissime mendaces.

Beza in epistolis theolog. epist. 1. Apoleg. Anglican.

Apolog. catholique.

Lettre d'vn gentilhomme Catholique &c.
Apologie Catholique &c.
Moyens d'abus par vn Catholique apostolique Romain, &c. anno 1586.

tenet, externè neget claréque repudiet. Vnum festè *hæreticus* sese vocat *Catholicum*: alter non apertè *Caluinista*, libellum suum inscribit *am Catholicam*, & subinde sese Catholicũ gelicum esse iterum atque iterum inculcat. cuius scriptio nihil est aliud quàm virulenta ctiua contra Pontificem Romanum & Conc Tridentinum, non modò *Catholicum* sese sed ad euidentiorem sui notationem adijcit *licum* & *Romanum*; & alij hoc modo Calui aliter quam publicæ meretrices hijs nomin quam fucis & pigmentis deformitatẽ suam collaborant. Et nonne hoc est expressè nega uinianum Euangelium cuius se defenso deinceps libellis præstant? Si quisquam in Iud *dæus* se *Christianum* dicat, nonne se Iudæum operа inficiatur? Si Mahometanus se Iudæũ tetur, nonne ea professione luculenter ab Mahometis deficit? Quum itaque vulgaru

Pantaleon de viris illustribus Germaniæ, Histor. Popellin.

Gallicani sermo, libri historię etiã Hugono loquãtur vt alios *Catholicos*, alios *Euangelicos* lent, isti hypocritæ qui pernersè sibi *Caluinist* Geneuensem ritum *Euangelicis*, *Catholicorum* *manorum* nomen vendicant, non minus stupi tiuntur, quàm si quis Anglus Gallum, aut Christianum se fingeret & appellaret. Atque ipso libri titulo significant congeriem esse m ciorũ quicquid deinceps in toto libro coacer

Quod quam verè dicitur vt Christianus disp diſpiciat, omissis alijs vnicum solummodo

Scriptores Hugonotici quam impudenter mentiatur de rebus Anglicanis

nostro proposito & his temporibus accom tum proferam, ex illo potissimum homine dep ptum qui supra reliquos perinsignem sibi de quas tractat cognitionem venditat, de quibus men ita vel imperitè vel mendaciter scribat, vt

gis de repub. Canibalum aut intermundijs Epicuri scire videatur, quàm de regno eo in cuius historia iactat se aliorum omnium peritissimum. Agens enim de Catholicorum in Anglia sacerdotum & laicorum cæde, & Pontificatu Henrici VIII. qui deinde ad filiam Elizabetham vnà cum regni successione descendit, ita scribit. *Nos* (inquit ille) *Angliæ statum melius nouimus quàm iste qui Admonitionem scripsit*, causasque nouimus propter quas Henricus VIII. a Romani pontificis obedientia se subtraxit. & sunt istæ. *Quia Henricus VIII. nolebat agnoscere pontificem Romanum 1. supremum Angliæ dominum. & seipsum pontificis vasallum* 2. hanc ob causam excommunicatus est. Cumque *rex ille Parlamento decreuisset* 3. *se non esse vasallum pontificis, & 4. quidam superstitiosi*; Cancellarius regni Morus, episcopus Roffensis, Carthusiani & alij plurimi Abbates, Religiosi, & laici *eidem decreto aduersarentur capitali supplicio affecti sunt*, 5. *non propter causam aliquam religionis* 6. *sed propter crimen maiestatis læsæ*. Et nuper Iesuitæ quia 7. *prædicarunt reginam non esse legitimam Angliæ principem*, sed 8. *ius illud esse Romani pontificis: quia in dies singulos* 9. *noua committebant perduellionis crimina*; 10. *quod est euidens* 11. *& omnibus principibus notissimum: hinc factum est vt nuper illic tam multi fuerint obtruncati: eorumque capita ad pontem Londinensem contis affixa, non sunt* 12. *membra martyrum, sed* 13. *rebellium, homicidarum, perduellium.* Sic ille, quasi de palma quadam ob mentiendi artificium, & crebritatem, & impudentiam, cũ Luciano aliquo contenderet, ita flumẽ mendaciorum breui narratione fundit multò certè plura mendacia quàm lineas continente.

Lettre d'vn gentilhomme Catholique francois contenant respõse à vn pretendu Anglois pag. 23. 24.

Vn mendaciorum.

Quæ ego omnia ad duo capita reuocabo, in ijs duobus alia refutabo vniuersa. Henricus (inquit Catholicus iste Caluinista apprimè Anglicarum rerum

Vera causa cur Hẽricus 8. abiecto pontifice Rom.

seipsum fecit supremum Ecclesiæ Anglicanæ caput.

terum peritus) non propter religionem sed pr
regium ius se ab Ecclesia Romana separau
quis aliquando ante hunc historiographum n
scripsit vel somniauit? Quis ignorat veram c
illius schismaticæ discessionis fuisse, quòd q

Card. Pelus de primatu lib. 3. De schismate Anglicano lib. 1. in principio.

rex ille legitimam haberet vxorem Cathar
Ferdinandi Hispaniarum regis filiam cum q
ginti annos totos in coniugali societate vixer
ex qua plures liberos susceperat; ea autem vi
& valente Annam Bolenam suam ipsius natu
filiam (cum cuius etiam sorore Maria Bole
tea perdiu stupri consuetudinem habuerat,
ex ipsius regis chirographo conuincitur) dep
eamque à Pontifice coniugem sibi permitt
reret nec impetraret: hanc ob causam impo
libidinis œstro percitum regem illum, simul
Ecclesia Christi Catholica, & optima iustiss
que ipsius coniuge Catharina diuortium fe
Quis hunc hominem dixerit, & non brutum
quod animal communis sensus atque ration
pers, si hoc nesciat quod nemo opinor in G
vel bubuleus vel baiulus ignorat? Ecquid h
iste vir qui in rebus Anglicanis adeò studios
fatus est linguam Anglicanam intelligit? Leg

Parlamentum Henrici 8. an. 25. ca. 22. & an. 26. cap. 12. Fox Grafton. Stou. Hall. Holinsh. Memoires de Bellay. an. 1533. a fol. 146. Histoire Catholique de Simon Fontaine

go Parlamentum Anglicanum Henrici illius
perspiciet hunc Veneris cæstum, & non ra
quod pontificale in regnum Angliæ fuisse schi
tis illius causam: perspiciet regem erecto
non quòd Angliæ rex, sed quod Ecclesiæ Cath
cæ, & ex consequenti Anglicanæ, supremus ep
pus à Catholicis diceretur seipsũ cõtra Papã h
supremum eiusdem Ecclesiæ Anglicanæ caput. Per
omnes Historicos Anglicanos, siue Catholicos
hæreticos, & reperiet neminem tam duri ora
hoc inficietur. At si Anglicè nesciat, sciat a
Gal

Gallicè, euoluat historiam nobilissimi & politissimi viri Martini Bellaij, eiusque fratris Gulielmi cuius in tota ea tragædia præcipuæ erant partes: legat historiam Fontani Theologi Parisiensis, legat annales Belle-forestij, legat Chronographiam Andreæ Theueti, & deprehendet de regio illo iure per pontificem vendicato ne gry quidem, totius autem cõtrouersiæ cardinem positum fuisse in illis incestis nuptijs, quas quum pontifex ratas facere nollet, neque fortasse posset, ipse rex *constituens seipsum proximè sub Christo Ecclesiæ Anglicanæ caput* (inquit Bellaius) veras & legitimas esse definiuit. Si cupiat historias Latinas legat Polidorum Virgilium, legat Paulum Iouium, legat Franciscum Guicciardinũ, legat Genebrardum, legat Paradinum, legat appẽdicem Naucleri, legat Surium, legat Onuphrium, legat Platinam, legat Georgium Lilium, legat illustrissimum Cardinalem Polum, legat vniuersos Hispanos, Germanos, Italos, Gallos, Anglos, excutiat omnes angulos, perueſtiget quoscunque velit, neminem opinor nec vnum expiscabitur adeo effrontem qui hoc inficietur. Quod si vir iste non Catholicos, sed hæreticos sui similes audire malit, Iohannes Sleidanus quanquam aliàs mendacissimus, in hac tamen historia quia trita & toti Europæ peruulgatissima, idem quod alij omnes breuiter his verbis enarrat. *Henricus, inquit ille, postquam complures annos Catharinam vxorem habuisset, de ea repudianda consilium cepit, Annam Bolenam eximia pulchritudine è gynæceo reginæ adamans quam expetebat sibi conjugem.* Controuersia ad Pontificis iudicium delata, ille secundum Catharinam pronunciat. *Vbi rex sententiam contra se latam esse cognouit, grauissimum odium in Pontificẽ concepit, & continuò decretum facit quo se per Angliam Ecclesiæ caput proximum à Christo pronunciat, & capi-*

lib. 14. Belforest lib. 6. cap. 44. & 47. Theuet Cosmogr. lib. 16. c. 5. Se faisant immediatement apres Dieu chef de l'Eglise Anglicane Bellay. Pol. Virgil. hist. lib. 27. Iouius hist. lib. 31. Paradimus memoria lib. 3. Guicciard. lib. 18. Genebrard. Nauclerus. Surius in Commentarijs, ann. 1533. Onuphrius in Chronic. an. 1533. Platina in vita Pauli 3. Georgius Lilius in Chron. Polus vbi supra. Sleidan. l. 9. anno. 1534.

& capitis pœnam constituit, si quis episcopo Roman

Henricus 8. quam pulchre depingatur ab Euangelicis.

mam in spiritualibus potestatem attribuat. Qua
profligandi pontificatus, eumque sibi & sui
dibus pueris & puellis attribuens, ipsis Mi
Anglicanis tam spurca & luculenta visa est, vt
regē sui Euāgelismi in Angliam inducendi prin
authorem, quia tam fœda occasione prouoc
eum induxit, æditis vulgari Anglorum lingua

Gilbius in admonit. ad Anglos impressa Geneuæ an. 1553. Buchan. Histor. Scot. lib. 13. Caluin. in ca. 1. Oseæ. fol. 7.

logicis libris appellent *tyrannum, libidinos*
strum, belluinum hominem, incestum &
monstrosum aprum, qui Christi locum inuasit &
Anglicanæ caput dici voluit, quum tamen omni
esset funditus expers, & qui (vt inquit Buch
Caluinista Scotus) *tota vita nullam stabilem de*
na Christiana persuasionem habuit. magis aut
uium Caluinus ipse Hugonotarum Deus: H
cus (inquit) VIII. quū videret se non posse alter ex
gum pontificis Romani quam aliquo fuco, præ
tempus aliquem zelum Euangelij, sed postea cruda
uijt aduersus omnes pios, & duplicauit tyrannidem
ni pontificis. & mox. *Ille homo belluinus ostendit se*
vacuum omni timore Dei; & fuit deterior omnibus
pijs Antichristi. Denique quamuis communi
tarum monachorum & sacerdotum more, qui

Hieron. contra Vigilantium.

antes ad venerem (vt loquitur D. Hieronymus)
gelicam libertatem suæ salacitati prætexunt
Henricus ille meretricis amore pruriens Eua
lismi amorem commune omnis obscœnitatis

Michael Isselius lib. 1. de bello Coloniensi pag. 23. 14. 15. 16. 79. 80.

culum (vt nuper in Colonienſi Apostata) suo
sto obduceret; tamen æstum libidinis quo ergo
nam Bolenam deflagrabat, & impium plane
detestabile mātrimoniū inde sequutum vera
eius schismatis & cruentissimæ erga viros
tyrannidis causam, præter superiores, permu
vel dubij vel planè hæretici scriptores, Ioannes

rion, Anselmus Rid, Philipphus Melanćthon apertè testificantur. Hæc si Caluinista iste non intelligit, quid eo imperitius? quid impudentius? Imperitissimus enim est qui ista vulgaria & in circulis trita nō nouit; impudentissimus si horum vulgarissimorum nesciens, tantam sibi de rebus Anglicanis cognitionem arrogat. Sin verò nouit, iterum est ter & amplius impudens qui fronte Hugonotica, id est planè ferrea, tam euidentia & testata sibique ipsi cognita tam fastidiosè negat.

Et ex hoc mēdacio refutato refutantur alia quæ ex eo manant plæraque. Sequitur enim eos quos tyrannus ille propter hanc causam occidit fuisse non superstitiosos sed pios, vt eos ipse etiam Caluinus vocat. Sequitur eos cæsos fuisse ob religionem, non ob crimen aliquod læsæ maiestatis; nisi forte credere Euangelio Christi lædat maiestatem regis. Sequitur quoque ex eodem fundamento mēdacia esse reliqua quæ cōtra Iesuitas spurco ore euomuntur. Vbi enim & vnde didicit Iesuitas ob *rebellionem & homicidia & perduellionem* fuisse iugulatos? Vbi audiuit eos negasse eam quæ hodiæ in Anglia dominatur fuisse legitimam regni eius principem? Antequam à persecutoribus capti erant, dum in priuatis domibus verbum Christi annunciarēt, nulla eorum seditiosa vox audita est. Postquam capiti sunt & à Iudicibus examinati; nullum huiusce modi verbulum protulerunt. Quum hactenus de eorum innocentia constaret, ad tormenta & eculeos adducti, illic miserrimè excarnificātur, & in carnificina positi interrogantur, non quid dixissent aut fecissent hactenus contra reginam, sed quid facturi fuissent si Papa rursus reginam excommunicaret & exercitū in Angliam immitteret; quid de potestate Papæ in principibus excōmunicandis sentiant &c.

Innocentia Martyrum Anglicorum.

Vide Concertationē Ecclesiæ Catholicæ in Anglia, impressam Treuiris. an. 1583. & respons. ad iustitiā Britannicam. cap. 4. pag. 75. 82 83. & Surium in commentar. anno. 1582.

ad quæ

ad quæ & si nihil responderent quod non & n
humiles subditos & verè Christianos deceret,
tracti tamen ad furcas, illic quoque iam ani
Deo reddituri, suam innocentiam & Dei ad
nomine, & pro regina vt sua principe iam tu
uinam bonitatem precantes, pereuidenter inf
multitudini probarunt: vsque eo vt populus
raliter vniuersus eos ab omni proditionis su
ne liberaret, eosque innocentes esse non ob
mulsitaret: quos rumores tyrannici persecut
comprimerent, edictum reginæ nomine p
gant, in quo eos *papistas* quod certum erat, &
tores (quod Caluinianum & luculentum m
cium erat) proclamant, & toti populo sic lo
sentire præcipiunt. Non insistã in eo, neque
ipsum regem Henricum qui paulo post fac
pœnitentia ductus Bolenam vt infame sco
mulctauit capite, & nuptias eas penitus da

Parlamẽ. Hen. 8. an. 28. ca. 7. &c. sobolé quoque abdicasse *tanquam susc*
coniugio quòd nunquam fuit iustum nec legibus co
neum, sed semper ab initio fuit irritum, & nullius
valoris, effectus, aut momenti; *ideoque ipsa Anna*
legaliter fuit rescissum & dissolutum. Mitto quòd
sentientes, & dicto factoue, aut vllo exteriori actu
vel indirectè contrarium asserentes, atrocissimæ p
um & patriæ proditorum supplicijs mactandi iudica
& hæc ita fuisse definita & constituta in pu
totius regni Parlamento; omnesque regni O
vno ore & consensu ista comprobasse: Dudla
que Ducem, Edouardi regis impuberis Proc
rem, Comitis Leicestrensis (eius qui nuper, in
sula huius reginæ Protectorem egit) parrem, m
tis post annis regio edicto idem omnibus re

An. 1553. subditis denuntiasse. Mitto quòd præter pon
cem Romanum, Lutherani Theologi coniug

illud impium planeque nullum, idque iuxta literas sacras censuerunt. Nam quum rex Henricus multo auro à Vvittembergensibus theologis, & nominatim à Luthero & Melancthone qui Cæsari erant infensissimi elicere conaretur *approbationem repudij* quod cum Catharina Cæsaris matertera fecerat, & matrimonij quod cum Anna Bolena contraxerat, *id theologi Vvittenbergenses concedere omnino recusarunt, literarum videlicet sacrarum authoritate adducti*. Et quanquam regij legati magnifica quædam Germanis pollicerentur, totamque hyemem Vvittembergæ transigerent, & regem valde cupere firmissimo fœdere cum duce Saxoniæ coniungi affererent (inter fœderis autem capita, *inprimis solicitabant vt diuortium regis cum Catharina Theologi Vvittenbergenses probarent*) illi tamen perpetuo restiterunt, sese ita facere *non posse per scripturã dicentes*. Quod verò iste homo male sanus de iure pontificis in regnum Anglicanũ ructat, videtur hominis phrenetici & vinolenti delirium: nunquam opinor nostra memoria cuiquam sobrio in cogitationẽ venit. Nam si quod eiusmodi vetus & obsoletum siue verum siue imaginarium ius sit Romanæ Ecclesiæ in regnum Angliæ, id non ab Ina sed a Iohanne rege petendum est, cuius historiam & si valde popularem, & in communibus tum Angliæ tum Galliæ annalibus & Anglicè & Gallicè & Latinè perscriptam, tamen magnus iste Angliæ Chronologus non intelligit. ita vbique obtusus & hebes Galloque dissimilis est, vt non in subtili Gallorum sed potius *Bœotum crasso iurares aere natum*.

Iohannes Crispinus in actis Martyrũ. lib. 2. fol. 67.

Sleidan. lib. 10. an. 1536.

Horatius.

Verum hæc & si quæ alias sunt huius generis (vt sunt innumerabilia) libens prætereo. Neque verò ista hoc in loco attigissent, nisi & iusta martyrum defensio, & simplex veritas, & scriptoris huius & aliorum

orum istius generis insulsa stupiditas id exegis
& hæc quoque fuissent iam omnium sermonib
contrita. Quum verò nemo ferè mortalium in
regionibus adeo rudis & agrestis sit quin ista no
quum ipsi pueri hæc in plateis cantillent, quum
se templorum valuæ & plateæ atque angipor
Parisienses clament:

Carmina in exequijs reginæ Scotiæ Paris. an. 1587.

Iuno Iouis soror atque vxor, verum Anna Bolena
Et spuria Henrici filia, & vxor erat. &
Causa necis sancto fuit iniustissima Moro,
Quòd Caput Ecclesiæ regem, iustæque repulsam
Coniugis, impuroque nouæ meretricis amores
Improbat. &c.

quumque hoc verum esse ex omnibus æta
stræ historicis vel Anglicanis, vel Gallicis, vel
cis, vel Germanis, vel Hispanis liquet, desin
stultissimi & mendacissimi nugones hâc Can
mouere eaque sanctissimis & verè Apostolic
glorũ martyribus exprobrare quæ illi nunq
facto vel dicto admiserunt, & quorum tract
quia Politica erant non Theologica nunqua
lebant seipsos distinere, non magis quàm Ap
in Neronis aut Domitiani tyrannidem inqu
& cuius accusationis nec vmbram aliquam
stisium, capitales nimium & malitiosi eccu
uersarij poterant ipsis affingere, & quod ta
martyres illi asseruissent, videt Christianus
quale fuisset perduellionis crimen, illis certe
Henrico patre, cum Edouardo fratre, cum D
io Duce, cum tota repub. Anglicana, cum Ca
cis, cum Lutheranis, breuiter cum tota ferè E
pa commune. Ita in hoc vno, postrema septem
dacia perspicuè refelluntur.

Et tamen ne quis arbitretur nihil subesse cu
cur illi glorioſi martyres interfecti sint, aut nu

fuisse ignē, ex quo isti suiqu= similes Apostatæ tantum fumum excitant, fateor crimina perduellionis fuisse illis martyribus vt olim Christo & Apostolis obiecta, eosque talium criminū partim fuisse reos. Apud Anglicanæ enim religionis & politiæ conditores fixum & definitum est reos esse maiestatis læsæ qui crædunt symbolo Apostolorum, qui *credunt Ecclesiæ Catholicæ*, qui credunt in Ecclesia Catholica esse remissionem peccatorum, qui credunt Christo dicenti Apostolis & eorum successoribus, *quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt*; qui credunt Christum dedisse Petro & Pontificibus *claues regni cælorum*, quas iam Euangelici Anglicani Petro ereptas reginæ maiestati & *naturali eius soboli* (sic enim in Parlamento, hoc est in in Euangelio Anglicano loquuntur) Parlamentari authoritate condonant.

Crimina perduellionis propter quæ sacerdotes & viri nobiles in Angliæ mactatur.

Ioan. 20. Matt. 16.

Parlamentum Elizabethæ ann. 13. cap. 1.

Ex his fundamentis nascuntur illi istorum Parlamentares Canones.

Si quis negauerit omnem Pontificiam authoritatem spiritualem & Ecclesiasticam reginæ competere, reus esto læsæ maiestatis.

Parlamentum an. 1. Elizabeth. cap. 1. Parlam. an. 5. ca. 1.

Si quis postulatus vt abiuret potestatem Ecclesiasticam Rom. pontificis recusauerit reus esto læsæ maiestatis.

Parlam. ann. 13. cap. 1.

Si quis reginam dixerit hæreticam vel schismaticam reus est læsæ maiestatis.

Si quis quemuis Anglum ab Anglicana religione ad Romanam persuadendo auertere conabitur, reus est læsæ maiestatis.

Parlamentum ann. 23. cap. 1.

Et quid ego particulares Parlamentorum canones recenseo, quum omnia quæ religionem sapiunt, Missæ, confessiones, coronæ peccatoriæ, picturæ sacratæ, cruces & reliqua Christiana, sint proditoria: quum *esse sacerdotem* sit crimen maiestatis læsæ, sic enim nō ita pridē in Parlamento decernitur.

Si quis Ieſuita, ſacerdos, diaconus, religioſus, vel quæ-
perſona Eccleſiaſtica in hoc regnum deinceps veniet
ſebitur reus læſæ maieſtatis, mortemque ſubibit vt
ellis: & ſi quis laicus eum receperit, vel quocunque
uerit, damnabitur ad mortem & bonorum omnium
ram, perinde atque fur aut homicida. Hæc ſunt
dia, hæ proditiones, hæ rebelliones
Catholici vel ſacerdotes vel laici in Anglia
untur, ſpoliantur, ſuſpenduntur, diſſecãtur,
tur. Hæc ſunt Caluiniani Euangelij myſteria
Caluiniſtæ ita predicando, demonſtrant
liam introducturos, & ad eandem fidei
nem, Gallicanam, & Nobilitatem & Clerum
pulum vi pertracturos, ſi vnquam rerum
potiuntur. Et qui vnquam veterum Paganorum
giſlatores, qui Turcæ aut Mahometani
dacijs ſuam religionem propagarunt? Quis
uertat hinc manifeſtum eſſe, quòd ipſa
teſtantium conſcientia quam nondum
tinxerunt, eos doceat fœdum & flagitioſum
Catholicos ob Catholicam fidem perſequi,
men quum Satana eos ad crudelitatem
à perſequendo deſiſtere non poſſunt, immanis
odium contra fidem Chriſti, iſtis *homicidiorum*
tionum & rebellionum nominibus ſtultiſſimè
lant. Ita nimirum olim Apoſtata Iulianus
propterea ſæpe ait D. Chryſoſtomus *omnes*
tores immanitate ſuperaſſe) quia veris Chriſti-
ribus martyrum honorem inuidebat, *fraudes*
ſutias (vt egregiè deſcribit Nazianzenus) *perſe*
contra Chriſtianos, obduxit, omnique artificio
vt qui *Chriſti cauſa patiebantur, tanquam ſontes*
noroſi plecterentur. & rurſus. *Furebat aduerſus*
dus Imperator, non quidem cæterorum Chriſti

Parlam. anno. Eliz. ab 27. cap. 2.

Angli perſecutores in perſequendo Chriſtianos Iuliano Apoſtatæ ſimiles.

Chriſoſt. orat 2. cõtra Iudæos in fine, & hom. 4. in Matthæũ. Nazian. oratio in laudem Cæſarij fratris, & orat. 1. in Iulian.

modum magno animo impietatem profitens, sed callidè & veteratoriè agens. Vnde satagebat vt ipse quidem vim afferat, & interim non afferre videatur; non contrà & supplicia perferamus, & eo interim honore qui pro Christi nomine patientibus haberi solet careamus. Hic Iuliani sordidus & abiectus mentiendi & dissimulandi spiritus in Anglos persecutores & Gallos Hugonotas Anglorum defensores immigrauit. Propter quod vt Iulianus olim, sic isti nunc omnibus persecutoribus rectè censeantur immaniores, & ex quo efficitur istos magis sui Euangelismi quàm Paganos sui Paganismi aut Turcas sui Turcismi pudere, quum ad illius turpitudinem honestandam crassioribus quàm vlli vnquam Pagani aut Turcæ, aut alij persecutores quicunque (præter Apostatam illum Iulianum) mendacijs abutantur, qui quidem est & fuit ab Euangelismi huius initio scriptoribus istis Euangelicis character scribendi ordinarius. Perpetuò enim densissimis mendacijs sua scripta omnia & scripturæ peruersiones referserunt. & quanquam *vir doctissimus & integerrimus qui historiam scripsit de vndecim millibus mendaciorum Iohannis Sleidani*, numerum ipsum non exactè & mathematicè fortassis attigit, tamen vastam esse molem mendaciorum eius, & Catholici & Euangelici quoque fatentur. Quod si historici istorum ita sint affecti, à Theologis hæreticis quorum maximè proprium & insitum est mentiri, quid aliud quàm infinitam & perpetuam mendaciorum seriem & segetem expectabimus?

Apud Nauclerũ to. 1. in præfatione Surij.

9 Vt ergo quoad hoc Euangelici nostri Paganis sunt longè deteriores, sic in illo item quod Pagani viros solos, nũquam fœminas: Pontifices maximos, non reges quanquam potentissimos, multo minus plebeios rusticos & bubulcos fecerunt suarum de 9.

religione ſanctionũ authores, interpretes & ministres. At in Anglia Euangelicam religionem aliis viri, aliàs ad pueri, hodie ad fœminæ inconſtantem voluntatem ſuſpendunt, & fœminam (o incredibilem posteris, illius Eccleſiæ infamiam & turpitudinem) Eccleſiæ caput adorant, quod ipſe Calvinus etiam in viro vt *blaſphemiam & ſacrilegium* abominatur. Ecqua Paganorum reſpub. adeo ridiculè impiè religionem ſuam omnibus ridendam proponere tuit? Quòd iſti ſacratiſſima Dei myſteria omnibus promiſcuè peruulgant, quòd ſacras literas interpretandi non minus bubulcis & ſuarijs quam episcopis & ſacerdotibus poteſtatem faciunt, quòd Spiritum Dei ad hoc efficiendum illis non minus quam iſtis attribuunt: imò quòd initio magis ignaris, eruditis, magis ouibus quam paſtoribus, postremis illis opificibus quàm doctoribus qui totam ætatem in theologiæ ſtudio contriuiſſent, hanc gratiam impartiebant, ecquid magis bardum & abſurdum dici potuit? Sic autem Lutherus docet libro quem integrum de eo argumento conſcripſit: *Chriſtus adimit epiſcopis, doctoribus, & Concilijs tum ius tum poteſtatem iudicandi de doctrina, ac tribuit omnibus Chriſtianis in genere. Iohannis 10. oues meæ vocem meam audiunt. Papa, epiſcopi, doctores, alij paſtores ouium Chriſti habent quidem poteſtatem docendi, ſed non debent ferre iudicium vtrum illi vocem Chriſti vel aliam proponant*, & rurſus. *Quapropter patres, Concilia, Episcopi, Pontifices, conſtituant, decernant, ordinent pro libito & arbitrio quid velint, non impediemus: ſed poſtea qui oues Chriſti ſumus erit iudicium vtrum vera & conſentanea voci paſtoris proponant vel non, & ipſi non debemus, noſtræ cenſuræ & ſententiæ ſubſcribere debent.* quòd hoc modo inſanierũt, hoc modo confuderunt omnia, & ex hac populari confuſione in Eccleſia

Calum. in Amos. ca. 7. v. 13.

Laicus epiſcoporum. eius paſtorum, in proteſtantium Synagoga iudex.

Luther to. 2. lib. rationes iudicij Eccleſiæ de quauis doctrina.

cathedras & pulpita irruperunt; an Paganis, an Turcis sunt grauitate, prudẽtia, moderatione, vllo modo comparandi? an Pagani olim, aut hodie Turcæ mysteria sua tam prophanè tractant? Num Romani libros Sibyllinos vel ritus à Numa receptos popularium libidini submiserunt? aut vlli vnquam Ethnici istiusmodi inconditæ multitudinis furore & tumultu Ecclesias sibi formauerunt? Multa sunt huius generis in Euangelicorum cœtibus, omnia barbara, omnia prodigiosa, omnia Ethnicorũ moribus agrestiora. Neque illud homini prudenti maturè & considerate Protestantica reliqua cum Paganicis conferenti obscurum esse potest, illudque certò polliceri ausim quæcũque sunt propriè Protestantica, hoc est quæcũque sic in eorum Ecclesijs sunt recepta vt ab ipsorum magistris & Euãgelistis sint inuenta nõ autem à Catholicis traducta, ea esse simpliciter vniuersa Paganorũ ritibus deformiora.

10 Sed quoniam si singula persequi velim oratio- 10.
nem meam in immensum excrescere necesse est, caput hoc articulo Protestantibus omnibus maximè communi & plausibili definiam. Suam illam solius fidei iustitiam exclusis operibus quantopere extulerint & de eo inuẽto quantopere gloriati sint, norunt eruditi omnes. *Solus fides iustificationem* Caluin. vocat *præcipuum Euangelicæ religionis sustinendæ cardinem. Summa diligentia* (inquit Lutherus) *illustrare debemus articulum iustificationis per solam fidem, vt hic velut clarissimus sol è tenebris in lucem protrabatur. Qui enim iustificationem non ex fide sola, sed ex fide & operibus quærunt, ille ex Euangelio faciunt legem, ex Christo Moysem, imò ex Saluatore crudelem tyrannum. Hunc articulum qui non tenet, idololatra est, & perinde est siue sit monachus, siue Iudæus, siue Turca, siue Anabaptista. Hoc siquidem sublato nihil remanet nisi mera hypocrisis, impietas, ido-*

Calain. Instit. lib. 3. cap. 11. §. 1.

Luther. to. 5. ca. 2. ad. Galat.

Ibi cap. 4.

tas, idololatria. Hanc solius fidei doctrinam à Cal-
no Ecclesiaque Geneuensi, & Germanica Lu-
haustam suis item fidelibus imposuerunt Pa-
mentari statuto Angli, & seueriſſima lege sa-
runt, neminem Ministrum cuicunque Eccleſiæ
regnum illud esse præficiendum, qui non inter
liqua Anglicanæ religionis capita *solam fidem*
operibus iustificantem agnoscat. nullum vt dog-
sit in istorum. Ecclesijs latiùs sparsum & recep-
generalius, quàm est hoc de sola fide sine oper-
Euangelicos iustificante. Quamuis enim plur-
Germani scriptores longiùs prouecti, opera a-
lutem æternam obtinendam non modò non
cessaria quia fidei maiestatem & omni poten-
minuunt, sed etiam *pernicioſa esse* contendunt,
que & discipulos ab eis studioſiſſimè auert-
quoniam ea sequitur superbia & inanis gloriatio, &
torquent illud Apostolicum, *maledicti sunt qui*
operibus legis sunt, sub quibus *operibus legis* illi p-
fidem opera omnia charitatis & pietatis qua
iubet comprehendunt: tamen quoniam nos
tremas singularum sectarum opiniones exag-
das inquiro, sed maximè publicam omnium
æquabili lance ponderare cupio, eam perni-
rum insaniam dissimulo, & in hac generali co-
um hæresi insistam. At quæ ratio est cur ita o-
à iustitia Christiana excludunt, eamque sola
metiuntur? Duplex & vtraque in istorum Eu-
gelio valde efficax: prior, quia DEVS in
cando, homines non ex operibus, sed ex sola
æstimat; altera quia homines etiam sanctiſſ-
quum optimè & ex sancti spiritus gratia operan-
etiã tũ perpetuo peccant; & illa quæ putãtur op-
perfectiſſima, tũ propter insitam naturæ nostræ
cupiscentiã originalẽ quæ opera talia suis sordib-
con-

Tarlam. anno Elizab. 13. cap. 12.

Colloquium Altenburgense à fol. 134. ad 138. Nicolaus Gallus & Amsdorfius ibid. Galat. 3. 10.

Optimo bonorum hominum opera sunt peccata in Euangelio Protestantium.

contaminat, tum propter noſtram in operando imbecillitatem & imperfectionem verè peccata ſunt mortalia, & iram Dei damnationemque æternam promerentur. De poſteriore perſpicuum eſt illud tritũ axioma Lutheri, *iuſtus in omni opere bono peccat.* & Theodorus Beza in Geneuenſis fidei cõfeſſione, *Ipſa quoq; præſtantiſſima hominum opera, ſi ſummo iure in eo inquiratur, nihil aliud ſunt quam meræ donorum Dei pollutiones, quemadmodum ſæpè accidit vt riuus alioqui clarus & limpidus inficitur cloacæ ſordibus.* & Caluinus. *Quicquid optimum ab optimo viro proferri poteſt, aliqua ſemper carnis impuritate reſperſum & corruptum eſt. vt nec rnum à ſanctis exeat opus quod nõ mereatur iuſtam opprobrij mercedem.* Id quod Bucerus, & reliqui Proteſtantes in Colloquio Ratiſbonenſi, Brentius, & Georgius Maior tanquam certiſſimam veritatem contra Catholicos defenderunt. *Opera* inquiunt *noſtra quãtumcunq; bona ſunt, a Deo nihil merentur per ſe quàm pœnam: propterea quòd [quod ſæpius dictum eſt & ſæpius repetendum eſt] ſub maledicto legis & ipſa manent, & faciẽtes relinquunt, etiam tum quum conſiderantur quatenus à nobis per gratiam Chriſti perficiuntur. Adeò enim legi nõ ſatisfaciunt, vt hæ noſtræ iuſtitiæ omnes, ſint in conſpectu Dei inſtar panni menſtruati. Sunt (inquam) inſtar panni menſtruati omnes iuſtitiæ hominis etiam iuſtificati.* Hoc autem poſito quod omnia hominum optimorum peccata ſunt adeò fœda, ſordida, polluta & per ſe infernalibus flammis vindicanda, prius illud ex ſola fide homines eſſe iudicandos & ſaluandos (ſi quidem vlli ſalutem adepturi ſunt) ſua vi conſequitur. Et illud inter alios Lutherus perſtudiosè incultat. *Opera quantumlibet ſacra & ardua* (inquit ille) *religioſorum & ſacerdotum, in oculis Dei prorſus nihil diſtant ab operibus ruſtici in agro laborantis, aut mulieris in domo ſua*

Luther. to. 2. in art. à Leone dãnatis art. 31.

Beza confeſſ. Geneſ. ca. 4 § 19. Cal. inſtit. l. 3. ca. 14. § 9.

Colloq. Ratiſbon. pa. 366.

Luter. to. 2 li. de capti. Babylon. fol. 78.

Ibid. in reſpub. ad Catharin. fol. 157.

Ibi, de libertate Christiana fo. 8

curantis, sed sola fide apud eum omnia mensuratur. Ieremiæ 5. dicitur, Domine oculi tui respiciunt fidem. fus. Christus sic ordinauit vt nullum esset peccatum credulitas, nulla iustitia nisi fides, sicut Iohannis 1 nim personã bonã facit nisi fides, nec malam nisi tas. Hoc ille in cõcionibus, hoc in scholis, hoc tis voluminibus adeò solicitè docere & stabil natur, hoc denique per se ex priore fonte d sanctis in omni opere bono peccantibus ita superfluum sit multis locis vndiquaque coll velle collustrare; quod est nihil aliud quàm s ridiano fulgente, ad clarius perspiciendũ luc velle accendere. Quare in vnica Luthericon ne quoad hanc materiam acquiescam. Sum quit ille, *summarum. Opera & vota nec pers doceri possunt, nisi ea salutaria & vtilia dicas ad quid enim est docere opera & vota non esse salutaria cessaria? quis audiet? quis amplectitur? quis si scire necessaria in vanum laborare vellet, maximè tam vitæ tempore? Quare certum est eos putare opera sa lia & salutaria: At docere ea salutaria esse, est damn & apostaticũ à fide, quum sola fides sit necessaria taris. Quare vota & opera aut serìo doceri & disce sunt, aut apostare à Christo & excidere à gratia tam docentes quàm attendentes. Sunt enim doctrin niorum & mendacia, à quibus in sine resilias cum D nardo in æternum peribis.* Hæc est summa doc Protestanticæ de sola fide iustificante & non saria operum adiunctione, quæ etsi à suis dis fieri multi ægrè patiuntur, alij æquiori animo rant; necessitatem tamen aliquam imponi, a uersè omnes aut certè plærique omnes nullo censent ferendum: eamque necessitatem mul bris & cõmentarijs refutauit Illyricus, & Nic Gallus, & Amsdorfius, qui etiam in libro qui

Deum nihil æstimat hominũ opera sed solam fidem.

Luther. 40 2. de votis monasticis parte 2. fo. 276. 278.

pſit & inſcripſit *Bona opera nocere ſaluti*, teſtatur & probat multis exemplis, Lutherum ſemper horruiſſe illas propoſitiones, *Chriſtiani debent bona opera facere, &, Oportet illos bene operari*, quia fides ſola abſque operibus ſatis ſuperque ſufficit ad eos æterna fælicitate beandos. Quorum iudicium in ſuis ſectatoribus ab operum neceſſitate liberandis, ſequuntur miniſtri Eccleſiæ Saxonicæ, Lubecenſis, Hamburgenſis, Luneburgenſis, Magdeburgenſis, quibus itē ſubſcripſerunt, Eccleſia Brunſuicana, Prutenica, Vviſmarienſis, Mansfeildenſis, Turingicæ, Ratisbonenſis, Bipontina, vt ex libris æditis apparet, & in peculiari Lutheranorum Synodo traditur, & ipſi ſolifidiani miniſtri contra Maioriſtas papiſticos (vti vocant) operum præcones gloriantur. *Colloq. Altemb. vbi ſupra. fol. 169*

Et hæc quid hactenus plana ſunt, & quoad hanc vitā omnia ſunt facilia & expedita Omnibus enim, obedientiæ, caſtitatis, & honeſtatis vinculis perruptis, & perpotare, & pergręcari, & deliciari liberum eſt, atque ita ſumma quidem cum iucunditate & otio hanc vitam tranſmittere. Verum de altera vita & iudicio futuro ſcrupulus aliquis hæret. Deus enim ſæpenumero in literis ſacris pronunciat ſe iuxta cuiuſuis opera iudicaturum. Quum ergo fratres & ſorores Euangelicæ genio ſuo liberè in hoc ſæculo indulgentes fide ſolum Euangelica præditi ad illud tribunal ſiſtentur operum bonorum inanes, qua diſtinctione terribilem illam gehenne ignis in æternum ſuſtinendi ſententiam declinabūt? Hæc nimirum difficultas multos è doctoribus valde torſit, qui item vt ea ſublata diſcipulos ſuos ſecuros redderent & in vtramque aurem dormientes valde laborarunt: at quàm vtiliter poſtea explicabitur. Primùm verò quàm hæc doctrina ſit vitæ cōmuni peſtifera, quantum grauitate, modeſtia, ſobrietate, *Mat. 16. 27. ca. 25. 34 35. Rom. 2. 6. 1. Pet. 1. 17.*

Paga-

Paganismus eam superet, id vero quàm fieri po
breuiter ostendendum est. Diximus supràer
bus Paganorum sectis, solam Epicuræam sect
è religione tollere, cum quibus in eo nostris E
gelicis apprimè conuenit. In hoc vicissim
eorum fraterna concordia, vt non aliter quàm
melli illi Castor & Pollux, eodem ouo progn
se videantur. Epicuræi enim quum suas in
rent respub. Dei prouidentiam & religionem
silentio sepelientes, ad legum & Magistratuum
dationem linguas calamosque vertebant, &

Plutarch. aduers. Colotem. *ges composuerunt, & vrbes Magistratuum imperio
instituerunt, ij* secundum Epicuræos *in tranq
modum statu nos collocauerunt, quæ si quis aboleret, fer
vitam victuri essemus.* Hæc quanquam suo loco

Plutar. ibi. quia tamen contra religionem intempestiuè
bantur, saniores philosophi vt falsa & impia
serunt. *Hæc enim,* aiunt isti, *neque iustè neque vere
tur. Nam si quis humanis legibus sublatis Socratica &
tonica nobis relinquat decreta, lõgè profectò absturu
à vita belluina. Metuemus enim turpia, et honesti gra*

Sic Plato. de leg. siue lege latione dialo. 5. *nerabimur iustitiam, Deos, bonos Magistratus; qu
nios vitæ nostræ custodes nos habere sentientes, tum
aurum quod supra infraq; terram est pretium virtu
æquare censentes.* Digna homine ciuili, digna p

Pagani de operib. bonu multò diuinius sentiunt & loquuntur quàm Protestantes. sopho, imò dignissima homine & Theologo C
stiano oratio, quæ virtutem suigratia persequa
docet, quæ angelos hominibus custodes & tu
vigiles à Deo positos tradit, quæ homines De
tu & reuerentia ad honestatem incitat, quæ vi
tes non *pannos menstruatas,* non *sordes,* non
(quibus nominibus ista sordida & lutulenta am
lia vtuntur ad suos ab eorum studio auertend
sed aurum potius vocat, & auro gemisque infra
supra terram pretiosissimis anteponit, vt hom

ad eorem amorem flagrantiores reddat, non aliter quàm Apostolus Paulus opera bona *aurum argentũ, lapidesq; pretiosos*, idem quoque Apostolus, & ipse vnà Saluator *thesaurum in cœlo repositum* ex quo immortalitatis corona conficitur, appellauit.

1 Cor. 3. 12. 1. Tim. 6. 19. Mat. 6. 20. Mat. 10. 21. Luc. 18. 22.

Sed audiamus reliqua Paganorum illorum vt deinceps exactiùs nostros Euangelicos cum illis conferamus. sic illi pergunt *Quando ergo erit vita nostra fera & belluina? Tum quum sublatũ è medio sapientiũ documentis manebit ad voluptates exhortans doctrina*, qualis erat Epicuri, *quum prouidentia Deorum negabitur, quum ridebuntur ista.*

Est oculus omnia cernens iustitiæ, &
Stans in propinquo comnus videt Deus.

Deus sic idem vt & antiquitus traditum est, principium, medium, & finem tenet omnium rerum, quem sequitur iustitia vindex eorum qui à diuina desciscunt lege. Hæc qui tanquam fabulas contemnunt, vt Epicuræi, & ventre, corporeisq; voluptatibus fœlicitatem metiuntur, ijs lege & verbere opus est, & talis brutorum vita est.

Consideremus iam vtrum hæc Ethnica fides illa Euangelica fœditate (quo enim digno nomine appellanda sit prorsus ignoro) non sit multò præstantior; imò consideremus vtrum illa ipsam Dei notitiam ex animis nostris non extrahat quam natura ingenerauit, & ad eam flagitiorum impuritatẽ non extimulet, quam ipsi Ethnici natura duce horruerunt, à quorum vtroque Pagani philosophi sua disciplina Paganos suos auocarunt. Neque hic secreta aut recõdita aliqua Theologia, nõ magna aliqua ingenij solertia & perspicacitate ad iudicandũ op⁹ est, sed vir quiuis ratione & honestate cõmuni imbut⁹, quẽ non Circæum huius Euangelismi poculũ tanquam ex homine in bestiã transformauit, idonæus iudex

iudex esse poterit. *Hoc à principio persuasum esse*

Cic. de leg. lib. 1. *bus hominibus, (dicebant illi) Deos optime de hom*
genere mereri; & qualis quisque sit, quid agat, qua
admittat, qua mente, qua pietate colat religionem, s
piorumque & impiorum habere rationem. At illi c
tra persuadere volunt DEVM *non quid fe, no*
agas, non quid admittas, sed quid credas, quid
gineris curare, nec *operum piorum & impiorum*
re rationem, sed sola fide metiri omnia. Ecquis

Protestantiũ doctrina manifestè tollit. Dei providentiam, ipsumque Deum.

potest aut ad DEI prouidentiam tollendam
lestius, aut ad hominum vitam corrumpendam
gitiosius? Si enim Deus facta non considerat,
ficium fœminæ in agro mulgentis vaccas, &
tiam martyris ad tribunal tyranni pro Chris
mine effundentis sanguinem, nõ in hac vita
sed in futura quoque pari lance ponderat, nec
rum alteri præfert; reliquas ergo hominum
nes, & mundi totius opera non curat, non
sed (vt inquit apud Sanctum Iobum prophanus

Iob. ca. 22. 14. mo) *circa cardines cæli perambulat, & nostra non*
rat. Nam si huius virturis actum maximum
stantissimum nullo numero habet, certissimum
alia minora quæuis ab eodem prorsus contem
negligi. Et quid aliud garriebat Epicurus, qui
negaret gratia & odio erga bonos impiosque
neri? ex quo inferebant & rectè philosophi, Epi
Deum penitus non esse. Est enim Dei maxime
prium tota scriptura sacra probante impio
scelera vlisci & bonorum benefactis præmia re
dere, ideoque verè dixit Tullius ab Epicuro sic

Cic. li. 1. de nat. Deorũ Lactant. de ira Dei ca. 8. nante *re tolli, oratione tantum reliqui Deum: qui*
ximè talis sit vt nulla hominum bonorum gratia, nul
ritate teneatur, valeat: quid enim dicam propitium
Quorsum enim propitium nobis optemus
Stoicorum instar omnia ducit esse patia, &

hanc theologiam profitetur se hominib. otiosis nõ minus quam actuosis,& ad omnia virtutum genera solicitè incumbentibus beneuolum fore & propitium. Ad humanam aũt vitam horrendis flagitijs inquinandam,quodnam potest excogitari calcar acrius? Quum enim ea sit perfectissima hominis vita quæ ad diuinam iustitiam maximè conformatur, quemadmodũ eò est perfectior apud homines lex quæuis,quo legi æternæ & diuinæ magis aptè congruit & consentit,quid aliud ex hoc sequitur quam reipub.& Magistratus eodem loco æstimare debere oẽs ciuium suorum actiones:nec qui capitis sui periculo hostẽ à mœnibus submouet maiori præmio ornare, quam qui in taberna cum amicis hilariter æqualib. poculis exhauriendis certat. Valeant ergo præmia apud hoẽs,tollantur ciuicæ coronæ Romanorum exterminetur è rebusp. iustitia illa distributiua qua aliter remunerantur duces, aliter milites,aliter principes,aliter agricolę, aliter plebei suis lucris intenti, aliter Imperatores in reipub salutem excubantes; omnes quidem tranquillè vitam agentes,sed alij supra alios pro laborum magnitudine maioribus honoribus aucti: hoc (inquam) quo vno Philosophi probant reipub. naturam & vitam contineri, prorsus inuertendum est, & omnes sine distinctione pares habẽdi exemplo diuini tribunalis,ad quod Christianorum hominum iustitia dirigenda est. Et quale deinceps poterit existere inter homines virtutis studium si hoc Euangelicorũ axioma ponatur? Si enim Deus diuersa virtutum genera diuersis prẽmijs coronat,ergo nec diuersa peccatorum genera disparibus supplicijs afficit. Necesse(inquam)est,si opera pia suis destituantur præmijs,vt & opera quoque nefaria nullis castigentur supplicijs,quod & Lactantius vrget,& D. Hieronymus

Protestantiũ doctrina de operibus est euersio reipub.

Arist. Ethic. li. 5. c. 3.

Lactant. de ira Dei ca. 3.

Hieron. lib. 2. in Ioum. cap. 2.

mus probat, & tota scripturarum series, com-
ratio conuincit. Quis ergo deinceps arduum
borioſum virtutis callem ingredietur? quis
nem, quis iram, quis reliquas animi corpo
turbationes frænare conabitur? quis non il
uersis effusas laxabit habenas, quando Deum
habet omnis licentiæ suæ authorem, saltem
quam sensurus est vltorem & vindicem. Er
tamen Christiani nominis adeo excors &
est, vt istros magistros Paganis Philosophis
æquare? Illorum sordes & lutum, horum
& auro purissimo componere? Aut vero m
qua solertia & ingenij acumine opus est ad
fœda & horribilia ab istis optimis sanctiss
internoscendum? quando vt Hieronymus
resibus ait *eorum prima initia narrare solum est*
non aliter hæc portentosa paradoxa recen
abundanter apud hominem sanum refellere,
aureas Paganorum sententias repetere, est C
num quemuis in eorũ admirationem rapere
que & sine adiuncta aliqua refutatione sati
ganorum & Euangelicorũ fidem lectori
ctandam exhibere. Attendamus enim Euang
concionantes. Sola, inquiunt illi, fides est a
gloriam tribuendam necessaria & vtilis: oper
cunque etiamsi à gratia Christi & copiosissim
cti spiritus afflatu fluant, ad illud obtinend
hil quicquam valent, nullius sunt ponderis;
quid quocunque modo vel ad proximus iuu
vel ad rempub. ornãdam, vel Deum honor
ex flagranti charitate effeceris, nullius est ap
æstimationis. Qui contra Pagani? *Omnibus*
qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auxerint
magis qui ad Dei gloriã propagandã incubu
certus est in cœlo ac definitus locus vbi beati

Hieron.

Comparatio doctrinæ Protestantiũ & Paganorũ de operib.

Cic. in somnio Scipiõ.

Iupiterno? Ecquis vir honestus ambigit vtra harum opinionũ sit melior, sanior, & vitæ humanæ rebusque publicis salutarior? Deus solam in hominibus infidelitatem respicit, opera autem mala nihil pendit, nec vllis in altera vita cruciamentis vlciscitur si qui eius legem transgrediuntur modò fidē teneant. imò verò nemo est vel optimus qui non singulis actionibus suis legem eam violat, quando omnia hominum optimorum opera sunt peccata, sordida & pannis menstruatis similia, & tamen illi ipsi homines propter fidem tam sunt deuindicta supplicioq. declinādo securi, vt nec ipsa beatissima Dei mater, nec ipse Christus Iesus (ô monstra hominum) sit de Dei patris beneuolentia securior quàm ista sordida & tam fœdè maculata animalia. Hoc enim est in istorum omnium theologia certum & decantatum axiōma. Nam & Caluinus, *fidelis* (inquit) *non est nisi qui diuinæ erga se beneuolentiæ promissionibus fretus, indubitatam salutis expectationem præsumit. Fidelis* (inquam) *nō est nisi qui suæ salutis securitati innixus, diabolo & morti confidenter insultat.* & iuxta Bezam Ecclesiamq. Geneuensem, *si vel solam fidei scintillam, aut minimum fidei effectum tota vita semel senserimus, de æterna salute securi debemus esse.* & Lutherus. *Quia fide renati sumus filij atq; hæredes Dei, pares sumus in honore & dignitate D. Petro & Paulo, S. Deiparæ virgini, ac duis omnibus. Habemus enim eundem thesaurum à Deo bonaq; omnia tam largiter quàm ipsi.* Zuinglius autem qui opera sua quæcunque non minus quàm Lutherus & Caluinus polluta credidit, quiā tamen Euangelicam fidem Lutherana diuiniorem excogitasse se putabat, ideo & is multis gradibus Lutherum supergressus, suis discipulis omnibus quanquam flagitiosissimis, iuxta Euangelium tamen ab illo inuentum *fidelibus, Deus,* (inquit,) *pater non minus fauet nec minus propitius est*

Protestantiū quamuis impurissimorū, immēsa est superbia & præsūptio de sua sola fide.

Caluin. Instit. li. 3. c. 2. §. 16.

Confessio Christianæ fidei Gen. ca. 4. §. 20

Luther. to. 5. enarrat. in 1. Pet. c. 1. fol. 442.

Zuinglius, 1. in actu disputat. Tigurinā fol. 629.

quàm Christo filio suo proprio. Fidelem hiusmodi nō
quàm filium suum tuebitur, nec minus quàm filiū su
æterna morte eundem liberabit. Non minus celum illi
faciet quam filio suo vnigenito. hæc ille. Ergo illi q
omnium mortaliū sint maximè inquinatiō
flagitiorum maculis notatissimi, quum fate
se nihil aliud posse quàm peccare & legem di
transgredi, Deique maiestatem offendere; u
desperatissima sua confidentia & fiducia (qu
dem mendaciter vocant) non modò impuni
sibi pollicentur, sed eandem etiam cum San
mnibus, cum beatissima virgine, ipsoque
Christo Dei gratiam & fœlicitatem. Quanta d
impudentia? quàm satanica superbia? quàm p
na Dei irrisio & despicientia? vt quū eum à te
mo scelere lædi dicas, eum tum maximè tibi
uolum glorieris, & non modò nullam nequ
impudentiæ tuæ pœnam verearis, sed etiam a
simas in cœlo coronas tibi debitas iactes! Q
sunt hæc nō hominum sanorum dicta, sed
sorum & phræneticorum blasphemiæ! quam
gis prophetice & Apostolicè Pagani.

Est oculus omnia cernens iustitiæ, &
Supra. *Stans in propinquo cominus videt Deus,*

quem sequitur iustitiæ vindex eorum, qui à diuina
cunt lege. Quis est mortalium humana forma
tus qui solo naturæ lumine nō videat illa Eua
corum esse belluina non humana, hæc Pagano
esse honesta, & tum diuinæ maiestatis altit
humanæ indolis dignitati consentanea? De
nihil certius & exploratius esse potest quàm
Paganum, tum fore vitam *nostram bellua*
pientum virorum documentis sublatis, manebit ad
tes exhortās doctrina, qualem sublato deorum
Epicuræi prædicabant. Quam doctrinam quo
suppe

suppresso Epicuri nomine isti Euãgelici induxerũt, *sapientum virorum documenta*, quotquot Ecclesiæ Catholicæ annis mille quingentis præfuerunt *asperantes*, opera quia carni molesta, satisfactionem quia voluptatibus aduersariam, Ecclesiæ disciplinã de Quadragesimæ ieiunijs, de castitate, de votis, de vigilijs, tanquam licentiæ Euangelicæ repugnantẽ funditus profligantes; verum est eorum vitã qui illis adhærescunt esse belluinam, & tum Dei timoris, tũ ciuilis honestatis inanem. Deum enim timere nõ possunt quorum primarium caput ex quo solius fidei iustificatio pendet, est Deũ non timere. Sic enim fidem suam definiunt vt sit *diuinæ ergo eos beneuolẽtiæ firma certaq; cognitio, plenæ qualis de rebus compertis & probatis esse solet, quæ eos fiducia & audacia compleat vt tranquillis animis audeant se in conspectum Dei sistere*, quę omnem timorem longissimè excludit. Ex quo deinde consequens est eos Deum omnino non credere. Verissimum est enim illud Tertulliani & Lactãtij *Vbi Deus non timetur, nisi vbi non est? Nam vbi Deus, ibi metus erga Deum qui est initium sapientiæ*, atque ita Deus ipse per prophetam docet. *si ego dominus sum vbi est timor meus.* Ergo quum timorem Dei; & (quod necessario sequitur) Deũ ipsum isti boni Euangelici ex suis Ecclesijs auferunt, suorum sectariorum vitam verè belluinam efficiunt. Et deinde quum ex eodem principio non minus euidenter fluat quanta cogitari potest maxima in vitam communẽ morum impuritas, quando Dei timor potentissimũ est ad homines in officio & honestate ciuili coërcendos vinculum, eodem argumento efficitur belluinã vitam induci ab istis Euangelij præconibus, qui ablato Dei timore & iustitia scelerũ vindice, securã sibi suisque arrogant diuinæ beneuolentiæ certitudinem, qua se nõ magis quam beatissimam Virginem,

Protestantes non timent Deũ, neq; iuxta sua doctrinã timere possunt.

Cal. Instit. li. 3. ca. 2. §. 7. 15.

Tertul. de præscript. Lactant. de ira Dei ca. 8.

Malac. 1. 6 Protestãtes sine Deo.

ginem, ipsumque adeo Christũ, à Deo damnat
se superbissimè iactitant. Longè autem alio
Pagani magistri tum quoad honestè viuendu
quoad religiosse de Deo, & humiliter de seip
tiendum, discipulos suos instituerunt. In quo
quis horum Euangelicorum nouos Apostol
ganorum Philosophis; illorum Lutheros, Cal
Zuinglios, horum Platonibus, Ciceronibus,
tarchis comparat, is nunquam quid est vera
sophia, vel primoribus labris degustauit.

11. 11 Et hæc quidem ex plurimis pauca, sed
dentissima & toti Euangelismo omnibusq
sectis communia discrimina non obscurè d
1. Epiph. har. 73. 69 strant veterem Paganismum qualis ante Chr
Athan. de synod. Arim. & Seleuciæ. terrarum orbem obtinuit, ista euangelicorum
stasia multo esse sanctiorem, siue ciuilem hom
2 Clem. l. 3 recog. Aug. vitam, siue generalem rerumpub. statum, sine
Aug. de hær. Dei gloriam & honorem respicias. Alia q
3. Tert. de præscript. plurima suppetunt, omniaq. clarissima huius
bandi argumenta. Ita enim ferax & fructuos
Euseb. l. 5. ca. 19. in hoc genere istud Euãgelium, ita est omni
Vinc. Lyr. ca. 34. terum hæresum lerna quædam & chaos, ita
4. Athan. supra. sima quæque 1 ab Ario & Eunomio solas sc
ras recipientibus & traditiones omnes respu
2. à Simone Mago & Manichæo negantibus
5. Aug. de hær. rum arbitrium, 3. ab eodem Simone &
6. Aug. ib. ponentibus Deum scelerũ authorem 4. ab A
53. Epiph. hæres. 75. principẽ ciuilẽ Ecclesiæ caput statuentibus,
7. Aug. de fide & oper. ca. 14. & de hæres 54. uiniano ieiunia prodesse negante & coniuga
cietatem virginitati exæquate, 6. ab Aëtio &
nis reijcientibus preces & sacrificia pro def
8. Auh. de hær. 88. 7. à pseudapostolis solam fidem saluti nece
prædicantibus, 8. à Pelagianis tollentibus orig
9. Aug. ibid. 69. & Optat. l. 2. peccatum, 9. à Circumcellionibus & Don
negantibus Ecclesiam Catholicam toto orbe

sim, suffodientib. altaria, spoliantib. Ecclesias, grassantib. in Catholicos ferro & flāma, perpetuaq. maledicentia Ecclesiam Romanam tanquā Apostaticā & Antichristianam lacerantibus, ita (inquā) hæc & alia huiusmodi ab omnib. primitiuæ Ecclesię hæresiarchis mutuo sumpta in hoc Euangeliū nouum tanquam in sentinam & cloacam quandā congesta sunt, vt quæ antiquissimi doctissimiq. patres Tertullian⁹, Epiphanius, Athanasius, August. Ambros. afferunt ad singulares illos hæreticos Paganismi arguendos, ea multo pleniùs & cumulatiùs in hoc Euangeliū ex illis vetustis hęresib. multisq. nouis nuper inuentis coagmentatū conueniant. Sed quādo hoc satis vti spero euidenter demōstrauimus, superfluū est in re non dubia probationib. vti non necessarijs. Verū siquidē est illud Tullij, *perspicuitatē argumentatione eleuari*. Quum enim quippiā & ratione & experientia constat, vt ignē calefacere, solē lucere, qui hoc deinceps nouis argumentis ex intima Philosophia petitis amplius comprobare velit, necesse est vt & seipsum in multas difficultatas cōijciat, & auditorē etiā nō mediocriter obturbet. Quumque hoc quod de ista plusquam Ethnica Euangelicorū nostrę tempestatis apostasia probare velim, & rationibus ex ipso Euangelio ductis, & certis experimētis, & luculentis ipsorum Euangelistarū confessionibus paruerit, operæ pretiū non est iugulare mortuos, & fœtentē hanc in omnium Christianorum natibus lernam amplius mouere.

Vide supra g. o. fo. 105.

Cic. de nat. deorum.

Vnicam tamen appendicem à me vel inuito ipsa orationis series atque ordo extorquet, sine qua mācum quodammodo & imperfectū est quod proximè de sola fide diximus; cuius horrenda impietas, non solum ad deprauandam humanam vitam, nec solum ad auferendum Dei in hoc mundo prouidē-

tiam, misericoriam, iustitiam, sed multò magis q. directè ad delendam resurrectionis, futuri, & inferni, & cœli fidem pertinet: ideoq. cesse est pauca de hoc sublimi religionis Chr mysterio apponere, ex quo tota pendet Chri carnatio, & vita, & mors, & passio, & resurrec ta denique Christianorũ religio, & quicquid stamento vel nouo vel veteri continetur. Exp aũt quàm potero breuissimè, neque enim re ra est vt accuratã aut prolixam aliquam oratio desideret. Quin ergo resurrectio, iudiciumq. summa sit religionis nostræ, eoq. sublato om uina & humana confundantur, nemo Chris ambigit, & Apostolus Paulus solidè ostendit. futurum iudicium, non est resurrectio? ergo,

1. Cor. 15. ille, *Christus non resurrexit, ergo ridicula est fides C norum, ergo inanis est prædicatio Apostolorũ, ergo edam bibamus*, nec ab vlla luxuria, libidine, ebrie nullo peccato, q; vel animo iucundũ est vel co abstineamus. At absit (inquit Apostolus) vt v iusmodi cogitatio in animum hominis verè C stiani illabatur. Est ergo certissimo futurum quando ad seueriſſimum & iustissimum Dei nal mortales, omnes sistentur. Atque hoc post sti resurrectionem adeò fuit in omnium pecto radicitus infixum qui Christi nomen audierun

Alcoran. Azoara 2. 10. 32. 33 46. & passim. ipsi quoque Turcæ in suo Alcorano resurrec & iudicium vniuersale sequuturum firmissimè dãt. At quem in finem iudicium illud expecta quid (inquam) est in eo iudicio peragendum? N

In Iudicio extremo operæ examinandæ, est in tota scriptura crebriùs & manifestiùs v Apostolis Christi vel ab ipso Christo Iudice exp tum. *Omnes nos* (inquit Apostolus Paulus) *ma vi oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq*

2 Cor. 5. 10 *pria corporis prout gesſit siue bonum siue malum. vnu*

enim quodcunque fecerit bonum hoc recipiet à domino, id- *Ephes. 6. 8*
que *sine vlla acceptione personarum secundum vniuscuius- 1. Pet. 1.*
que opus. Et quemadmodum in humanorũ iudicio- *16.*
rum actionibus, qui integrè & incorruptè iudicant ab omni alia circumstantia oculos auertunt, & rem de qua agitur directè examinant, & de personæ iudicandæ innocentia vel damnatione secundum allegata & probata sententiã ferunt, non aliter euangelista Christi illustri imagine ab humanis iudicijs sumpta vbi libri, singulorum reorum facta bona & mala complectentes proferuntur, diuini iudicij formam nobis repræsentat. *Vidi* (inquit diuinus Euan- *Apoc. 20.*
gelista) *mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu 12.*
throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est vitæ; & iudicati sunt mortui ex hijs quæ scripta erant in libris. Quid verò illic continebatur? aliorum sola fides, aliorum sola infidelitas? vt ex hac dispari persuasione diffimilem iudicij sententiam acciperent? Nihil minus, sed *iudicati sunt ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum*. Quod ne quis fortè fortuitò elapsum existimet, mox repetit & seuerius vrget: *iudicatũ est* inquit *de singulis* & bonis & malis, & *Ibi. v. 13.*
fidelibus & infidelibus, *secum opera ipsorum*. Quod totum efficacissimè impressit suorum mentibus Saluator ipse, quum denuntiauit filium hominis venturum in gloria patris sui, *& tunc redditurum vnicuique secundum opera sua*. Procedent vtique *qui bona fe- Matt. 16.*
cerunt in resurrectionem vitæ & gloriæ, *qui verò mala 27.*
egerunt in resurrectionem iudicij & damnationis, isti *Ioa. 5. 29.*
pro malis operibus in inferno, illi pro bonis in *cælo mercedem copiosam* percepturi. Hæc quũ sit certissima *Mat. 5. 12.*
Apostolorum & Christianorum qui vllis vnquam sæculis extiterunt fides, quũ hoc ipsa iudicij notio & significatio requirat, adeò vt & Turcę qui à Christianis iudicium hoc extremum hauserunt, vnà ab

Alcoran. Azoara. 56.

ijsdem Christianis hunc iudicij sensum & sentē
arripuerint, appertissimè fatentes Deum omn
actus libro scriptos reuelaturum & statèra ib
rum & deinde viros bonos locaturum in para
malos abiecturū in inferos: Euangelici de hoc
mo & supremo mysterio, quàm præposterè &
tiosè sentiant ea quæ superius exposuimus ab
docent. Ex diametro enim pugnāt cum hac C
de operib. bonis prædicatione, eorum contra
bona inuectiuæ & quā semper in ore habent o
bonorum cum sordibus & pannis inquinatis
ratio. Si *opera piorum non merentur laudem sed opp*
vt inquit Caluinus, si *meræ sunt donorū Dei pol*
vt vult Beza cum Ecclesia Geneuensi, si sub
cto legis & ipsa manent & facientes relinquunt, vt
dicunt & sæpius repetendum affirmant Bucerus,
tius, & reliqui illi in Colloquio Ratisbonē. act
nunquam certè iudex iustus qui *secundū cons*
sententiam laturus est, his operibus vitam æte
largietur. Etsi verum sit illuc Lutheri, *sacra &*
præstantissimorum hominum, ipsorum si placet
stolorum & Prophetarum *opera in oculis Dei pr*
nihil distare ab operibus rustici in agro laborantis, a
minæ interim in domo marito suo prandium appa
quia sola fide apud Deum omnia mensurantur, qui sic
nauit vt nullum esset peccatū nisi incredulitas, nulla
nisi fides; falsissima est ergo illa iudicij extrema
scriptio quam oculis nostris in Euangelio
Christus Iesus subiecit: *Venite benedicti patris*
possidete regnum paratum vobis quam ob causā
esuriui enim & dedistis mihi manducare, sitiui & d
stis mihi bibere, hospes eram, & collegistis me, &
qua misericordiæ opera mihi fratribusq. meis p
stitis. Et ex altera quoque parte, *discedite malefi*
in ignem æternum. quam ob offensam & peccat

Protestantiū doctrina de sola fide directe tollit iudicium extremum.

1. Pet. 1. 18.

Supra fo. 233.

Matt. 25. 34.

vestrum? *quia esuriui & non dedistis mihi manducare, sitiui & non dedistis mihi potum, hospes eram & non collegistis me*, nec reliqua charitatis opera exercuistis quę ego lege Euangelij præscripseram, & quibus amplissimam hoc tempore mercedem promiseram. Et vide mihi Christiane lector, an non isti immanes apostatæ, perinde vt prisci illi Gigantes singulari monomachia tanquam consertis manibus cum Christo dimicent, & quasi aggestis in vnum altissimis mõtibus non aliter quã illi Enceladi & Briarei in cœlum conscendere nitantur, vt eum è solio suo iudiciario deturbent. Quid enim Christus? opera misericordiæ & pietatis magnam habent vim in conspectu patris mei, & ex illis in extremo iudicij die pronuntiandum est, vsque eò vt si quis vel *calicem aquæ frigidæ dederit alicui in nomine meo, propterea mercedem suam sit habiturus*. Quid autem Euangelici? Hoc longe secus est. nec enim ista parua tãtummodo, sed illa magna etiam, illa ardua vel martyrum opera contemnit Deus, neque magis æstimat quàm si quis cum amicis conuiuetur, & pleno ventre satur in vtramque aurem dormiat. Christus & bonis & malis pro bonorum & malorum operum ratione æternam vitam mortemque denuntiat: at isti, hoc (inquiunt) papisticum & falsum est. nec enim operibus vel bonis vel malis, sed *sola fide omnia apud Deum mensurantur*. Christus se damnaturum asseritcos qui omittendo charitatis officia peccauerunt; hij illud Christi iudicium corruptum esse clamitant, & iudicio Dei patris contrarium, qui *sic ordinauit vt nullum esset peccatum nisi incredulitas*. Religio est mihi Christiane lector in istis crassissimis blasphemijs immorari. Neque certe aliud cogito quàm digitum ad fontem intendere, & commonstrare viam qua tu ingrediẽs copiosius istorum im-

Protestantes quam directe se opponunt Christo.

Matt. 10. 42.

puritatem detegas, eamque cùm aduertens h
tiore zelo perhorrescas. Quum enim de hac
ria agunt, singulæ eorum sententiæ & sent
rum particulæ, totidem sunt blasphemiæ, doc
& iudicio Christi rectis quasi lineis oppositæ
aliter quàm aqua & ignis, supera & infera, Ch
& diabolus; adeò vt quæ Christus affirmat,
negant, quæ ille extruit, isti diruunt, & quos
Matt. 7. 23. de sua præditos Christus ob opera nefaria æ
ignibus addicit, eos isti quamuis omnibus sc
bus Sodoma & Gomorrha tetrioribus coop
modò noua Lutheri euangelica fide imbutos
ferni sedibus eripiunt, & in cœlesti gloria v
uito Christo collocant, & illic beatissimæ Vi
ipsique Christo pares faciunt. Quæ omnia
stupida sunt & horrenda, & tamen adeò pla
que in oculos hominum vel simplicissimorum
currentia, vt nonnulli posteriores Euangelic
adeo asininos magistrorum suorum lapsus e
dare studuerint. Quare & alteram fidei suæ
tem corrigentes, fatentur quidem homines
les ob peccata sua damnari, ideoque in illis
Protestantes quàm misere & impudenter torquent perspicua Christi verba. incredulitatem non esse damnationis causam
quoad fideles, ne *soli fidei* quicquam derogent
um illud antiquum mordicus premunt, &
sti atque Apostolorum verba de operibus bon
credibili impudentia cauillantur, modò nug
Christum *impropriè* loqui, modò *legaliter* non e
Illyricus glossa in Matt. 25. & ad Rom. 2. gelicè, vt decebat Mosem non vt conue
Christo; modò quod *impossibilem iustè vtendi con*
onem apponat, quo homines agnoscant suam impoten
Sed tandem quum in omnes se formas & fig
verterint, ad illam sacram anchoram decurr
Idem glossa in Matt. cap. 17. vt ea verba de incredulis verâ dicant *simpliciter*
credentibus tamen intelligi volunt *salua dispens*
Euan

Euangelij noui *secundum quam etiam peccatores modò credant, vitam* assequuntur æternam, non propter opera sua quæ sunt immundissima, sed propter opera & iustitiam *Christi gratiæ per fidem illis imputatam.* Quo extremo refugio præterquam quòd verbis Christi nimium prophanè illudunt; præterquam quòd multo maiorem ostendunt reuerentiam erga insana Magistrorum suorum placita quàm erga sacrosancta Christi & Apostolorum oracula, quum ad illorum nequitiam defendendam hæc planè & dilucidè posita tam improbè distorqueant, & tot flexiones atque diuerticula quærant; præterquam quòd formam iudicij à Deo positam prorsus abolent & nouam à se inuentam inducunt, opera quæ Deus examinanda dicit, à iudicio hoc remouentes, & solam fidem requirendam supponentes; præterquam quòd absurdum cui mederi volunt ex vna tantùm parte declinant [Christum enim quum in iudicio illo incredulis ob mala opera æternam mortem denuntiat, fatentur esse veracem, quum verò is eodem tenore & forma verborum credentibus ob bona opera vitam æternam adiudicandam pollicetur, hoc loco quæstiones nectunt, & tergiuersationes quærunt, & denique ad extremum directè negant esse verum, nec posse id tribui *operibus quæ sunt immundissima*] præterquam quòd expressè seipsos faciunt Christo superiores, suosque Magistros iudices præponunt Christo ipsi, cuius in iudicando verba restringi volunt iuxta *dispensationem Euangelij noui* quod istorum Mahometes Lutherus fabricauit, vt non aliter quàm Mahometes suo Alcorano, sic isti suo Euangelismo Euangelium Christi corrigant & emendent: præter hæc & huiusmodi absurda horribilia, vt suos sectatores in effusa scelerum omnium licentia

licentia & impuritate obfirment, qui etiamsi in
terrimis flagitijs immersi viuant & moriantur
dò fidem tamen Euangelismi huius teneant, &
saluos fore sine controuersia confidant & pr
mant) de vita æterna adipiscenda certi sint &
ri; hanc ob causam, tribunal hoc Christi fie
reliquorum omnium corruptissimum, & q
Deus ipse in lege sua cumprimis abominatur.
quum iudicium hoc eò pertineat, vt æquissim
ce Christianis bonis malisque pro ratione op
supplicia decernantur vel præmia: & iuxta

Iudicium Christi extremum iuxta Protestantium doctrinam est longè iniquissimum.

ipsorum confessionem Euangelici grauissim
gitiorum maculis iniusti coram Christo com
ant non minus quàm reliqui Christiani; hic ta
vbi sine acceptione personarum omnia transig
bebant, Christiani alij propter peccata ad i
abripiuntur, Euangelici autè qui sua pari imp
tate, & maiori fortasse in peccatis accumu
impudentia grauiorem damnationem prome
rant, æternas beatorum sedes consequuntur. Q
est hæc forma iudicij? quæ iustitiæ tenuissima
cies vel vmbra? Si quod ipsi ponunt vtrique
sunt, vtrique peccatores, vtrique æternis supp
digni; si item quod Christus & Apostoli planiss
statuunt, hoc est tribunal iustitiæ, *vbi iuste sen*
cuiusque opus iudicandum est, ergo operibus par
æquum erat vt par quoque supplicium repend
tur. Id enim postulat iustitia, id requirit offic
incorrupti iudicis, id scripturæ sacræ fieri deb
vbique testificantur in omni iudicio vbi iust
æquitas vigent suámque vim obtinent. At n
quum iuxta Protestantes hic longè secus fiat, qu
de operibus paribus tam dispar pronuntiatur se
tentia, vt ex reis duobus qui eadem omnino cri
na admiserunt, alter æternis adiudicetur gau

alter æt

alter æternis addicatur tormentis; negari nũquam certè potest hoc iudicium esse ter & amplius iniquissimum, quale iustitia vera condemnat, recta ratio abhorret, integra bonorum hominum tribunalia reijciunt, & Deus ipse in sacris literis pronuntiat execrabile. Vbi enim de iustitia agitur, vbi iustè & æquabiliter *ex operibus & iuxta opera*, vt hoc in loco iudicij sententia est, vt is *qui condemnat* & pœnis addicit virum *iustum*, sic is quoque qui *iustificat* & præmio afficit *impium, vterque abominabilis est apud Deum*, ideoque & isti impurissimi Epicuri qui hanc inæqualitatem Christo iudici affingunt vt seipsos à necessitate bene operandi liberent, magis intolerabilem ei iniuriam faciunt quàm ipse Mahometes & Saraceni, qui *Christum in extremo illo iudicio iudicem fore negant, sed tantum testem faciunt vt & prophetas reliquos*. Longè enim præstat iudicem omnino non esse, quàm quum iudicis officium susceperis, iniquè & iniustè susceptum administrare; quemadmodum multò est vtilius sacerdotem perpetuò esse mutum, & è suggesto nunquam vocem emittere, quàm falsas inde opiniones ad auditores inficiendos spargere.

Prouerb. 17. 15. Deut. 2. 11. & Exod. ca. 23.

Azoar. 49.

12 Et hactenus Euangelissmum (quem vocant) huius temporis veteri Paganismo longè esse nequiorem & infideliorem, & honestati, naturæque humanæ & principijs religionis à Deo omniũ creatore primò cum rerum creatione homini insitis magis hostiliter aduersantem, satis illustribus vti spero argumentis euicimus, non tantum ijs quæ sunt ex generali patrum primitiuæ Ecclesiæ deducta, qui semper omnem hæresim Paganismo nequiorem exilimarunt: sed etiam ex proprijs & particularibus huius hæresis initijs, causis, effectis & doctrinis. Nam & originem habuit à Satana, vti architecti ipsi Lu-

12.

Summa huius capitis.

1. ipsi Lutherus & Zuinglius proclamant, quo
fingi potest magis horribile? & magistri eius
mularunt quidem honestatem; sed incredibi
pudentia sua publicarunt periuria, & apostas
2. vota rupta, fractamque Deo fidem, & libi
spurcas, & animos totos in carnis Veneriqu
dibus demersos, vt nihil inter eos & sues, aut
ros, aut equos admissarios fuerit discriminis:
que sectariorum greges eodem libidinis spiritu
pleuerunt, vt à rebus Venereis non magis qu
cibo potuque se posse abstinere prædicent. T
autem & Pagani legislatores à dijs immorta
leges suas fuisse traditas constanter asseruerunt
ipsi longe alià grauitate morum & honestate fu
præditi; suosque Turcas & Paganos ad longè a
probitatem magisque virilem continentiam
3. tuerunt. Iam quum diuisio inuictum sit falla
argumentum, vnitas autem probabile (qua
non necessarium) veritatis iudicium, Euange
vna ætate in plures sectas, easque infestissimè de
diantes mutuò distracti sunt, quàm vel Græ
Romani ante Christum à primis rerumpub. fu
initiis, vel Turcę & Saraceni post Christum a
plusquam nongentis. Et quemadmodum na
quibusdam animantibus perpetuas ingenerauit
micitias, vt leoni cum dracone, elephanti cum
nocerote, cornici cum noctua, aranco cum serp
te: non aliter Deus vt omnibus declararet istius
resis authores fuisse superbissimos & Satanæ spiri

Prouer. 13. 10. inflatos, *inter quos semper sunt iurgia*, ita eos inter
commisit, vt à primo vtriusque Euangelij exor
Lutherus. Zuinglius. vsque ad extremum vitæ diem, alter alterum ho
Supra fol. 194. *siarcham, impostorem, scurram, cinædum, & perdiun
crarum literarum corruptorē*, inclamauerit, & toris
luminibus emissis alter alterius impietatem detes
rit qu

rit: qualis repugnantia vel in alcorani vel in Paganarum superstitionum authoribus nunquam aliquando apparuit. Quòd si formam religionis ab 4.
istis introductæ intueris, nec prima illic reperies religionis cuiuscunque lineamenta. Quod enim omnes nationes à mundo condito admiserunt, vt in honorem & agnitionem Dei creatoris sacrificium idem Deo immolarent, quod in legæ naturę, & lege Moysis, & lege Christiana vsitatum erat: quod Hebræi, quod Christiani in omnibus mundi regionibus, quod aliæ Paganorum gentes vniuersæ sine exceptione approbarunt, quod ita est cum cultu vero Dei implicitum & copulatum, vt sine eo cultus verus nunquam extiterit, neque verò existere poterit, hæc isti soli omnium populorum Athei Euangelici à suis synagogis repulerunt. Neque vel 5.
sacrificia, vel preces vllas, vel vllam memoriam aut vlla pietatis opera defunctis applicant, in quo à Christianis, & Iudæis, & Paganis, tanquam bruti homines & hominum nomine indigni, vtpotè humanæ pietatis & affectionis expertes damnantur. Ratioque quia ad hoc officium negligendum mouentur, nimirum quòd animam post hanc vitam vel æternum sine sensu & intelligentia dormire, 6.
vel vt corpus mortalem esse & cum corpore interire existimant, multò magis eos non hominibus doctis & elegantibus quales Pagani erant, & qui contrarium semper firmissimè tenuerũt, sed ipsis pecudibus, ipsis *equis & mulis in quibus non est mens & intel-* *Psal.* 31.
lectus annumerandos esse conuincit. Denique vt
præteream istorum immensam in antiquis patri- 7.
bus, episcopis, Concilijs vniuersalibus, in tota primitiua & Apostolica Ecclesia contemnenda superbiam, præfractam in mentiendo audaciam in Ec- 8.
clesiæ ordinem peruertendo, fœminas eius capita

efficien-

9. efficiendo, oues pastoribus præponendo, iudi-
rum formam immutando, & omnia denique
10. sum deorsum iactando indomitum furorem
fides qua maximè se gloriantur diuini honoris
dices, ita eos probat esse diuini nominis &
honestatis iuratos hostes, vt si reliqua essent
hæc tamen *fides sola* vt ab istis prædicatur, co
cit eos esse Paganis qui vnquam fuerunt tetr
& inquinatissimis inquinatiores. Quis enim
quando Sardanapalus, quis Nero, quæ Thais
scorrorum & gladiatorum greges quum ma
libidinem incendere vellet, acriùs posset extim
re, quàm si inuictam cum fœminis concumb
necessitatem vrgeret, nec posse hominem quic
que eo magis carere quàm cibo aut somno; m
mè verò si adijceret, quod isti inculcare nõ dele
Deo nõ minus placere qui rebus Venereis fr
am operam nauat, quàm qui rebus diuinis, q
stitati, qui precibus & pietatis glorioßissima
vulgus putat operibus parem diligentiam im
dit. Deo enim quid agas, quid opereris, susq
que est, modò persuadeas absque vlla dubita
te fore glorificandum in cœlo. Hoc enim pe
hanc fiduciam & confidentiam si tibi elabi nõ
tiaris, in portu nauigas, & in cælesti gloria
Pauloque æquaberis, etiamsi in hac vita quond
res spurcissimos quouis lenone sis impurior, qu
capro salacior, quouis sue lutulentior. Ex qui
ctrina effectum est, vt istorum discipuli in vi
moribus sordidiores euaserint quàm vlli à mo
condito Pagani, quàm illi Turcæ. *Prophanis sue*
uunt, fatente Brentio; *viuunt vt sues & mori*
sues, iuxta Lutherum. & vt inquit Caluinus
stum euertunt omne quod etiam apud Gentes semper
labile fuit, & in omni libidinum etiam bellu

Supra. fol. 190. 191.

Caluin. instructio ad aduersus Libertinos. cap. 18.

tantur. Ne autem iudicij extremi metus aliquam his Veneris & Bacchi Miniſtris remoram iniiciat, & à cupiditatibus quibuſcunque effrænato impetu perſequendis retardet, illud magiſtri ita transformarunt, vt quum Chriſtiani perpetuò poſt Chriſti & Apoſtolorum prædicationem tenuerint opera ſua illic fore examinanda, & pro operum conditione vel præmia vel ſupplicia eſſe recipienda; illi contrà ſuis miſerrimis diſcipulis perſuaſerunt operum nullam habendam eſſe rationem, ſed ex ſola confidentia & præſumptione (quam illi fidem vocant) de æterna vel morte vel vita ferendam eſſe ſententiam, quò ita Euangelicos ſuos excuſſo iudicij illius timore in hoc ſæculo ad vitam profligatam & licentioſam incitent atque obfirment, & quod conſequens eſt, in altero ad æternam damnationem præcipites gregatim impellant. Et hæc ſunt ex innumeris perpauca, tanquam ex vaſto flumine quædam guttæ, ex pleno aceruo aliquot grana, non vni ſectæ vt Lutheranæ, Zuinglianæ, Caluinianæ, Trinitariæ, Putitanæ propria, ſed toti corpori noſtræ tempeſtatis Euangelicorũ communia. Hoc eſt Proteſtantium ſymbolum, quo eos non modò à Catholicis, ſed etiam à Paganis ipſis promptum eſt internoſcere. Hæc ſunt generalia omnium Euangeliorum cuiuſque ſectæ axiômata, ſi tamen vnicũ illud Anglicanum de fœmineo Põtificatu excipias. Hæc Superintendẽtes & Miniſtri docent è pulpitis, hæc ſeminant in libris, hæc populus diſcit in ſynagogis, hæc exercet in priuatis ædibus. Alij quidem ſingulatim & regionatim alia particularia dogmata ſpargunt, vt ſcripturas nihil valere & eſſe meras fabulas, in Sileſia & Morauia Suinkfeldiani; Chriſtum non eſſe Deum patri æqualem, in Polonia & Tranſyluania Ariani; Chriſtum nulla ratione eſſe

II.

II. articuli ſymboli Proteſtantium.

Certarum regionum Euangelica veritas.

Deum patri æqualem, in Polonia & Transil
Ariani; Christum nulla ratione esse Deum se
rum hominem, in Hungaria Caluinistæ, Chr
non esse è substãtia patris genitum, Puritani in
glia, & Caluinistæ in Francia; Trinitatem n
se, sed merum idolum, Familiani in Anglia, S
nitarij in Polonia, & Ministri quidam in Mo
Et ad hunc modum singuli Euãgelici, & Ma
tus & Ministri, & populi, singulas quasdam
ses tanquam purissima Euangelia in suis sepa
prouincijs amplectũtur & defendunt. Sed ill
generales bases & columina quibus illæ etia
gulæ sustinentur; quæ quum per vniuersum
noui Euangelij corpus manent & diffund
sintque (quod iam ostendimus) adeò & hom
moribus damnosa, & humanæ dignitati acq
doli aduersa, & virtute infesta, & religio
Christianæ, siue etiam Paganæ, quæ naturali
dam habet Dei ritè colendi principia maxim
traria, & denique in Christi ipsius summiq
maiestatem nimium iniuriosa & blasphema,
ganos & multò honestiùs vixisse, & multo
prędicasse, & infinitè religiosius Deum colu
nifestis exemplis & documentis pateat; posse
Conclusio. ergo & fixum, veterem Paganismũ nouo Ev
gelismo multò esse diuiniorem, & veterem P
esse nouo Euangelico Protestanti præferend
si quando de magistratu Pagano vel Euang
Christianis eligendo incidat contentio, long
rebus Christianis consultius, vt Paganus p
quàm Euangelicus assumatur, siue vt in Eu
populum Christianum doceat, siue vt in repu
puli Christiani gubernacula suscipiat.

C

Caluinismus Paganismo longè detestabilior.

CAPVT V.

1 *Quod de nostræ tempestatis hæresi generaliter dictum est eam esse Paganismo deteriorem; hoc de Caluinismo longè est verius, qui ita nuper Poloniam corrupit, vt ea quoad ciuilem statum fuerit in summo vltimæ euersionis periculo: & quoad religionem, parum abfuerit à Christo publicè reijciendo & profitendo Alcorano Mahometis.*

2 *Prima ratio quare Secta Caluinistarum sit reliquarum deterrima, ea est, quia de Dei natura & Trinitate horribilius quam cæteræ Sectæ blasphemat. Et quoad hoc Caluinistæ qui optimè sentiunt sunt meri Ariani. Qua hæresi, vel aliqua alia nequiore omnes Europæ prouincias infecerunt in quibus Euangelij sui prædicandi protestatem nacti sunt.*

3 *Alia ratio est, quia faciunt Deum omnium in homine peccatorum authorem & effectorem, idque magis propriè & actuosè quàm vel diabolum vel hominem ipsum. Quæ Caluinistarum opinio generalis, ex ipso Caluino in certas propositiones perspicuitatis gratia contrahitur.*

4 *Tertiò, quia ab homine auferunt liberum in agendo arbitrium, ex quo ad priorem articulum adiuncto, sequitur Deum esse iniustissimum iudicem qui hominem in extremo iudicio damnabit ob ea peccata quæ ipse in homine est operatus.*

5 *Caluinistæ sua Dei descriptione, qua Deum suum peccati causam & authorem faciunt, Satanam sibi Deum formant: id quod & ex scripturis sacris, & ipsorum Caluinistarum, adeoque & Caluini confessione manifestè ostenditur.*

6 *Duæ regulæ quas Caluinistæ ex hac doctrina ad Sectarios suos in peccatis obfirmandos.* 1. *Nemo bere resistere cupiditati aut libidini, quia numen cui semper & in omnibus est obsequendum.* 2. *Debe nem habere pudorem aut scrupulum vel conscientiæ peccati: quia actionum & motionum diuinarum pudere debet.*

7 *Non magis de Deo blasphemè, quàm de Christo nato nefariè sentiunt, quem manifestè docent in mo peccasse, plenéque desperasse & damnatem fuisse inferno diaboli. Sine qua desperatione & damnatione mortem Christi corpoream nihil humano genere quo vno omnem fidem Christianam prossus abolent terminant.*

8 *Impudentia fictorum Caluinistarum qui hodie lia scribunt Catholicos & Caluinistas non discrepare leuibus cæremonijs, eosque esse eiusdem Ecclesiæ m Item qui negant regem Nauarræum & Calvinis se hæreticos: qui hæretici sunt omnium qui vnquam terunt prostigatissimi, ab omnibus omnium sæcu Concilijs generalibus & non à solo Tridentino co nati.*

9 *Non minus impudenter & stultè ijdem scriptores Caluinistas probent esse verè Christianos, remittimus rem ad Caluinistarum Confessiones, quæ ita sunt va que mutabiles, more veterum hæreticorum, vt quis nista credat, certò à nemine cognosci possit. Quos va eos blasphemos in Christum ipsi Lutheram à sua co nione reiiciunt.*

10 *Quoad externam religionis formam minus est onis in synagogis Caluinistarum quàm in sanis Turc & Saracenorum. Caluinistæ nulla omnino habent S menta; quorum vt baptismus Iudaicis lotionibus opinione nihil præstat, ita & Eucharistica eorum co prophanis cœnis & ientaculis nihil differt.*

11 *Nequissima veterum Paganorum idololatria cum vero Christianismo magis conueniebat, quàm Caluinistarum Euangelium: id quod illustri exemplo & perspicua vtriusque comparatione demonstratur.*

12 *Lutheranismus melior est Caluinismo.*

13 *Conclusio quòd Caluinistæ sint verè a Diabolo possessi, sintque in religione Christiana vera monstra atque portenta.*

QVæterum si hæc generaliter vera sint de sectis omnibus nostri temporis, de Caluinismo qui in Anglia, in Germania inferiore, & in Francia grassatur, quanto sunt veriora? & quum facile probatu est hanc sectam esse vel Paganismo vel Turcismo longè & per se nequiorē, & ciuilibus hominum Christianorum societatibus infinitè magis pestiferam & capitalem? Caluinismum autem intelligo doctrinam illam quę nuper memoria nostra è Geneuensi Schola, Caluini imprimis & Theodori Bezæ, tum etiam reliquorum in ea synagoga Ministrorū studijs in multas Europæ prouincias effluxit, & vicinas quidem prouincias horribilem in modū vastauit, remotas etiam eius contagione afflatas vehemēter afflixit & in maximū periculum adduxit. Quemadmodum enim venena quidem omnia sūt humanæ vitæ mortifera, sed alia lentius operantur, alia celerius, plæraque autem vim interimendi non habent nisi imbibantur, quomodo Hannibal & Mithridates obierunt, & Socrates iussu Athenienſium hausta cicūta interijt: alia tamen tantam habent vim vt etiam extrinsecus humano corpori apposita statim interficiant (quemadmodum de tyranno quodam Cambaiæ in India memoriæ proditum est eum ab infantia sua fortissimis venenis ita fuisse

Caluinismus.

Belfor. 20. 2. Cosm. vniuers. lib. 4. cap. 16. col. 1595.

Ludouicus Patritius Romana Nauigatio li. 4. ca. 2.

assuetum, vt ipsi quidem venena non nocere[nt] quum aliquem maiestatis læsæ reum occide[re] luit, fructus quosdam venenosos mandere, [et] ad se adducto in eius faciem expuere solitum facto intra perbreue spatium ingenti crucia[tu] ser homuncio expirauit) non aliter quum [et] hæreses Christianæ fidei læthalia sint venena, que tandem extinguant, sed aliæ tardiùs alij ciùs; tum Caluiniana est reliquis multo viole[n] & non tantùm si intra medullas & viscera ad[mi] tur, verùm etiam si vel exteriùs corpori adh[æ] & adiungatur, ineuitabilem affert pestem & [ne] necionem.

Turcismus per Caluinistas in Poloniam introductus.

Cuius rei illustrissimum Poloniæ regnum [ex] Christianis omnibus regibus & populis simp[li] præbuit exemplum. Ad illud enim à Catholi[ca] auertendum & Caluiniana hæresi imbue[n]dum quum suos quosdam discipulos emisissent e[x] ro & Geneua Bullingerus, Caluinus & Beza, post promulgata vulgaria illa magistrorum p[ro] contra Papam, Missæ sacrificium, bonorum rum necessitatem, preces pro defunctis, purg[a]um &c. ad alia magis recondita progredere[n]tur

Simlerus in lib. de æterno Dei filio in præfation.

non esse Trinitatem: Christum non esse Deum sed [pu]hominem: non redemptorem sed philosophum: d[o]ctrinam in hunc duntaxat finem vt esset rectè viuendi exem[plum] ad imitationem propositum: spiritum sanctum [non] Deum, nec habere hypostasim &c. breui spatio [de]aut duodecim annorum, in eum statum re[di]illud olim Christianissimum redegerunt, vt [ne] etiã Protestantes valde dubitarent ne excusso C[hri]sti nomine & fide, apertam facerent Mahome[ti] Alcorani Turcici professionem. Illud enim (ne [a] piam calumniari, aut rem alioqui minutam [et] exaggerare videar) ipsi primarij Euãgelici mem[bra]

mandarunt, *Magno* (inquit Iosias Simlerus Tigurinæ Ecclesiæ archiministeri) *in discrimine versantur Ecclesiæ Polonicæ, quum illic Samosateni hæresis* (asserens vnam esse in Trinitate personam) publicè *doceatur. Quo autem regnum hoc vicinius & coniunctius est Mahometano imperio, eò plus soliciti sunt omnes boni, ne Samosateniana doctrina Mahometanæ aditus paretur, quum tanta sit vtriusque affinitas.* Idem de Polonis & Transyluanis tradit Theodorus Beza, *eosque in eam conditionem redactos* scribit, *quam ego* [inquit Beza] *ipso Mahometismo nihilo minus miserabilem iudico.* Et si quis Catechismos eorum, publica authoritate non quidem regis & vniuersi populi, sed particulariũ Palatinorum, & Ecclesiarum Caluinisticarum emissos euoluat, in quibus symbola Nicæni & Constantinopolitani Concilij reijciebant, Athanasium & illos omnes veterum Conciliorum patres *vti sophistas* contemnebant, illa omnia decreta de *consubstantiali, homousio, essentia, hypostasi, vti sophistica & ab hominibus extra scripturas inuenta* repudiabant, & denique perspicuè verbatimque, vnam cum Mahometè in diuinis personam profitebantur: is nunquam dubitabit quin perpaululũ ab ipso Mahometis Alcorano suscipiendo abfuerint. Et quinam huius in Polonia Mahometismi principes & Apostoli fuerunt? Bernardinus Ochinus, Valentinus Gentilis, Paulus Alciatus, Georgius Blandrata, & Petrus Statorius, quem quia suum aliquando discipulum Beza vocat *iuuenem bono ingenio & doctrina non contemnenda praditum*. Horum alij erant Galli, alij Itali, omnes & singuli Caluinistæ & in Caluini schola enutriti, & è Geneua Tiguroque in Poloniam profecti, & Caluinianæ doctrinæ ad vnguem peritissimi. Et hos peregrinos in Poloniam ventitantes quis recepit? quis fouit? quis sumptus necessarios sup-

Ibi.

Beza in theolog. epist. 1. pag. 22.

Ibid. epist. 81.

Ibid. pag. 331.

Simlerus & Beza vbi supra.

peditauit? aut talibus hospitium præbere ausurus quum & rex Sigismundus esset valde Catholicus, & in tota republica nulla palam alia quàm Catholica vigeret religio *Præbuit his hospitium* (inquit Simlerus) *Franciscus Lismaninus monachus*, vir magnæ in aula potentiæ & authoritatis, vt qui *ante reginæ à confessionibus erat. sed qui tam abrectus culla noster se Ecclesiis adiunxerat.* sic ille. Ergo Calviniſtæ tantulo tempore ita infirmarant & corperant potentissimum antea regnum Poloniæ, quoad ciuilia, omnes vicini principes ei immirent, illudque diuisuros inter se breui ominantur. Moscouita quidem manifeste ei inhiabat, de Prussia adimenda magnam spem concepera Suecus lacessabat, ciuitates maritimæ ab eius imperio subtrahebant, Turca certò confidebat proximas prouincias vel propter timorem potentiæ, vel propter amorem Alcorani illi in prædacessuras; adeò vt rectè regi Sigismundo à viro sapiente predictum sit, *regnum eius trium dierum fore*, nisi maturè Caluinistarum illorum furoribus occurreret fieri enim non posse *quin labaretur sedes eius, laceraretur corona, & infringeretur sceptrum* (maximè quum Moscouitæ & Turcæ ad omnes occasiones arripiendas adeo essent parati) si hæreticis impunè & liberè vt prius sinerentur sua miscere incendia, & Nobilitatem regni in tot sectas distrahere. Et quid aliud poterat expectari, nisi vt ad primam occasionem vndecunque oblatam multiplices factiones erumperent, quum tot essent Ariani, tot Tritheitæ, tot Trinitarij, plurimi Samosateniani, qui singuli suam fidem vt purissimam cupiebant in eo regno cum alterius partis ruina constabilire; & qui ab illis impurissimis sedit-onum flabellis Ministris vsque adeò erant coc-

rupti,

Simlerus ibid.

VVarsuscius in oratio. ad Stephanum regem an. 1582.

Genebrard in Chronol. lib. 4. pag. 747.

Surius an. 1578. pag. 945.

Stanislaus Orichouius in chymera fol. 121.

Maximum periculum Poloniæ à Caluinistis.

rupti, vt quum Henricus Valesius, eorum Rex ingeretur, & nimis humaniter promitteret se eos qui fidem Catholicam deseruerant *in pace conseruaturum*, illi nihilominus eo non contenti in ipso augusto & solenni coronationis actu tumultuabantur, & minaces voces emittebant, & de sua securitate alias nescio quas præter regiam fidem cautiones poscebant. Qui autem in regem adeo ipsis hæreticisque omnibus patrocinantem, tam insolentes, præfracti & contumelioſi erant, ij si rex ille edictis Arianismum aut Turcismum ita serpentem cohibere voluisset, quas non erant tragedias excitaturi? & quem erant vel Moscouitam vel Turcam pro defendenda religione quam putabant purissimè Euãgelicam, auxiliares illis copias offerentem recusaturi? Quoad temporalem ergo statum constat paucorum annorum spatio in miseras angustias à Caluinistis redactum fuisse amplissimum illud regnũ. Quoad spiritualem verò & Ecclesiasticum statum, multo grandior & euidentior fuit eius infœlicitas. Si enim ipsi Euangelici quorum nostro sæculo totum ferè studium in eo versatum est vt orbẽ Christianum ciuilium bellorum facibus inflammarent, qui in Germania, in Flandria, in Sabaudia, in Scotia, in Gallia, flumina Christiani sanguinis effuderunt, qui in Germaniam Turcas contra Carolum V, euocarunt, qui nuper in Galliam turcam contra regem suum Carolum IX. solicitarunt, qui postea principem Condęum ad æternum clarissimi quondam nominis Borbonij dedecus flagitioſissimis illis Turcæ Satanæque Ministris seruiẽtem hortati sunt vt Turcarum Imperatori se submitteret, & Turcicis auxilijs bellum in Gallia contra Catholicos & Christianissimum regem perpetuaret, si isti Ministri Poloniæ ruinam cuius ipsi erant authores deplorãt

Theuet in Cosmog. li. 20. ca. 4.

Vide Surĩ an. 1548.

Matth. de Launay en la replique Chrest. li. 2 chap. 15. §. 13.

si Theodorus Beza, ille Christianæ reipub. turbo fax Poloniæ in varias Euangelicorum factiones scerptæ *conditionē ipso Mahometismo nihilominus* bilem iudicat; tum certè Polonia verè fuit deplor da, tum in extremo discrimine constitutam fu Ecclesiam Polonicam nemo Christianus ambig Sed quantum Caluinistarum impietas nimia Sig mundi regis lenitate & Henrici indulgentia tem Polonicam labefecit: tantum excellentissimi re Stephani diligentia, iustitia, & fortitudo, eand erexit & instaurauit, qui prophanas illas hæreti rum sectas quam poterat studiosissimè recidens, vnam Catholicam religionem restaurans atq. a plificans, simul regni sui fines, & vnà Catholicæ ligionis pomæria fæliciter & gloriosè dilatauit, ritimas vrbes & in ijs ditissimum emporium Da tiscum recuperauit, Liuoniæ maiorē partem sub git, in Russia & Lithuania, magnas regiones Mos uiæ Magno Duci ademit Polonięque regno adiu xit, & in ijs locis extirpata partim Lutheranorum partim Caluinistarum, partim Arianorum, parti Græcorum impietate, Catholicam religionem r stituit, Deo etiam mirabiliter & regis optimi & le uorum suorū laboribus benedicēte. Ita Polonia miserabile suppeditat exemplum regni à Caluin mo illud inuadente lacerati vexati & destructi, demque Polonia glorioſum continet documen regni post eiectos Caluinistas ad veterem splendo & amplitudinem mira fœlicitate assurgentis.

Supra fol. 268.

Vide literas patris Possevini ad Ducissā Mantuæ impres. Parisijs anno 1584 gallicè.

2. 2 Quare autem Caluinismus potius quàm r liquę sectæ adeo sit publicis rebus pestifer & exitio sus, illud verò quum omnibus Christianis qui sal tem suam charam habent, tum principibus potis mùm quibus multorum custodia diuinitus est co missa, summo studio & attentione est consider

Quare Caluinismus sit alijs sectis pestilētior.

VI

vt intelligant quãdo Caluinismo in suas vel priuatas domos vel ciuitates aditũ aperiunt, quàm cruẽtam bestiam, quàm horrendam furiam, quàm immanem Hydram in easdem domos ciuitatesq. admittũt. Et si quidẽ hoc ipsum de quo iam loquutus sum quòd nimirum de tremenda Dei essentia, de beatissima Trinitate adeò diabolicè sentiant, inter primas causas numerarem, cur Deus in tantæ impietatis vltionem magis eos quàm reliquos Sectarios à Satana possideri, & ab eodem magistro in scelera maximè horribilia impelli permittat, nescio an aliquid affetri posset probabilius; quam certè rationem Apostolus Paulus maximè cõfirmat. Qui enim perdiu in religione Christiana edocti *cognouerunt Deum, non tamen vt Deum glorificauerunt, nec gratias egerũt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & putantes se sapientes, stultissimi facti sunt. & mutauerunt* vnitatem Dei Christianorum in pluralitatem deorũ Paganorum, qui sanctissimam Trinitatem quam Christus, & Apostoli, & omnis Ecclesia Catholica à primis Euangelij initijs constanter tradidit, deseruerunt pro deo Samosateni & Arij, & quem Mahometes ab illis didicit, & à Mahomete Turcarum congregatio admisit, qui in quacunq. orbis Christiani regione pedem ponunt etiamsi nequissimas opiniones de Deo semînent nihil prorsus laborant, modò tamen Catholicam de eo fidem extrahant & hæreticam cuiuscunque generis spargant; quid mirum si istos qui ita *commutant veritatem Dei in mendacium*, Deus vicissim propter *mercedem iniquitatis tradat in reprobũ sensum, vt faciant ea quæ non conueniũt, repletos omni iniquitate, malicia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, cõtentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, incompositos,* Rom. 1.

Caluinistæ quales.

sitos, insipientes, sine affectione: fœdifragos, absque misericordia, omnibusque vniuersè flagitiorum teterrimorum sordibus immersos quæ humana improbitas potuit concipere, vel diaboli malitia in hominem à Deo derelictum potest immittere. Certè si (quod Apostolus clarè testatur) talis sit illius causæ antecedentis effectus, si qui de Deo absurdissimè sentiant, Deo vltore & vindice, omnium mortalium euadent scelceratissimi, consequens est Caluinistas esse omnium sectariorum impurissimos, quorum doctrina de Deo maximè est prophana, Ethnica, mutabilis, maximeque tum sibi ipsi, tum Catholicæ veritati contraria.

Caluinistarũ doctrina contra B. Trinitate deiq. essentia valde blasphema.

Quæ enim Europæ prouincia Caluinianam hæresim suscepit, quæ non vna execrabilem de diuina essentia impietatem admisit? De Polonia iam dictum est, quæ tamen nõ magis Turcarum de vnitate personæ in diuinis sententiam hausit, quam opposita Paganorum de pluritate deorum opinionem amplexa est. Sic enim ipse Beza narrat, *scissas fuisse initio Polonicas Ecclesias vt aliæ vnam Dei patris personam asserrent, Christi autẽ & spiritus sancti personas & diuinitatem negarent, aliæ contrà tres natura distinctos deponerent, & Tritheismum defenderent.* Quid ijdem Caluinistæ in Gallia? Eadem nimirum contra Catholicam de Trinitate doctrinam venena spargunt, pertinaciter vrgentes Christum non à patre naturam suam habere, nec item Spiritum sanctum, sed singulatim eam esse à se non aliter quam patri? Denodumque Nicænam de filio prædicantem, quòd *Deus de Deo, lumen de lumine*, superbè reprehendant & à Catholicis admoniti, in hac Ethnica deorum multitudine inducenda progredi non desistunt. Quæ omnia & ipsorũ Ministri in suis confessionib. damnant, & Catholici multis nuper libris refutarunt.

Beza epist. theolog. 22

Lamay en la replique Chrestien. li. 2. ca. 4. §. 8.

Rosier en cõfes. fidei Danæus cõtra Genebrardum. Vide Iordanũ contra Danæum.

Quid Caluiniſtæ in Anglia? Alij in Academijs doctiores ad eundem cum Polonis & Gallis ſcopulũ adhæreſcunt, ſolicitè auditoribus inculcantes, *etiãſi Nicæni patres dixerunt Chriſtum eſſe Deum de Deo, tamen firmiſſimè tenendum eſſe cum Caluino, Chriſtum non à patre ſed ex ſe & per ſe Deum eſſe*. Alij verò in pagis & compitis rudiores priorem Samoſateni ſectam præferentes, ſimpliciter *Trinitatem negant, & irrident eos, qui appellant patrem Deum, filium Deum, & Spiritum ſanctum Deum, eò quod hac ratione*, (iuxta horum theologiã) *tres Deos ponant*. Nam Flandricas eccleſias multò longius progreſſas fuiſſe quiuis facilè exiſtimet. Qui enim ante triginta annos vſque eo profecerãt vt Chriſtum pro nobis mortem in cruce non pertuliſſe, omnino (inquam) in cruce mortuũ nõ fuiſſe aſſererent: qui pro hac fide ſanguinem ſuũ profuderunt, & in medijs ignibus animas alacriter diabolo reddiderunt (quod de illis Caluinus ipſe memoriæ prodidit:) qui vſq. eò Trinitati abolendæ incubuerunt vt plurimos libros eò pertinẽtes à Flandris ſcriptos & è Flandrico idiomate in Anglicanum tra ductos Angli ipſi fateantur: qui Dauidem Georgiũ Hollandum, verum (vt illi prædicabant) Meſſiam, & ſpiritum Dei, idcirco à Deo miſſum vt imperfectam Chriſti & Apoſtolorum doctrinam corrigeret produxerunt, & fidem de illo Meſſia multis laboribus & periculis auxerunt: qui Ioãnem Leydenſem Hollandum item ſartorem, Monaſterij regem cõſtituerunt, & Flandricis Hollandiciſque ſatellitibus ſtiparunt, nouamque ab eo rege religionẽ & Moyſi & Chriſto contrariam mundo militaribus armis imponendam cenſuerunt; & denique qui per Anabaptiſtas (quorum gregibus totus Hollandiæ tractus redundare dicitur) iã diu diſſeminarunt Chriſtũ ex Virgine Maria carnem non ſumpſiſſe, eoque modo

VVithaker contra Cãpianum. pa. 153.

Art. 26. Familiæ Amoris vbi ſupra.

Cal. Inſtruct contra Libertinos c. 14. 17. E.R. lib. de Familia Amoris impreſſ. Lãdini anno 1578. Prateol. de hæreſ. li. 4. ca. 3. Sleid. li. 10

modo totũ incarnationis mysteriũ euertunt: istiusmodi homines quid sani de Christo, quid de Deo, quid de religione Christiana teneãt, nõ difficulter iudicatur est. Breuiter ne per singulas Ecclesias separatim uagando, studioso lectori nimis sim molestus, quoēs planè ecclesiæ Caluinianæ factionis de Christ & Trinitate impiè credant, quẽ meliorẽ testẽ quaramus quàm Caluinistã, & illum in his à turbis Euangelij noui negotiosum actorẽ: sed qui quo ad cetera oia, Caluinianæ fidei, in hac tamen contra Dei perfidia à Caluino discessit. Sic autem ille scribit Caluinũ & Tigurinos qui eũ authoritate Poloniarũ Ecclesiatũ & aliarum Euangelicarũ premebant:

Stancarus contra Ministros Genevens. & Tigurinos. fo. 94. 95.

Multi tã in Germania, quàm in Hungaria, Transsiluania, Polonia minori, multas synodos celebrauerũt cõtra fidẽ Catholicã de Trinitate, & multos libellos plenos blasphemiis Arrianis & Eutychianis & horrẽdis cõuitijs emiserũt. & mox: Omnes Ecclesiæ quas vos appellatis reformatas per Euãgelium filij Dei, Arianæ & Eutychianæ sunt, nec hoc negari potest, supra demõstratiuè probaui. Et post, quũ idẽ de doctrina Caluini ex scriptis eius speciatim & luculenter probasset, *Cõclusum est itaq; (inquit) O Caluine doctrina tuã de filio Dei esse plane Arianã, à qua resilias quã primum*

Ibid. fol. 118. & 123.

oro atq; obsecro, & has hæreses quã citiùs fieri potest reuocetes Dei in gloriã Trinitatis, et liberes Dei Ecclesiam ab his blasphemijs quib useã cõtaminasti, nec cõtẽnas hãc fraternam admonitionẽ. Quare quũ Caluiniana hæresis terribiliter cõtra dei essentiã fundat blasphemias quã alia quæuis vulgata huius tẽpestatis secta ex eoque sequatur vt hoés à Deo quẽ deseruerunt magis, magis quotidie Satanæ in seruitutẽ tradãtur, merito christianus quisque hãc sectã inprimis debet exhorrescere tãquam reip. Christianæ virus exitiale, quæ ita est & in summã Dei maiestatẽ, & incommunẽ omniũ Christianorum fidem atque vitã iniurioſa & blasphema.

3 Ver-

3 Verum etiamsi hæc de Deo blasphema varietas probet eos seriò Deũ omnino nullũ credere, tamen nescio an non præstaret eos esse simpliciter Atheos & Deũ è mundo prorsus tollere, quam Deũ qualẽ ipsi statuũt, impium, iniustum, & scelerum effectorem cõcipere, Nam quũ dicunt alias esse tres distinctos Deos, alias vnã tantum personã, Christum esse creaturam, Spiritum S. autẽ nihil esse penitus; hæc quidem quin æternas mereantur inferorũ flammas negari non potest, quũ in altissimis fidei mysterijs, perinde ac si de crepundijs puerilib. ageretur, ita leuiter & improbè ludãt. Sed tamen si doctrinam ipsam per se directè consideramus, hoc longè est in Deum cõtumeliosius quum omnia quę in mundo perpetrantur scelera, ad eum fontẽ & authorem reuocantur. Hoc autẽ adeò est in omnibus Caluini & Bezæ libris, disputationibus, institutionib. tritum, vt verear ne studiosus lector cramben sępius recoctam sibi apponi clamet, si id multis probare coner, quod est omnibus ferè mediocriter eruditis notissimum. Quare strictim Caluinianam hac de re sententiam libabo, ad plurimos Caluini libros eum remittens, si quis copiosius hanc eius hæresim explicatam videre desiderat. Reliquorum autẽ librorum summam, in Institutiones vbiq. nimium vulgares ad hunc modũ cõtraxit. *Quòd nihil efficiunt homines nisi arcano Dei nutu, nec quicquam deliberando agitant nisi quod ipse iam apud se decreuit et arcana sua directione cõstituit, innumeris et claris testimonijs probatur. Abſalõ incesto coitu patris thorũ polluẽs detestabile scelus perpetrat, Deus tamẽ hoc opus suũ esse pronunciat. Quicquid sæuitiæ exercẽt Chaldæi in Iudæa, opus Dei esse pronunciat Ieremias. &c. Horũ omniũ author est Deus, eoq; volente fiunt.* Quoniã autem aduersarij multa loca quæ Deo videntur tribuere peccatorũ operationẽ, declinabant anti-

Caluinista docent deũ esse ipsprie peccati omnis authorem.

Cal. Instit. l. 1. ca. 18 §. 1.

antiqua D. Augustini & aliorum patrum distinctione, Deum quidem multorum malorum authorem dici eò quòd ea permitteret, non quòd voluntate actuosa efficeret, contra hoc Caluinus, Tergiversando (inquit) *effugiunt Dei tantùm permissu non etiam voluntate hæc fieri, ipse verò palam se hoc facere pronuncians, effugium illud renunciat.* Quicquid igitur malorum vel externe ab hominibus perditissimis geritur, vel intus in animis concipitur, num id totum propriè deo authori tribuendum est? Ita profectò. *Quod enim* [inquit Caluinus] *ad arcanos motus spectat, quicquid animis concipimus, arcana Dei inspiratione ad suum finem dirigitur.* Et *certè nisi intus operaretur in mentibus hominum, non rectè dictum esset auferre labium a loquacibus & à senibus prudentiam, auferre cor principibus terræ vt errent per deuia.* Et *sæpenumero pronunciat eum excæcare hominum mentes ac vertigine percutere, spiritu soporis inebriare, incutere amentiam, obdurare corda; quæ omnia permulti ad permissionem reijciunt ac sic deserendo reprobos à Satana excæcari sineret, sed nimis frigida est ea solutio.* Id ergo vult, id laborat, id omni contentione pugnat, scelera omnia in homine à Satana non tantum deserente, & permittente, & Satanæ succedente, sed propriè operante, & inspirante, & excæcante, & inebriante, & obdurante proficisci; adeoque (quod eodem in loco expresse scribit) in flagitiorum omnium actione primæ partes Deo, secundæ tantum diabolo sint tribuendæ. sic enim pergit. *Apud Iesaiam contra gentem fallacem missurum se aspides pronunciat Deus, & præcepta daturum vt auferantur. Illa, non quia impios ac præfractos homines ducere velit spontè parendum, sed quia flexurus sit ad exequendam iudicia, perinde ac si iussa eius animis insculpta gesserint. Vnde apparet certa destinatione Dei fuisse impulsos. Satanæ quidem interposita Satanæ operâ sæpe Deum agere* pro-

Ibid. §. 2.

Ibid.

probos, sed vt Dei impulsu Satan ipse suas partes agat & proficiat quatenus datum est. Dicitur quidem Satan excæcare infidelium mentes, sed vnde hoc nisi quia à Deo ipso manat efficacia erroris. & Deus ipse dat homines in reprobum sensum, proijcitque in fœdas cupiditates, quia iustæ suæ vindictæ præcipuus est author, Satan verò tantum minister. Denique post multa in hanc sententiam ex scripturis Testamenti veteris & noui, ex prophetis & Apostolis coaceruata, & miserè detorta, hoc est ad extremum Caluini de Deo scelerum causa effectrice conclusio. *Summa (inquit) hæc sit, quum Dei voluntas dicitur rerum omnium esse causa prouidentiam eius statui moderatricem in cunctis hominum consilijs & operibus, vt non tantum vim suam exerat in electis qui spiritu sancto reguntur, sed etiam reprobos in obsequium cogat.* Sic ille. *Ibidem*

Quam Caluini & Caluinianæ sectæ fidem certis propositionibus complectamur, quo plenius à lectore percipiatur, & fidelius mandetur memoriæ; & demum perfectius intelligatur non modò quid ex eo tanquam absurdissimum inferant Catholici, sed etiam quid tanquam Deo placens & gratum eliciant Euangelici totaque vita sua exprimant, & quid per ciuitates & regiones in quibus grassantur, hoc prætextu audacter & solutè perpetrent. Prima est, Deo non solùm permittente & tolerante, sed volente etiam & operante, scelera omnia fieri, omniúmque flagitiorum Deum esse propriè authorem. altera; Deus inspirat arcanos motus peccatorum, adulteriorum, libidinum; nec quicquam nefarium molimur nisi eo excæcante, vertiginem incutiente, auferente nobis cor: & denique quicquid scelestum intendimus, id à nobis primum eius interna operatione concipiur, & ad finem, eius inspiratione dirigitur, adeò vt & initium, & medium, *Summa doctrinæ Caluinianæ de Deo peccatis authore.* 1. 2.

medium, & finis peccati ad Deum vt causam efficientem referatur qui aliquando per se, aliquando per

Instit. li. 2. ca. 4. §. 3. Satanam *reproborum & cōsilia destinat quò visum & voluntates excitat, & conatus firmat*, adeò vt homines malefici Deo voluntatem excitante malefaciendi capiant, & Deo conatus firmante in incœpta impietate pergant. Deinde in actione peccandi agit quidem diabolus & agit Deus, sed imbecillius agit diabolus, potentiùs operatur Deus, qui si diaboli opera ad huiusmodi peccata vtatur (quod aliquando facit non semper) ita diabolum vi & energia peccandi excedi superat, vt Satan nisi Deo incitante & impellente ignauus sit & debilis, nec in reprobos suas partes strenuè & efficaciter agit nisi Dei motu & impulsu. Neque solū Deus magis est in peccato quàm diabolus actuosus & efficax, sed magis etiam quàm homo ipse à quo si exactè iuxta Theologiæ normam loquamur, propriè venit quicquid in peccato peccati naturā habet, vt potè à quo solo pendet voluntatis ad peccatum obiectum inclinatio & assensus. At Caluinus hanc etiam voluntatis actionem Deo magis quàm homini tribuit. Deus enim *corda vertit, inclinat, roborat, destinat, inflectit, impellit*; Deus vt in electis, sic item in reprobis agit: imò violentius in his quàm in illis operatur, quum hos etiam cogat ad *obsequium*: nec tantum vt illos *ducit ad sponte parendū, sed flectit etiam & impellit*: & vt ait magnus in Calvinismo magister & Anglorū Apostolus, *abutitur Deus hominum malitia velint nolint, ad eos fines quos sibi proposuit, & mirabiliter inclinat corda ad malum*. vtque Caluinus ipse loquitur, *excitando voluntates, & firmando conatus, proïcit in fœdas cupiditates*: & vt alibi concludit contra Albertum Pighiū, *perspicuum est non minus interiores affectus regere Dei manū quàm externa ac inferiores præesse; neque Deus quæ decreuit hominū manu perficere, nisi*

Deus magis propriè causa peccati, quàm vel diabolus vel homo.

3.

4.

Instit. lib. 2 ca. 4. §. 4.

Martyr Comment. ad Rom. ca. 9.

Calum. in Lib. de aterna Dei prædestinatione.

tit, nisi eorum cordibus operaretur ipsum velle (in quo est ipsissima & intrinseca peccati essentia) *quod operis effectum præcedit. sicque opus suum in reprobis adimplet, vt videas efficaciam agendi penes ipsum fuisse, illos ministeriũ duntaxat præbuisse.* Ad extremum quum Deus hoc modo homines ad turpissima quæque peccata præcipites in hoc sæculo adegerit, tum propter eadem peccata ad æternos inferorum ignes in altero sæculo damnat. Et si quis causam rogat cur homines nequissimi (verbi gratia) Iudas Iscariotes & Sodomitæ perpetuis illis inferorum ignibus torqueantur, si Caluinianè respondere velis, causa non ab eorum peccatis (quæ magis Dei fuisse constat quàm illorum) sed à sola Dei voluntate & decreto petenda est. Sic enim Caluinus ait, nec Adami lapsus, nec posterorum eius infœlicitatis, nec Angelorum defectionis, *aliam causam adduci posse quàm reprobationem quæ in arcano Dei cõsilio abscõdita est.* Hancque ipse sibi obiectionem opponens, *Cur ea Deus imputaret hominibus quorum necessitatem sua prædestinatione imposuit, quid enim faciant? an cum decretis eius luctentur? ad frustra id facturi sint, quum omnino id facere non possunt. non ergo iure ob ea puniuntur (in inferno) quorum præcipua in Dei prædestinatione causa est*: hunc nodum non dissoluit, sed stringit fortius. Apertissimè enim statuit, *quum penes Deum resideat salutis ac mortis arbitrium, consilio nutuque suo ita ordinat, vt inter homines nascantur ab vtero certæ morti deuoti, qui suo exitio ipsius nomen glorificent.* Moxque refutans scriptorum Ecclesiasticorum responsionem, quòd Deus præsciat non prædestinet homines vel ad peccatum vel ad damnationem, quæ præscientia nullam rebus imponit necessitatem, ille contrà vrget, *Vitam & mortem magis diuinæ voluntatis actiones esse quam præscientiæ*, ex eoque infert, *Si hominũ euẽta præ-*

Calu. Instit. lib. 3. cap. 23. para. 4.

Ibid. para. 6.

Ibid. para. 6.

uidereret Deus duntaxat, non etiam suo arbitrio dispo-
neret ac ordinaret, tum non abs re agitaretur quæstio
quid ad eorum necessitatem valeat ipsius prouidu-
Sed quum non alia ratione quæ futura sint prouideat
quia ita vt fierent decreuit, frustrà de præscientia
uetur, vbi constat ordinatione & nutu potius omnia
nire. Denique non semel, sed sæpius, iterum-
que iterum Caluinus repetit, *reprobos euadere*
posse peccandi necessitatem, præsertim quum ex Dei
natione sibi injiciatur huiusmodi necessitas. Adamo
Deus decreto suo ordinauit, posterorum ruinam non
præuidit, sed arbitrio quoque suo dispensaut. Deus sta-
luit, Dei autem voluntas est rerum necessitas, atque ita
cessariò futurum est quod ille voluit, quemadmodũ ea
futura sunt quæ præuidit. Hanc Caluini doctri-
totis libris cõtra Catholicos & alios eius impug-
tores defendit Beza: hanc in suis Commen-
vbique tradit Petrus Martyr: eandem apud
Tigurinos sedulò prædicauit Huldericus Zuing-
us, apud quem illud crebrò occurrit, *Deo auctore*
impulsore, furta, homicidia, & omnia genera scelerum
unt: & non modò facta & opera, sed cogitat⁹ quoque
consilia nostra à Domino suggeruntur & mouentur
bona siue mala sint.

Ibid. §. 9. & 7.

Ibid. §. 8.

Zuinglius tom. 1. lib. de prouid. fol. 365., 366. 375. & in epist. lib. 1. pag. 25.

4. 4 Iam vero priusquam vlterius progrediar,
ostendam qualem vastitatem & in religione &
rebus pub. hæc doctrina efficiat, illud vnico ver-
admonendus est lector, liberum in homine arbi-
um à Caluino & Caluinianis scriptoribus scrm
tolli; & si eorum nullus verbulo vno contra il
disputaret, huius tamen doctrinæ necessaria con
quentia constat illud sua sponte euanescere.
enim impios *Deus flectat, impellat, & cogat ad pec-*
tum, si decreto suo ordinet & ordinatione injiciat pecca-
necessitatem, si vult hominem peccare, Deique voluntas

Caluinistæ tollunt ab homine liberum arbitrium.

rum necessitas, si improbi euadere non possunt peccandi necessitatem, si Deus intus in cordibus operetur ipsum velle, si voluntatem excitat, & ad peccandum firmat, si penes Deum sit efficacia agendi, penes homines verò ministerium duntaxat, & (vt alibi dicit) homo se habeat tantum passiuè quum tota actio sit in Deo: quodnam est in homine liberum benè vel malè agendi arbitrium? quum ad malas etiam actiones libertate careamus, & ad eas quoque necessitate impellamur. Vbi tot sunt plusquam Stoica & fatalia necessariò agendi vincula, quisnam supereſt liberæ & spontaneæ actioni locus? Atque ita ex hac doctrina deducit Huldericus Zuinglius alterè primarijs huius Euāgelismi Apostolis. *Prouidentia Dei (inquit ille) simul tolluntur & liberum arbitrium & meritum. nam Deo omnia disponente, quæ sunt partes nostræ?* Respondensque argumento illi quod nonnulli obijciebant, latrones videlicet non esse plectendos si Deo impulsore viatorem occidebant, ita quæstionem dissoluit, vt perspicuè non ad libertatem, sed ad fatalem necessitatem, & illius mortem & huius suspendium referat, *Latro (inquit ille) viatorem Deo impulsore occidit, & ad sic peccandum coactus est. fateor: sed in hoc, vt alter in cælum transferretur, alter suspenderetur. Sed hic allucinantur libri arbitrij defensores & prouidentiæ aduersarij. Consistunt enim postquam dixerunt, si impulsore Deo trucidauit latro, ergo iniuria plectitur: quum semper debent pergere quemadmodum prouidentia ipsa non cessat. Non enim solùm mouet & impellit dum ille occisus est, sed iudicem etiam legibus cogit latronem in crucem tollere.* Concludit denique, *Sic ergo prouidentiam agnoscimus omnia furta homicidia que curantem & gerentem, vt in homine prorsus nullum sit liberum arbitrium.* Facile quidem est ista omnia ex posterioribus Zuinglianis & Caluinistis ostendere, sed quum istorum magnos

Calu. instit. lib. 2. cap. 5. §. 11.

Zuingl. to. 2. Commentar. de vera & falsa religione cap. de Merito.

Idem in to. 1. cap. de prouidentia fol. 361.

Duces & Imperatores Euangelij capita habeamus communem Euangelij ab ipsis inuenti sensum ponentes, minores satellites & latrunculos quis pus est adire?

Quid verò dicet aliquis, ex his omnibus absurdis tandem consequitur? aut quale vel religioni vel reipub. ex his antepositis detrimentum infertur? Tale, vt his duobus de Deo peccati authore, & homine libro arbitrio spoliatum ad peccandum necessariò impellente concessis, simul non vnus aut alter, sed omnes Christianæ religionis articuli ruant, totum Christianorum symbolum falsum esse, mendax, quicquid Christus, quicquid Apostoli, quicquid patriarchæ, & prophetæ, & doctores a condito mundo ad nostram vsque ætatem docuerunt, omnia sunt stulta, inepta, barbara, & vnà cum auctoribus suis æterno silentio sepelienda. Quoad humanam autem vitam & respub. omnia sunt sursum deorsum iactanda, & legibus contra flagitia, libidines, stupra, latrocinia, blasphemias abrogatis, flagitia liberè suscipienda, ad libidinem explendam effrænato impetu ruendum, in stuprando, latrocinando, blasphemando, excusso pudore & metu siue hominis siue Dei, effusè noctes dieisque versandum & volutandum, & de istis tanquam præclaris facinoribus gloriandum. Hæc & huiusmodi quæ cogitare horret animus & explicare reformidat oratio, non solum absque metu supplicij, verū etiam cum expectatione præmij agenda sunt, si quidem hæc duo, vel etiam vnum illud verum sit de Deo scelerū authore, impulsore, & causa efficiente. Neque verò postulo vt mihi hęc inferēti credatur, nisi & euidentissima ratio vel ipsis cæcis perspicua idē cōuincat, idemque ipsorum Protestantiū cōfessiones luculenter confirmēt. Primū autem illud vnico verbo pēstringere

Horrenda absurda quæ ex 2. antepositis Caluinianæ doctrinæ articulis sequuntur.

stringere non erit superfluum quæ superius à Christo in extremo iudicio contra homines impios proferuntur, eodemque loco à reliquis Protestantibus per solius fidei omnipotentiam refutata narrantur, hoc Caluinistarum Euangelio refelli multò copiosius. Christus enim cur impij damnentur causam reddit, quia charitatis opera non fecerunt, non operuerunt nudos, non refecerunt famelicos, nihil in pauperum & indigentium vsus impenderunt, sed misericordiæ viscera illis crudeliter occluserunt. At Caluinus, & hominum damnationis & angelorum defectionis vnicam vult esse causam *Dei voluntatem, quæ rerum est omnium* certa & ineuitabilis *necessitas*. Christus eos idcirco iustè damnatos pronunciat, quia libera voluntate in ea se peccata dederunt quæ ipse sua lege sub æternæ mortis comminatione prohibuerat. At Caluinus ideo iniustè damnatos concludit, quia non sua sed Dei voluntate, non sua libertate, sed imposita eis à Deo necessitate ad peccatum impellebantur, cuius imperio non poterant reluctari, & qui eos *in sui obsequium cogebat*. An verò quis audiuit vllum inter mortales iudicium tam iniustum? vllũ aliquãdo tribunal adeo tyrannicũ? An vllus extitit aliquando tyrannus adeò truculétus & sanguinarius, qui subdito suo poplites primò succideret, & postea quod in stadio alacriter nõ decurreret nouo supplicio vindicaret? qui Sempronium funibus & catenis vinctum in obscuro ergastulo cõcluderet, & deinde quòd ipsi peregrè in militiam proficiscenti præsto non adesset, solenni sententia in crucem tollendum decerneret? Scribitur quidem de Tiberio tyranno nequissimo quòd quum ciuitatis Romanę legibus, omnes sceleris cuiusdam rei morte essent plectendi, si qua tamen virgo crimen illud admiserat, ob virginitatis honorẽ, semel

Supra fol. 255. 256. &c.

Extremum iudicium Christi, summæ iniustitiæ condemnat.

Suetonius in Tiberio Cæsare ca. 61.

primo nimirum tempore constitutam a lege mor-
tem euaderet; & virgines quædam tale crimen
susceperant & more patrio beneficium legis
priuilegium virginitatis suæ poscerent, tyran
sanguinis sorbendi cupidus quò eas iuxta legis
norem trucidandi causam iustam prætenderet, in
misit in carcerem impuros lanistas qui eas vi co
stuprarent, & deinceps non iam virgines laqu
suspendit, qua feritate *puellas etiam immaturas pro*
vitiatas, deinceps iussit strangulari. Quis hunc
rannum vt monstrum & prodigum non exhorre
quis hanc peruersissimam iniustitiam non intim
visceribus detestetur? At Christi iudicium iuxt
hos theologos infinitè est iniustius & immanius
Quum enim flectat, impellat, cogat homines
peccandum, eamque imponat necessitatem quam
nullo modo vitare possunt; quum ipse magis prin-
cipalis & operosa sit peccatorum causa quam vel
Satanas vel homo, eorum tamen peccatorum quo-
rum ipse tam potenter & actuosè author est & ef-
fector, supplicium à misero homine exigit; & cru-
ciamẽtis in omnem æternitatem duraturis propter
hanc miserabilem peccandi vim Dei potentia (cui
quis resistere potest?) imposita affligit. Quis Chri-
stianus ad hæc portenta totis artubus non contre-
miscat? Quis istos Caluinistas hæreticos & Apostatas vel potius feras & belluas, imò diabolos huma-
na specie indutos non credat? quando nec ipse dia-
bolus poterit atrocius contra diuinam iustitiam
blasphemare.

5. 5 Sed imprudenter & temerè ob hoc vnicum
commoueor, quum contra singula Christianæ fidei
capita ex hoc vno paradoxo plurima nihilo mino-
ra monstra erumpant, quorũ si quis singulatim velit
crassam & nefariam impietatem exponere, nullum
facturus

facturus est exclamandi finem. Neque enim vllius est tantum flumen orationis, non si ferream vocem haberet & mille linguas, vt fingunt poëtæ, vel *si linguis hominum loqueretur & angelorum*, vt sanctissimus imaginatur Apostolus, qui possit vel exiguam partem earum blasphemiarum quæ directè ex hac vna quasi Stygia palude contra Deum & cælites omnes emanant, pro earum merito & atrocitate exprimere. Quid enim? an non tota Christianorum & Iudæorum & Patriarcharum & Apostolorum fides in hoc vnico principio posita est quo *credimus in Deum*? At ex istius nouæ Theologiæ mysterijs manifesto docemur reiecto Deo *credere in Satanam*. Neq. enim Deus quem isti Satanæ ministri nobis describunt, alius est quàm ille princeps diabolorum Satanas, cuius deitate per mundum persuadendæ & propagandæ, istorum Caluinistarum libri, opera, studia & cogitationes maximè inseruiunt. Perlustremus enim scripturas diuinas & omnem Ecclesiæ Christianæ antiquitatem, nusquam reperiemus diabolũ alijs coloribus depictum, quàm quibus isti Euangelici suum nobis Deum informãt. Scripturæ enim sacræ ita diabolos describunt quod sæpenumero quidẽ corporib. hominũ nocẽt, quòd eos oppressos sua seruitute modò pijciant in aquã modo in ignẽ, sæpe varijs modis corpora vexent & torqueant; sed maximã eorũ potestatẽ & proprietatẽ in hominib. ad peccatum solicitandis posità esse à Saluatore demonstratur, quum ait dæmonem in agro suo *superseminare hæreses & zizania*, & quod Deus verbum bonum in hominum cordibus seminauit, hoc à diabolo furtim surripi. Dumque Christum Christianorum hominum caput ad idololatriam, ad gulã, ad superbiam solicitasse narratur, vnà significatur in eo maximè eius vim & facultatẽ existere, vt Chri-

1. Cor. 13.

Caluinistæ pro deo deũ bolũ colunt.

Diaboli ex scripturis descriptio.

Matt. 8. 28. Luc. 11. 14 Mar. 9. 22

Matt. 13. 25. 39.

Matt. 4.

stianos Christi membra ad hæreses, ad improbitatem, ad omnia peccata prouocet. Dū in Petro Christum à passione pro humano genere sufferenda dehortatur, Petrumque increpans Christus repellit his verbis, *vade post me Satana, scandalum es mihi*, oste-

Mat. 16. 23. dit Satanicum esse, dissuadere operationes sanctas, & homines à bonis actionib. auertere. Necalijs effectis Apostolus diabolū nobis describit, ab-

Ephes. 2. 2 *bulastis* (inquit) *aliquando in peccatis secundum principem potestatis aëris huius, spiritus qui nūc operatur in filios diffidentiæ.* & rursus. *Opertum est Euangelium ijs qui pereunt,*

2. Cor. 4. 3 *in quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat eis illuminatio Euangelij gloriæ Christi.* Denique vt ex operatione peccati Deum & diabolum, ita ex effectis peccati filios Dei & diaboli pertuò distinguunt scripturæ sacræ. Ita Christus ad Iudæos, *vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio et in veritate nō stetit,*

Io. 8. 44. *ille mendax est & pater eius. Qui autem ex Deo est verba Dei audit, propterea vos non auditis quia ex Deo non estis.* Vbi Saluator noster diabolum, authorem & patrem homicidiorum & similium scelerum definit, & à quo ad diaboli seruos eadem deriuatur peccatorum affinitas & communicatio, quemadmodum Deus contrariarum virtutum fons est & parens, & à quo eædem virtutes ad filios suo spiritu sancto regeneratos traducuntur. Sic item amantissimus CHRISTI discipulus Ioannes, *Nemo vos seducat. qui facit*

1. Ioan. 3. 7. 8. *iustitiam iustus est, sicut & ille* (Deus) *iustus est. qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. Omnis qui est ex Deo peccatū nō facit, quoniā semen DEI in eo manet. in hoc manifesti sunt filij Dei & filij diaboli.* His alijsque multis quæ fusè diuineq. de eodem argumento disputat sanctissimus Euangelista, manifestè diabolum à Deo, & filios diaboli

à filijs

à filijs Dei distinguit, quòd diabolus causa est peccati, Deus non item, ille filios suos ad peccata prouocat & impellit, quod de Deo vel cogitare est nefas. *Venit enim Christus vt dissolueret opera diaboli*, & peccati regnum excinderet. Quumque filij diaboli ab immundo spiritu patris sui obsessi in omni turpitudine belluarum instar volutentur, é contra *filij Dei sanctificant se sicut ille sanctus est: faciunt iustitiam & non peccant, quia semen Dei in eis manet*. Quare quum isti Euangelici publicé fateantur se perpetuò peccare, omnia sua opera esse sordida, inquinata, pollutiões donorum Dei, mereri Dei maledictionem & mortem æternam, nec se aliud posse quam peccare, sequitur eos esse filios diaboli non Dei. Quum autem præterea addunt hanc peccandi necessitatem à Deo suo illis esse iniectam, Deumque suum eos ad scelera, ad libidines, ad nefanda & horribilia quæq. prouocare, mouere, impellere adigere: certo certius est, & luce meridiana clarius est, & literis Euãgelicis Apostolicisq. passim conuincitur, hũc eorum Deum esse ipsum Belzebub diabolorum principẽ, qui iuxta Apostolũ huiusmodi *peccata operatur in filios diffidentiæ*. Aptissimeq. in eos singulos dici potest quod in quẽdam eorum fratrem gemellũ detonauit olim Paulus Apostolus, *O pleni omni dolo & omni fallacia filij diaboli, inimici omnis iustitiæ, non desinetis subuertere vias domini rectas?* Non desinetis Deum verum è cælesti solio (quantum in vobis est) deijcere, & inferorum principem Satanam in eius locum attollere? aut si illis vinculis mentes vestras diabolus constrictas & illigatas tenet vt necessitate adducti sic sentiatis, nec ingeneratam vobis à Deo vestro malitiam excutere possitis, si non maior est in *cordib. vestris propensio ad recti obedientiam quàm est in lapide mollities & teneritudo ad flexum quemlibet recipiendum* si de vobis

Ibid. v. 8.

Ibi, v. 3. 7.

Supra fol. 236.

Diabolus est Calumniarum Deus.

Ephes. 2. 2.

Act. 13. 10.

Calu. instit. lib. 2. cap. 3. §. 6.

verùm

verùm est quod Lutherus protoplastus vester & Zuinglianis & Caluinistis omnib. generaliter pronunciat *blasphemum eos cor & mendax os habere, in qu*

Luther. citatur in Orthodox. confess. Tigurin. parte 3 fo. 127

super quod, & per quod, diabolus diffusus est & vege

quasi toti sint à diabolo possessi; vsque adeò tam proximè ad patris vestri similitudinem accedere laboratis, vt quemadmodum ille è cælesti gloria in inferos expulsus, nunquam conquieuit donec hominem in societatem suam & ruinam similem illexisset, ita vos conquiescere non potestis, nisi Christianos etiam in cælesti Ecclesiæ Catholicæ paradiso manentes, ad eandem vobiscum apostasiam Dei optimi maximi blasphemiam pertrahatis? Cæterum vt vos iudicio Dei relinquam; Christianos vestra cõmunione quum alia multa, & ipsa impiis flagitiosissimsi opinionis impuritas cohibere possint & debeant; tum inter alia illud non parui momenti est, quod è Caluini discipulis multi ipsi aliorum doctissimi, huius doctrinæ intolerabili horrore obstupefacti, Caluini scholam propterea deseruerunt, non quidem vt ad Ecclesiam Catholicam reuerterent, sed quoad alia, Caluinistæ vt antea perseuerarent; in hoc tamen infando contra deitatem dogmate ei nuncium remiserunt, eò quod nimirum perspicuè diabolum à Caluino pro Deo vero adorari perspicerent. Quorum è multis vnus est elegans & politus ille Castalio, cuius pro Euangelio Caluiniano tot extant volumina, quemque tam immensis præconijs in cælum vsque tollunt Euangelistæ scriptores. Ille autem ingenuè professus se fatuis perdiu Caluini doctrinæ, eiusq. fuisse discipulum, & sub eo plurimum in Euangelio profeciisse, hanc tamen vnam maculam ait adeò esse insignem, tamque fidei veræ capitalem, vt necesse ei fuerit propterea à Caluino discedere nec ei potuerit deinceps

Vide Conr. Gesner. in bibliotheca in Sebast. Castalione.

Cõfess. Cast. de nouo deo Caluin.

ne cõ-

ne certa damnatione adhæreſcere, vtpote qui Deũ nouum Deo veteri à Prophetis Patriarchis Apoſtoliſque & Chriſtianis prædicato planè contrarium induxit. Sic enim ille ex Caluini doctrina colligit, & contra Caluini Deum diſputat. *Duo ſunt dij, alter verus Chriſtianorũ, alter falſus Caluiniſtarum falſus Deus eſt tardus ad miſericordiam, propenſus ad iram, qui maximam mundi partem creauit ad perniciem, eoſq; non ſolum ad damnationem, ſed etiam ad cauſam damnationis prædeſtinauit. Itaque decreuit ab æterno, & vult efficitq; vt peccent neceſſariò, ita vt nec furta, nec homicidia, nec adulteria, committantur niſi eius voluntate atq; impulſu. Suggerit enim hominibus prauos affectus atque inhoneſtos, non ſolum permiſsiue ſed efficaciter, eoſq; indurat ita vt dum impiè agunt, potius opus Dei quam ſuum faciant. Satanam facit eſſe mendacem, ita vt non iam Satan, ſed Deus Caluini ſit pater mendacij, quippe qui ſæpe aliud in ore, aliud in pectore gerat. At Deus ille quem ſacræ literæ docent, eſt huic planè contrarius. Vult is omnes ſaluos fieri & c. Et hic Deus venit vt deſtrueret illius Caluiniani Dei opera.* Hæc Caſtalio. *Caſtal. in contra Cal. de prad. eſt.*

Quæ tota DEI deſcriptio verbatim ſumpta eſt ex Caluino, & ex ijs quæ ſuperius à nobis poſita ſunt membratim colligi poteſt, præter illud extremum quòd Caluini Deus *Aliud in ore, aliud in pectore gerat*, quod tamen ex antegreſſis illis liquidò efficitur, & à Caluino manifeſtò ponitur. Quum enim in ſcripturis vbique dicatur Deum nolle iniquitatem, eũ prohibere flagitia, & odiſſe ſcelera quæcunque, & tamen occulta voluntate ſua homines ad iſta patrãda extimulet & impellat, perſpicuum eſt eum exteriùs in literis ſacris vnum præcipere, interiùs verò ſpiritus ſui actione ad aliud impellere: illic ſimulare pietatem & honeſtatem, hic ſuadere atque efficere impietatem & turpitudinem. Et hoc expreſsè aſſerit Caluinus Deum nimirum *fieri velle, quod facere vetat,* *Caluiniana Dei Satanica hypocriſis.* *Cal. Inſt. li. 1. cap. 18. §. 3.*

vetat, atque ita præcepto Dei externo internam ... voluntatem directè esse oppositam. Quam hypo... crisim in homine homines omnes boni iure me... toque abominantur, is ergo quale portentum ... qui eam Deo attribuere non veretur? Quem... modum autem iuxta Saluatorem nostrum nec... est ex radicibus contrarijs contrarios fructus e...

Matt. 7. 18. rescere, nec *potest arbor mala fructus bonos f...* nec è diuerso bona fructus malos producere. ... duo dij suos in hoc mundo cultores valde diu... moribus imbuunt & informant, id quod ap... vera distributione idem Castalio persequitur

Castal. vbi supra. hunc modum. *Verus Deus venit vt destrueret illum ... utniani Dei opera, & hi duo dij vt sunt natura inter ... trarij, sic gignant filios etiam inter se contrarios, ... Calumianus Deus immisericordes, superbos, inuites, ...*

Caluinista qualis. *dos, sanguinarios, calumniatores, fictus, aliud in corde ... in ore gerentes, impatientes, malitiosos, seditiosos, contu... sos, ambitiosos, auaros, voluptatis magis quàm Dei ... tes, omnibus prauis & inhonestis affectibus plenos, ... eis ipsorũ pater suggerit. At alter Deus misericordes, ... humiles, mansuetos &c.*

Hactenus ergo & ratione non dubia, & ipsor... Caluinistarum confessione luculenta, constat ... cto ex Christianorum symbolo Deo patre Christ... rerum omniũ conditore, eius in solio collocan... tanam inferni principẽ & scelerum omniũ mac... natorẽ. Quòd si quis Castalionis testimonio m... rum idoneo non commoueatur, eò quod propr... hanc causam ex castris Caluini ad aliorum E... gelicorum papiliones transfugit, saluem ipsius C... uini suffragio quod est instar mille testium, scrup... lus omnis eximatur, nec de Deo Caluini vlla sup... sit dubitatio, postquam Caluinus ipse suam de ... sententiam toti mũdo peruulgauerit, de qua nem...

poterit ambigere modò illud vnũ recordetur, quod Caluinus adeò mordicus tenet, & pugnaciter vrget *Deum esse malorum omnium authorem*, nec ea permittere tantùm sed etiam efficere, vt ipse arroganter Catholicis aduersarijs insultans se demonstrasse iactat; *Iam* (inquit) *satis aperte ostendi Deum vocari eorum omnium authorem. quæ isti censores volunt otioso tantùm eius permissu contingere.* Instit. li. 1. ca. 18. §. 3

Post hoc Euangelij caput in Gallia aliquot annis satum, pullularunt fratres, specie quidem valde spirituales & religiosi, sed qui postea reliquorum fratrum more in carnem & eam quoque inquinatissimam & vel auditu horribilem desierunt. Initio autem nihil aliud in eorum labris sonabat, quã hoc Euangelicũ quod Caluinus illis dictauerat & tam densis scripturarũ veteris & noui Testamenti copijs communiuerat, *Deum esse omnium scelerum authorem*, quod generale pronunciatum, quum opus esset ad particularia facta applicabat, in quo nullus sana mente præditus poterat illis obsistere. Quanquã illi nec in particulari aliquid affirmabant quod non à Caluino dedicerant. *Quum adulterium fit, à Deo fieri aiebant, quum homicidium, eidem authori* Cal. Instru. aduers. Liber. c. 13. ascribebant. Atque ita quod erat euidentissimum & cuique vel infanti promptum, illũ vniuersalem Caluini truncum (est *Deus malorum & flagitiorum omnium author*) in multas minutas particulas concidebant. Ecquid verò in hoc absurdi latet? ecquid Deo aut religioni contumelioſum? Audiamus Caluinũ ipsum explicantem. *Temulenti* (inquit) *isti à Deo fieri omnia perstrepentes, eum malũ authorẽ constituũt.* Ibid. c. 14. id quod verbatim & syllabatim à Caluino magistro didicerunt. *In quo* (inquit Calu.) *atrociore & sceleratiore contumelia Deum afficiunt, quàm si iustitiam aut potestatẽ eius alio trãsferrent. Quum enim Deo nihil magis proprium sit quàm sua bonitas, ipsum à se* Luculẽta Caluini de Dei iustitia tam cõtr. abne-

abnegari oporteret & in diabolum transformari vnicum efficeret quod ei ab istis tribuitur. Nemo ergo Caluinianus offendatur quum dico Satanam esse eius Deum, Satanam ab eo tanquam Deum adorari, & Christum Deo cum vero Christianorum Deo nihil intercedere communionis. Quamdiu enim magistrum Caluini, aut Zuinglij, aut Bezæ, aut Martyris, aut alicuius istorum Geneuensium apostatarum discipulum sectatur, quamdiu Deum cum illis *peccatorem* asserit, tamdiu *atrociore Deum contumelia afficit quàm si iustitiam & potestatem ei eriperet*, eumque imbecillum & iniustum assereret: tamdiu *Deum verum abnegat, & in diabolum transformat.* vtque eodem loco non minus stomachosè quàm verè idem affirmat Caluinus, ille Deus *qui mali author & effector prædicatur, idolum est quod nobis execrabilius esse debet omnibus gentium idolis.* Gentium enim idola, siue lignea lachra ipsa interpreteris, siue dæmonia quæ simulachris inerant & in illis colebantur, homines ad peccatum *cogere* non poterant, non poterant *inflectere* aut *impellere* voluntatem, non poterant vllam prorsus eorum flagitiorum efficere quæ per homines Deus iste Caluini efficit, & quorum perpetrandorum necessitate homines deuinctos & implicatos opprimit; & tum (quod est summum totius iniustitiæ & tyrannidis caput) miseros peccatores propter eadem admissa, sempiternis in inferno cruciamentis mactat. Ibid.

Atque hic, Christiane lector, ille Deus est quem Caluinistæ isti exclusa sanctissima Trinitate, tot suis laboribus, & libris, & commentarijs, in rempublicam Christianam inducere satagunt. Hic ille Deus est propter cuius Deitatem stabiliendam tot in Polonia sectas, factiones & tumultus concitarunt, propter cuius maiestatē tot in Gallia ciuilia bella gesserunt,

runt, tot Germanorum exercitus conduxerunt, tot Gallorum millia trucidarunt, de hæreticis Anglis, Germanis, Casimirianis, ipsis denique Turcis in Galliam introducentis cõsilia plena sceleris & proditionis inierunt. Hoc denique illud Euangelium est cuius se esse restauratores gloriantur, & de quo per Galliam, Angliã, Flandriam, & Germaniã plantando etiam adhuc consilia communicant, omnes rationes captant: & occultis fraudibus, & apertis viribus, & solicitandis amicis, & submittendis legatis, & conducendis militibus, & hypocrisi, & periurijs, & quibuscunq. possunt machinamentis, quã diligentissimè elaborant, vt aliquando expulso euãgelio Christi & Christianorum, hoc Saranæ & Sataniſtarum Euangelium in istis regionibus florẽat & dominetur. Et tamen adhuc Chtistiani principes dormiunt? & hanc tantam pestem non occultè, non insidiosè serpentem, sed apertè & impudenter grassantem, & in oculos, aures q. & sensus omnium incurrentẽ non aduertunt? aut si aduertũt de ea reprimenda nihil cogitant? Quumq. resp. & ciuitates sibi à Christo concreditas in veterem Paganismum non tacite & sensim labentes, sed palam toto impetu ruentes vident, molliter & æquo animo ferre possunt? Et Catholicos se putant qui in suis regnis talem Mahometismum patiuntur ingraueſcere. Aut Christiani censeri volunt qui hunc Turcismum & Iudaismum non molestè ferũt in suis prouincijs radices agere? Quanquam & Paganis & Iudæis & Turcis iniquus sum & iniuriam facio, quãdo eorum religioni hunc Caluinismum comparo. Iudæi enim & Mahometani Deum verum & vnicum creatorem cæli & terræ aliquo modo colunt. Isti verò qui se non Christianos, sed purissimè Euangelicos dici volunt, postquam Deum Christia-

Caluinistarũ Deus.

norum reiecerunt, hoc est Deum patrem & filium & spiritum sanctum tres personas in vnitate naturæ deinceps nec DEVM Iudæorum, nec Deum Turcarum admiserunt, nec Iouem, aut Mercurium aut Bacchum, aut Venerem Paganorum, (quamuis aliquo modo *Deus illis venter est*; & Bacchum Venerémque quibus & corpora, & animas suas deuouerunt maximè colunt) sed istis & Christianorum, Iudæorum, & Turcarum, & Paganorum Diis omnibus repudiatis, Deum sibi selegerunt, *malorum rem & peccati effectorem* diabolum. Deum sibi præcerunt, non otiosum aliquod idolum, qualia erant Paganorum plæraque, sed idolũ, in flagitijs procurandis operosum & negotiosum, quod Christianum *execrabilius esse debet omnibus gentium idolis*. Quod iuxta rum est, vt est verissimũ, an nõ par est & consequens vt Caluinismus huius tam abominandi Dei imago ror, Christianis *item execrabilior sit quouis gentium idolatria*? vt nec Græcorum impietatem qui Saturnum & Iouem, nec Romanorum qui Faunos & Satyros, nec Tartarorũ qui stellas & arbores, nec veterum Aegyptiorum qui boues, & feles, & crocodilos, & simias copithecos pro dijs honorarunt, magis quam Deum nicum hoc Caluini Euangelium exhorrescere debeamus?

Thul. 3.19 Supra fol. 209.

6. 6. Sed mittamus Deum, veniamus ad homines & breuiter ostendamus quemadmodum hoc venenum Euangelij Caluiniani caput nõ magis fidem Christianam quàm vitã Christianorũ contaminauerit. Fortasse aliquis hoc explicatione non egere. Quia enim Deus peccata vult, & si eius voluntas sit necessitas, quemadmodum iam edocti sumus, ideo ad peccandũ cogimur & impellimur, necessitate omnia peccatis & flagitijs redundare, quemadmodũ modò ex Castalionis demonstratione patuit.

Duæ peccandi regulæ ex priore articulo de Deo peccati autore, per Caluinistas deductæ.

quibus

quidem est. Sed tamen quum ad hæc antecedentia institutio quoq. atque diciplina quædam peccandi accesserit, necesse est peccati regnum augeri, viresq. multo magis roborari *Ars enim adiuuat naturã, & duo vincula fortiùs legant.* Ex hoc igitur vniuersali principio quòd Deus sit author peccati, ad vitam hominũ deformandã duas regulas eliciũt Caluini discipuli; prima est? *Quum omnia sint opera Dei, licet hominibus velut laxis habenis quicquid in mentem venerit agere, non solum quia sumus extra periculum peccandi, sed etiam quia desiderium aliquod cohibere est impedire Deum. Ita scortationes & rapinæ Deo probabuntur cuius sunt opera ita non est curandum vt rapta restituantur, quia non est conueniens vt Deus corrigatur.* Hæc regula quale sit in vita humana Chaos qualis Lerna flagitiorum, quis non perspicit? & tamen quam directè fluat ex priore illo principio de Deo scelera volente & efficiente, quis adeo hebes est & stupidus vt non intelligat?

Prima regula, Cal. Instru. contra Libert. c. 13.

Quum enim Dei voluntas æterna sit & suprema lex ad quam omnia debent dirigi, omniaq. eo sunt meliora quo magis huic æterni legi consentiunt: si Deo mouente, & volente adulteria & incestus fiũt, glorioſum est adulterari, laudabile est stupra, incestus, & homicidia committere, & qui ebullientem in se ad hæc patranda cupiditatem reprimere velit, ille maiestatem diuinam nequiter offendit, cuius voluntati & legi superbè se opponit. Quid enim in scripturis diuinis magis celebratur quam factum Abrahæ, qui filium suum vnicum voluit interficere, quid ita? quia Deo iubente illud opus est aggressus, quam obediẽtiam Deus magis probat quàm sacrificium. *Nunquid enim dominus vult holocausta & victimas, & non potius vt obediatur voci domini? Melior est obedientia quàm victimæ, & auscultare, magis quàm offerre adipem arietum,* quod tamen in veteri testamẽto erat

Genes. 22.

1. Reg. 15 22.

Dan. 3. 40.

Dan. 3. 40. to erat opus præclariſſimũ & inter alia omnia Deo maximè gratum. Quare quum Deum ſtupra velle Caluino docente didicerimus; vt in Abrahamo, filij vnici interfectio, ſic in alijs omnibus ſtuprorum & ſcelerum quorumcunque perpetratio, eadem prorſus ratione, Deo nimirum ea cohoneſtante, in ſanctiſſimis operibus numerabitur, & è contra facinus eſt ſupra quàm dici poteſt horribile, Deo cuius voluntas nobis tam certo innoteſcit, velle obſtare. Vt enim in eodem loco ſanctiſſimus (inquit Propheta,) Deo aliquid iubente & volente etiamſi ratione noſtræ videatur abſurdum, tamen *quaſi pactum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere.* Atque hæc prima **regula** eſt, qua non ſolum flagitia omnia libere fiunt, ſed ita quoq. fiunt, vt ea non facere ſit peccatum; ea autem impudenter & proiecta cum audacia admittere, prædicabile ſit & gloriandum.

1. Reg. 15 23.

Secunda regula, Cal. vbi ſupra contra Libertinos ca. 15.

Secundam **regulam** quanquã perpatum ab hac differentem, tamẽ quia Caluinus eã diſtinctè ponit, nec ego grauabor illius verbis deſcribere. Altera regula eſt, ne *quis vllius rei cõſcientia moueatur. Nec hoc ſolum (inquit ille) ex ſuperius poſitis conſequitur, ſed id ipſum illi confitentur: atq; adeo id præcipuè ſibi proponunt vt ſuppiant conſcientias, quò omni ſolicitudine vacui homines perpetrent quicquid ſeſe offerat, quicquid appetierint.* In hac regula declaranda non immorabor. Vt enim eſt cum priori maximè coniuncta, ita eſt per ſe maximè facilis & expedita. Quis enim ſine ſcrupulo conſcientiæ, quicquid genius & libido iubet non expetat & perſequatur, qui perſuaſiſſimum habet id Deum velle, id Deum præcipere & ad faciendum perrabere? Alias iſtorum ad vitam humanam inſtruendam vel deſtruendã potius regulas, quia breuitati ſtudeo data opera prætereo: vt itẽ quãta ſit Caluini & aliorum

rum in hoc Euangelio disseminando fraus & hypocrisis quia supra admonui hic non attingo. Illud tãtum velim ad memoriam reuocet Christianus lector, in sola Gallia *examen esse doctorum* qui huic Epicurismo seminando diligentem operam nauant, discipulorum tantam esse multitudinem vt ipse Caluinus admiretur. In Flandria autem, Brabantia, Hollandia, & inferiore Germania ita inualuit, & ab hoc Euangelio reliqua Euangeliola tanquam minora animalia à maioribus bestijs aut draconib. ita sunt consumpta, vt eodem Caluino teste, *horribile sit auditu*. In Anglia quoque clarum est non minus latè illud vagari, & non minus efficaciter alias sectas in se conuertere, cui plurimos Euangelij Anglicani præcones & Ministros, imo & multos etiam è Reginæ supremi Ecclesiæ illius capitis Aula adhæresc ere & fauere, Ministri Anglicani quæruntur: & denique illud nostrorum temporum perpetua experientia monstrauit, hunc siue Epicurismũ siue Satanismum (nescio enim quo nomine appellare debeam) Caluinismi perpetuum esse comitem, nõ aliter quàm vmbram corporis, imo vero non minus naturali vinculo alterum alteri adhæresc ere, quàm grauitas inest terræ, humor aquæ, leuitas aëri, & calor igni. Neque certè vel mente & cogitatione concipere possumus Caluinum illa priora de Deo suo prædicantem, quin statim necessariò ista posteriora de diabolo in Dei locum elato, & de securitate atque licentia peccandi sua vi consequantur. Quæ omnia si propter horrorem & fœditatem suam reliquæ sectæ defugiant, si Turcæ, si Iudæi, si Pagani, si nullæ gẽtes talem aliquando impietatem approbarunt, si homines natura duce (nisi quorum natura ab hac pestilenti secta, planè alia facta est) eam odio habeant & auersentur, constat Caluinũ & Caluinistas

Cal. Instru. contra Libert. ca. 4.

Ibid.

E. R. cõtra Familiam amoris &c. Londini an. 1578 f. v.

uiniſtas qui eam aſſerunt & ſcripturarum locis ab tentijs, & ſententiarum inciſis miſerrime huc & detortis defendere conantur, eſſe omnium talium quos vnquam ſol vidit impuriſſimos.

7. 7 Neque verò de Deo incarnato honeſtius tur aut ſentiunt. Quæ de eius natiuitate blate quòd cruentus ex maternis viſceribus effu

De Chriſti in cruce de ſperatione.

eiuſque virginitatem communi aliorum ante more violauerit, ſpurca ſunt & Chriſtianis au indigna. In concionibus & doctrina Chriſti, q multa vt improbria, vt præpoſtera, & ieiuna r hendit vbique in ſua Harmonia Caluinus. In verò ita omnem modeſtiam & pietatem exu vt non minus antea contra Deum in cælis im ſum & immortalem, quàm hoc loco contra D in terris humana mortalitate ad homines hab

Calu hzr. in Mat. 27.

dos veſtitum furioſè debacchentur. Quod Chriſtum in cruce deſperaſſe Caluinus prim ctare auſus eſt, id ita diſcipuli exceperunt, v magis prodigioſam illam magiſtri blaſphemia

Ibi. v. 46. Vne voix dedeſeſpoir eſt eſchappée à Chriſt In Harm. Gallice.

cuſare moliti ſint, eò magis ipſi in eundem ſc lum impegerint, non aliter quàm aues quæ i coſum rete inciderunt, quò vehementius alas mouent vt ſe extricent, eò magis implicantur ſtringuntur arctius. Primum enim quod verb ſcribit Caluinus *elapſam Chriſto deſperationis voc* ipſo Chriſtum grauiter peccaſſe teſtatur. Et ſic addit Chriſtum ſe *mox correxiſſe & non amiſiſſe* quum tamē CHRISTVS temerè & inconſid *hanc vocem* effuderit (id enim phraſis Calu modus loquendi per ſe euidenter ſignificat) breuiſſimum aliquod tempus in deſperatione rit; in illa certè *voce* eoque quantulocunque te re peccator fuit, ideoque nec vllo tempore pe Saluatoris ſuſtinere potuit: qui iuxta Apoſtolum

Elapſa, eſt échappee.

buit semper *esse sanctus, innocens, impollutus, segregatus* Heb. 7. 26
à peccatoribus & à peccato omni. Deinde quum ad explicandam hanc desperationem & desperationis causam aggrediuntur, multò sceleratius Christi dignitatem imminuunt. Quemadmodū enim hominibus vsuuenit vt aliquando doloris magnitudine attoniti obliuiscantur rei eius quam agere debebāt, mensq, aliò præceps & transuersa ab officio cogitādo abripiatur; non aliter Christum aiunt oblitum officij mediatoris quod à patre impositum susceperat, eo crucifixionis tempore à doloreacerrimo superatum, has inconsideratè voces emisisse. Sic Cal. harm. vbi supra. Caluin. nec aliter Beza rem narrat. *Quum Christus ait, pater quid dicam? cogitemus animum in illam iræ infinitæ cogitationem ita defixum, vt singulæ facultates animæ per se nihil decernerent, sed fluctuarent. Deinde quum petit liberari ex hac hora, quum rogat vt discedat calix iste, sciamus animū loqui in illa eadem cogitatione ita occupatum, vt in vnam partem totus vergens penè sibi persuadeat de se actum esse, nec fieri posse vt tantū pōdus sustineat.* Hic iam Christus de salute sua dubitat & desperationi proximus est, ab eaque perparum abest. Stat enim quasi in margine fluminis iam nunc derepentè in illud præcipitandus. Aduertamus iam quemadmodum præceps ab istis in ipsum desperationis gurgitem penitus immergatur. sic enim pergunt. *Postremò quum se iam derelictum vociferatur, cogitemus animum,* non iam vt prius penè desperātem, *& in cogitatione metuq; impendentis mali prorsus occupatum, sed in profundo summæ calamitatis gurgite sepultum, qui ad emergendum maxima cum difficultate luctetur.* Hæc Beza. Ex quo duo contra Christum planissimè concluduntur. alterum, vnumquemque ex istius Euangelici gregis fratribus & ministrellis esse Christo longè perfectiorem; alterum, Christum non nobis vitam sed sibi mortē

Beza in Hebr. cap. 5. v. 7.

Ibid.

Cal. discipulos suos anteponit Christo.

hac animi fracti & desperantis imbecillitate promeritum. Quoad primum, quum isti definiunt fidē

Suprà fol. 348. *non esse, nisi qui diuinæ erga se beneuolentiæ promissionibus fretus indubitatam salutis expectationem præsumit*; quum hoc iterum atque iterum repetunt, & tanquam certissimum Apollinis oraculum vrgent, *fidelem neminem esse, nisi qui suæ salutis securitati innixus diabolo confidenter insultat*, & ad hanc securitatem atque confidentiam vel *vnam fidei scintillam sufficere* voluntque hac fide se iustificari aiunt, hacque potissimùm differentia se à Catholicis distingunt: CHRISTVM autem in his quos dixi dubitationum fluctibus fluctuari impeliunt; manifesto eum faciunt infidelem, & sucer-

Supra fol. 333. Ministrorum quemcunq., Christo longè gratiorem coram Deo, apud quem *fide omnia ponderātur*, & quæ certa & stabili fide aiunt potissimum honorari. Nec quicquam huic monstroso absurdo satisfacit, quod

Inst. li. 2. c. 16. §. 12. Caluinus eodem loco scribit, *fixam in corde Christi fi-*

Instit. li. 3. c. 2. §. 7. 14. 15. *xisse fidem*: id enim etiamsi propter aliam item rationem, impiè, imperitè, & blasphemè dicitur, tamen ab ipso etiam Caluino neruosè refellitur, qui fidem non agnoscit nisi *vbi est certa & firma diuinæ erga nos*

Beza in Luc. 22. v. 4. in Mat. 26. v. 37. ad Hebr. c. 3. v. 7. Caluin. Instit. li. 2. c. 16 §. 11. 12. *beneuolentiæ cognitio, persuasionis certitudo, & constantia certitudo* (inquam) *plena & fixa, qualis de rebus compertis & probatis esse solet*. Christus autē hanc *plenam & fixam certitudinem* non habet, sed hæsitat & fluctuat, & (vt ait Beza) *in summa luctatur angustia, & præmœrore concidit animo, fitq; cōsilij inops, & repugnātia quodāmodo petit*. deniq. *veretur ne succumbat & absorbeatur à morte*. vtq. Calui. addit *metuit ne absorbeatur a morte vt peccator, deq; animæ suæ salute timet*; quæ cum fide, hoc est firma illa plenaque & fixa certitudine, nullo modo possunt consistere. Quare isti qui verbo fidem Christo tribuunt, reuera eum nō minùs concludunt infidelem, quàm is cæcus est cui oculi sunt eruti, & is

mortuus

mortuus cui præciſum eſt caput & euulſa præcordia. Alterum verò, quòd Chriſtus ſibi mortem potius quàm nobis vitam hac diffidentia & deſperatione, etiamſi ad punctum temporis in ea fuerit, ſit promeritus, non minus liquidò conſtat. Nam generalis eſt Proteſtantium ferè omnium doctrina, has de ſalute dubitationes peccata eſſe, idque mortifera; vt alij permulti & Caluinus inprimis acerrimè diſputat. *Cupiditatem enim ſine deliberato aſſenſu, peccatum* eſſe definit. *quumque mens diffidentiæ macbiis perculſa alio circumſpectat*, peccatum eſſe clamat: *præceptique de Deo ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima diligendo* eam eſſe vim ſtatuit, *vt niſi omnes animæ potentiæ in Dei amorem intendantur, iam* [inquit] *diſcenſum eſt à legis obedientia.* In hac autem paſſionis tragædia, animæ Chriſti potentiæ non in Deum intentæ, ſed ab eo auerſæ iuxta iſtos, in impendentis mali cogitatione totæ erant occupatæ. Quum itaque hîc peccatum fuiſſe luce clariùs iſtis authoribus cõſtet, & deinde commune ſit iſtorum axioma, *legi tranſgreſſioni maledictionem Dei & mortem æternam ſemper incumbere*, & peccata omnia ſiue ea que mortalia dicuntur ſiue venialia, hactenus *paria eſſe* teſtante Beza, *vt vel minima minimi peccati cogitatio mortem æternam millies mereatur: id quod* (vt ille ait) *exinnumerabilibus ſcripturæ locis apparet*, conſequens eſt Chriſtum qui plus quàm cogitauit peccatum, quãdo etiam *& vocem deſperationis ſibi elabi* paſſus eſt, longè ſubſidere infra illam ſublimem redemptoris maieſtatem quam hactenus Chriſtiani omnes ei tribuerunt. At Caluinus in huius deſperationis magnitudine exaggeranda longè vlterius prouehitur, quum ita eam explicat vt Chriſtum eaſdem prorſus cum damnatis apud inferos dæmonibus pœnas pertuliſſe aſſerat, & ſine illis mortem Chriſti nihil humano

Caluinus Chriſtum facit peccatorem.

Calu. Inſt. li. 3. ca. 2. §. 17. 18. 19. 20.

Inſtit. li. 2. ca. 8. para. 58.

Calu. ibi. & 59.

Beza in 1. Ioan. 5. ver. 16.

De Chriſti iuxta Caluin. damnatione.

Calu. Inſt. lib. 2. cap. 16. §. 10. mano generi profuiſſe. Sic enim Caluinus etiãm tiſſimè. *Nihil actum erat ſi corporea tantùm morte functus fuiſſet Chriſtus, ſed operæ ſimul pretium erat, ni uinæ vltionis ſeueritatem ſentiret; vnde in locum ſcelerum ſponſor, vas, adeoque inſtar rei ſubmiſſus eſt, qui de deret ac perſolueret omnes quæ ab illis expetenda e pœnas, hoc duntaxat excepto quòd doloribus mortis tuò non poterat detineri.* Et alibi in Catechiſmo *Calu. in Catechiſ. Geneu. ca. de fide.* neuenſi, Chriſti ad inferos deſcenſum definit *horribiles anguſtias quibus anima eius conſtricta fuit, quòd eius cõſcientia hac anxietate torquebatur, acſi derelictus eſſet, imò acſi Deum haberet infeſtum.* Qui mis & conſcientiæ anxietas de Deo infeſto, vi eſt & acerbiſſima pœna qua damnati in inferno ritus conflictantur. Moxque inducens Miniſtr quærentem quemadmodum Chriſtus *huic dam oni ſubiectus fuerit*, hanc vnicam differentiam Chriſti & Iudæ aliorumque reproborum dam onem ponit, *quòd Chriſtus non ita illam ſubijt vt maneret, quodque in illo temporarium fuit in his eſt tuum.* Damnatus ergo fuit Chriſtus licet ad tem duntaxat, eoque damnationis ſuo tempore inter ſum & diabolum quemcunque nihil interfuit, hil penitus niſi quòd damnatio in diabolo eſt æ na, in Chriſto fuit temporaria; eo autem tem quicquid damnati ſpiritus ſuſtinent in inferno, totum Chriſtus pertulit. Atqui maximè neceſſ in ipſa damnationis eſſentia includitur deſper ſicuti vita æterna continet certitudinẽ ſalutis quam amittendæ. Simpliciter ergo Chriſtum peraſſe dicendum eſt non minus quàm Iudam Satanam, niſi quòd illi perpetuò, Chriſtus ad hor tempus in hac inferni flamma permanſit. Qui Caluinus redemptionẽ mundi non morti corp Chriſti ſed morti animę tribuat, hæc autẽ nulla

fingi potest nisi vel peccatũ vel dãnatio ęterna, quẽ- admodũ gratia & gloria æterna est animæ eiusdẽ vi- ta, quũque expresse scribat Christi *morte corporea nihil fuisse actum*, sed in eo positũ fuisse *pretiũ mũdi quòd diros in anima cruciatus dãnati & perditi hominis Christus pertulerit*, qui cum perfecta desperatione intrinsecè sunt copulati; efficitur aut Christum plenè desperasse, aut mundi pretium plenè ab eo non fuisse persolutum. Quò verò magis hos in anima sua cruciatus dãnati hominis pertulit hoc est quò profundiùs in ipso *desperationis gurgite sepultus est* vt loquitur Beza, eo copiosiùs pro mũdi peccatis & abũdantiùs iuxta hanc Caluinianã theologiã satisfecit. Atque hoc nihil est aliud quàm Christũ verè & absolutè redemptorẽ mũdi negare. Quemadmodum enim paulò antè admonui eos specie tenus & extremis labijs Christũ in passione sua fidelem & piũ dicere, fidei tamen sue descriptione, & ratione certissima ex ipsis suæ Theologiæ principijs ducta eũ infidelem conuincere; non aliter etiãsi hoc itidẽ loco eum redemptorem suũ nuncupent, quũ tamen eam redẽptionis peragendę viã statuãt quę nulla est, quę impia est, imò que cũ Christi cõrumelia & Dei blasphemia coniuncta est, & totã redemptionis naturã & redemptoris officium funditus euertit, nõ minus perspicuè eum redemptorem mundi pernegant, quàm Hugonotæ rebelles Carolum IX. regem suum abnegarunt, quando eum nomine quidem tenus regem suum dixerunt, sed quoad obedientiam & subiectionem re illi debitam, nec tributa ei pependerunt, nec edictis eius optemperarũt, & oppida contra eum munierunt, & exercitus in eum duxerunt, & in vrbe primaria Parisiorum obsidentes in magnum non solùm amittendi regni sed vitæ quoque discrimen redegerunt Sardonice nimirũ eum

Calu. Inst. li. 2. ca. 16. §. 10.

Redemptio mundi per Christum facta euidenter negata à Caluino.

eum redemptorem suum vocant, eo planè spiritu &
Matt. 27. 29. effectu quo Iudæi eum regem Iudæorum salutarit.
& non minus aptè regia maiestas Christo à Iudæis
atributa, cum illis eorum conuitijs, sputis, flagel-
& crucifixione; quàm redemptoris officium cu-
hac morte animæ, cum his perditi ac damnati
minis cruciamentis, cum hac desperatione conc-
Quamdiu Christus damnatus. dat. Quum verò ijdiem Christi damnatores cu-
multas horas in hac animæ damnatione versa-
fuisse asserant, [nocte enim quæ passionem antec-
sit, quando in horto precatur, *iam* (inquit Beza) *c-*
Beza in Matt. 26. v. 37. *cipit Christus ad inferos descendere*, quod idem tra-
Calu. Inst. lib. 2. cap. 16. §. 12. Caluinus: illa autem *desperationis vox* ei in cru-
elapsa, eiusdem in inferno damnationis termin-
fuit, adeò vt toto interiecto tempore illos dra-
Hosius de hæres. lib. 1. *anima cruciatus perditi ac damnati hominis sustinuer-*
non mirot si alij Protestantes eum quem a tali-
Lindanus in Dubitatio. dial. 2. magistris tanto tempore damnatum didicerunt,
demptorem mundi esse non potuisse, quin imò p-
petuò damnatum fuisse defenderint: alij nec a-
resurrexisse (quod certè consequens est) præd-
Beza annot. in 1. Cor. 15. v. 23. rint: quorum insaniæ etsi illis insanior Atheus
Theodorus Beza glorietur se *occurrere* corrumpe-
do textum Apostoli Pauli, [*addendum* inquit pu-
textui Apostoli *verbum resurrexit* 1. Cor. 15. v. 2
fanaticorum quorundam somnio occurratur, qui depra-
supplent hunc locum quasi scilicet Christus nondum s-
Resurrectio Christi negata. *rexerit*) tamen si sana mente esset, aduerteret na-
facile vnico verbo occurri posse tam profligat-
impudentibus hæreticis quos tot blasphemis ra-
nibus ipse suique magistri armarunt, & ad quas e-
lorandas multa scripturarum loca traxerunt. Lo-
gè enim aliud est diruere quàm ædificare, va-
rare quã sanare, hæresim serere quàm satã euelle-
extirpare; & nisi planè phreneticus esset, scire-

hac additione magis talium confirmare quàm infirmare audaciam & impudentiam. Quum enim verbatim profiteatur se adijcere textui verbũ quod Apostolus non posuit, quis Euangelicus Christi resurrectionem negans non statim excipiat firmam & inuictam esse eam opinionem, ad quam refutandam tantus Doctor cogitur literas sacras corrumpere, & verbis sacris Apostoli, suum ipsius verbum apponere? Sed abrumpenda sunt ista, & suppressis plurimis huius generis, aliò transmigrandum, nisi velim infinitum Euangelicorum monstrorum sese inuicem complectentium catalogum texere. Vt enim prius vbi de Deò blasphemãt, cum Ario, cum Samosateno, cum Iudæis, cum Turcis, cum diabolis conspirant, & quicquid vspiam sordium à quoquam contra Deum euomebatur, id isti boni Euangelistæ vt purè Euangelicum simul corraserunt: ita hîc vbi de Christo incarnato agitur, quicquid non modo olim à veteribus hęresiarchis, sed etiam quicquid vel apud ipsos inferos in Satanæ officina contra Christi incarnationem, contra passionem, contra redemptionem, contra descensum ad inferos, contra resurrectionem, contra ascensionem, contra iudicium futurum & vitam æternã, aliaque omnia his affinia symboli Christiani capita vnquã fabricari potuit, id isti Caluinistæ in suũ Caluinismũ transfuderũt, & tanquã purã Euangelij doctrinam populis Christi, vi bellica & argumẽtis Vulcanijs obtruserũt.

Bezæ amitia.

8 Ex quibus facile iudicet Christianus lector quæ fides habenda sit stupidissimis istorum Caluinistarum oratoribus qui post hęc omnia, sine fronte asseuerare audent se à Catholicis nõ discrepare in summa religionis Christianæ, sed tantum in *leuiculis quibusdam cæremoniis olim extra scripturas sacras humanitus inuentis*. quoad summam verò fidei, Catholici & Caluini-

8.

Apologie Catholique part. 2. §. pa. 26. 203. 204.

Rameaux d'vn mesme sep. a vous mesme foy.

Caluiniſtæ *ſunt domeſtici eiuſdem fidei, omnes laborant in eadem vinea, imò ramuli ſunt eiuſdem vitis, eadem prorſus fide præditi.* Quales ſunt iſtæ beſtiæ (Chriſtiane lector) qualia monſtra? Qui tot iam annis Catholicos, clamarũt eſſe idololatras, Iudæos, Cananæos, ſacrilegos, ij ſi homines eſſent ſobrij, ſi Chriſtum & religionem non penitus riderent, an Caluinianam & Catholicam fidem dicerent eſſe eandem & Catholicos cum Caluiniſtis eiuſdem eccleſiæ filios & corporis membra & eiuſdem fidei domeſticos? Quin ergo ijdem copulent lucem & tenebras, Chriſtum & Antichriſtum, Deum & Belzebub! Quàm eſt hæc craſſa & ruſtica hypocriſis! Certè ſi Caluiniſtæ à Catholicis non differant niſi quoad *leuiculas cæremonias*, hoc ex eo prouenit quòd credere in Deum patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, in Chriſtum crucifixum, iudicium futurum, reſurrectionem mortuorum, & vitam damnatorum nemque æternam, Caluini Euangelium inter *leuiculas cæremonias* numerat. Et ita quidem eorum ſcriptores doctiſſimi concionantur, vt, ipſe Theodorus Beza his verbis teſtis eſt. *Diſputatur hodierno die de Chriſti ſtatu & officio, quomodo ſit vnum cum patre, de Trinitate, de Deo, de Angelis, de cœna, de baptiſmo, de prædeſtinatione, de liberò abitrio, de ſtatu animarum, de hanc vitam, & cæteris huiuſmodi rebus, quæ neque ad ſalutem per fidem obtinendam vſque adeò neceſſaria ſunt, neque ſi ſciantur reddunt hominem meliorem.* ſic Beza. Atque huius fidei videtur Apologeticus eſſe Hugonotæ, qui nullã videt inter Catholicos & Caluiniſtas niſi in leuiuſculis cæremonijs diſſentionem.

Caluiniſtarum impudentia.

Beza de hæreticis à ciuili magiſtratu puniendis pa. 41.

Eiuſdemque impudentiæ eſt quòd Caluiniſtæ *pa. 190. ad 204.* & nominatim regem Nauarræũ Tridentini Concilij decretis hæreticum haberi autumat, cui *Apol. Catholi. pa. 222. 230.* propterea Concilij fidem ſuis inaniſſimis nugis

quam

quam insanus aliquis Chorœbus murum firmissimum iunceis telis oppugnare molitur. Et tamẽ dũ Caluinistas Catholicos, & regem suum Nauarræũ verbo *principem Catholicum* videtur assęuerare, inuicto argumento eos omnes & singulos hęresiarchas esse conuincit. *Certissimum est enim* (inquit hic Theologaster) *eum tantummodo hæreticum esse qui tuetur opinionem aliquam contrariam scripturis veteris & noui Testamenti, vel qui improbat articulum aliquem fidei nostræ, vt olim Manichæi, Nestoriani, Sabelliani, Ariani, & similes* Non subtiliter examinabo hanc hæretici descriptionẽ, nec quibus articulis fidei & symboli Apostolici aduersetur fides Manichæi, nec vrgebo Vigilantium, Iouinianum, Pelagium, Aërium fuisse & Græcæ & Latinæ Ecclesiæ iudicio hæreticos, quorum tamen hæreses directè symbolo Apostolico non opponebantur. Friuolum est cum isto Androgyno de hæresum natura theologicè & subtiliter agere, qui nihil melius ista intelligit quàm cæcus colores aut asinus lyram. Illud vnum dico, *si certissimum est* eum esse hæreticum qui opinionem habet nouo aut veteri Testamento contrariam, tum certissimum est Caluinistas omnes esse hæreticos, qui de Deo scelerum effectore, de iudicio Dei, de Christo incarnato, perfidiam habent veteri nouoque Testamento disparatè oppositam. Rursus si certissimũ est Manichæos, Sabellianos, Nestorianos, & Arianos fuisse hæreticos, tum certissimum est Caluinistas esse hæreticos, qui certissimò sunt Ariani, vt de Caluino & Caluinianis Ecclesijs *demõstratiuè probatũ* esse ipsi Caluinistæ fatẽtur. Certissimò sunt Sabelliani, vt in miserabili Poloniæ ab eis corruptæ historia non minus *demonstratiuè* constat. Certissimò sunt Manichæi, qui cum Manichæo tollunt liberum hominis arbitriũ, quam fuisse Manichæorũ hæresim

pa. 192.

Omnes Caluinistas esse hæreticos perditissimos.

Supra fol. 276.

August. li. de hæres. Beza in li. de hypostatica duarũ naturarum vnione. Bront. contra Tullin. ger. lib. de maiestate. apud Bullingerum in Coronide an. 1564.

hæresim testatur D. Augustinus. Certissimò sunt ne-
storiani & Nestorianis infideliores, quoniam eorum
alij (vt Theodorus Beza) cum Nestorio defendunt
Christum filium Mariæ esse personam distinctam a
filio Dei plurimique Caluinistæ, vt Ioannes Bren-
tius asserit, *viam præstruunt reducendæ in Eccle-*
siam Nestorij: nec id modo, sed etiam vt nihil credatur
articulis nostræ religionis, sed pro Euangelio *inducatur*
Ecclesiam Ethnicismus, Talmudismus, & Mahumetismus
ita enim syllabatim scribit. Denique si is hæreti-
cus sit qui pertinaciter opiniones non solum falsas
hæreticas, sed etiam nefandas & apostaticas, & pla-
nè Satanicas defendit contra omnem scripturam
contra prophetas & Apostolos, contra ipsam ratio-
nem naturalem, contra omnem Theologiam quæ
mundo condito vel Iudæis, vel Gentibus, vel Chri-
stianis à Deo creatore fuit infusa: si hæreticus is
quem Concilia omnia generalia post Christum na-
tum hæreseos damnant, si hæreticus sit qui fœdis-
ma quæque veterum hæresiarcharum portenta re-
mittit & probat, si hæreticus sit qui nulli articulo
symboli Apostolici fidem habet, nec de Deo patre
nec de filio eius incarnato, nec de spiritu sancto ab
illis procedente, nec de Ecclesia Catholica, nec de
remissione peccatorum quæ in ea habetur, nec de
iudicio futuro, nec de resurrectione corporum, pro-
certissimum est Caluinistas esse in summo gradu
hæreticos & hæresiarchas, quorum de istis omnibus
notæ & testatæ sunt hæreses: ideoque non homi-
sed trunci potius & stipitis est nugari eos à solo Ca-
cilio Tridentino damnatos esse, quos ante Concili-
um Tridẽtinum, Florentinum, & ante Florentinum
Lateranense, & ante Lateranense, Nicænum secun-
dum, & ante Nicænum secundum, Chalcedonense,
se, & denique ascendendo per reliqua generalia
Concilia

Cõcilia vsque ad Conciliũ Apostolicum primum, Consilia omnia, Episcopi omnes ipsique Apostoli vt verissimos Apostatas abominati sunt.

9 Quòd verò idem Catholicus Caluinista *iubet Catholicos diligenter inspicere confessionem fidei Caluinianæ*, eosque pollicetur *comperturos eam esse Christianam*; rectè fecisset si particulatim Cõfessionem quam intelligit expressisset. Quod enim confessiones fidei suæ nouas, varias, contrarias, post annos quadraginta Caluinistæ emiserunt? quot nouas fidei institutiones & Catechismos? Et quid aliud sunt Confessiones eorum quàm paucorum Ministrorũ repentinę opinationes quæ pro temporum ratione, & regionum moribus, & principum volũtate mutantur? Vnde in omnibus Caluinistarũ ditionibus, in Scotia, Anglia, Basileæ, Geneuæ, tot disperatæ fides existunt, maximè autem in Gallia, vbi quũ Caluinistæ nundũ sesquiãno pleno pacem habuissent, eos tantulo tempore vetus Caluini Euangelium fastidisse, & ad *nouum perfectiusque* Libertinorum Euangelium exarsisse, propterea que tantam fidei varietatem, & inter ministros fratresque dissensionem pullulasse, vt *Ecclesia reformata paucis illis mensibus magis fuerit agitata, quàm toto tempore præcedentium bellorum*, ipsi Caluinistæ historici annotarunt. Idem nimirũ semper est in hæresi spiritus, & quod de sui temporis hereticis Arianis scripsit olim Galliarum sanctissimus Episcopus Hilarius, idem de nostri temporis Caluinistis verissimum experimur. *Penes quorundam conscientiam* (inquit ille) *nec pater est pater, nec filius filius, nec Spiritus sanctus spiritus sanctus est: qua occasione, scribendæ atque innouãdæ fidei vsus inoleuit, qui postquam noua potius cæpit a cõdere quàm accepta retinere, nec vetera defendit, nec innouata firmauit, & facta est fides tẽporum magis quàm Euangeliorũ, dum & secundum annos*

9. pa. 203.

Miranda varietas & mutabilitas in fide Caluiniana.

Histoire de Thoum. li. 27 ann. 1572.

Hilarius in libro ad Constantinũ Augu.

ſcribitur, & ſecundum confeſsionem baptiſmi non tenetur. Ex quo tot nunc fides exiſtunt quod voluntates, tot doctrinæ ſunt quot mores, tot pullulãt cauſæ blaſphemiarum quot vitia ſunt, dum aut ita fides ſcribuntur vt volumus, aut vt volumus intelliguntur. Hæc eſt veriſſima huiuſ- maniſmi & Atheiſmi imago. De cuius ſectatorũ id ſolum verè vſurpari poteſt quod de eorũ cog- tis Lutheranis Dux Saxonię Georgius dicebat, qui

Surius. *hoc anno credunt ſcio, quid proximo anno creditur ſint, nec ipſos ſcire arbitror.* Ita quid hoc menſe credun- (vel potius credere ſe ſimulant) Caluiniſtæ, ſ- fortaſſe poteſt; quid autem proximo menſe profe- buntur, nemo mortalium nouit. ita habẽt [vt ide-

Hilar. vbi ſupra. inquit Hilarius] de religione *non annuas* modò, ſ- *menſtruas* quoque, & eas admodum monſtro- fides.

Quanquam nimium illis largior, quando *nuam* cum Arianis, vel *menſtruam* cum Luthera- in eadem fide conſtantiam Caluiniſtis tribuo, quorum *diurna* mutabilitate ipſi Caluiniani fra-

Beza in epiſt. Theolog. 1. pa. 13. conqueruntur. Cõqueruntur dico ipſi fratres qu- frattrum ſuorum tanta ſit in fide varianda leuitas *eorum quæ ſit hodie de religione ſententia ſciri fortaſſe p- ſit, ſed quæ cras de eadem futura ſit opinio, nullus certo firmare queat.* Atque idcirco iſte Centaurus ſemi- mo, qui vt ſciamus Caluiniſtas eſſe Catholicos, mittit nos ad eorum *Confeſsionem* ſingulis annis, menſibus, & diebus, iuxta Miniſtrorum & rep- num mores commutabilem, perinde facit ac ſi ſimiam probaturus eſſe hominem, remittat no- ridiculos oris geſtus quos ſimia quandoque ad minum ſimilitudinem effingit. Nam hæretici & primis Caluiniſtæ, prorſus *ſimiarum more*, vt

Cyprian. Epiſt. 73 in principio. ganter inquit D. Cyprianus, ſimulant aliquan- Catholicos (vt iſte ſtultiſſimus ſcriptor qui ſum-

Apologiam vocat *Catholicam*) & suas confessiones impurissimas quibusdam verbis Catholicis aspergunt quum tamen intus in animo nihil sanè, nihil Catholicè sentiant: non aliter quàm simia ineptis quibusdam gestibus hominem fingit, nec tamen propterea in se aliquid habet humanæ indolis aut naturæ. Denique consideret quisquis vel hæreticus est non planè excors & amens, an ipsa impudentia possit esse magis ēnauiter impudens quàm iste Caluinista qui asserit Catholicos & Caluinistas eiusdem esse *fidei & Ecclesiæ domesticos & fratres*, quando ipsi Lutherani, cum quibus quoad plurima conueniunt Caluinistæ, propter multas tamen eorum infandas blasphemias, eos tanquam planè Atheos ex Ecclesiæ suæ communione eijciant. Sic enim in synodo quadam admodum celebri scribunt. *Quòd Caluinistæ se à nobis pro fratribus agnitos scribunt, id tam impudenter tantaque vanitate ab illis confictum est, vt illorum impudentiam satis mirari nequeamus. Nos verò sicut locum illis in Ecclesia nullum concedimus, ita pro fratribus minimè agnoscimus, quos spiritu mendacij agitari deprehendimus, & in filium Dei contumelios esse.*

Obstupēda Caluinistarum impudentia.

Colloquium Maulbrunense pag. 82. ann. 1564.

10 Verùm ista & si meritò longiorem orationem requirunt, leuiter tamen vt aliquando finem faciam præteruectus, lectorem Christianum oro vt cōuertat oculos ad extremam religionis formā quæ semper in omnibus nationibus eluxit; & deinde quid simile apud Atheos & Epicuros istos inuenit, animaduertat. Apud Paganos erant templa, erant vota, erant virgines vestales, erant sacrificia, erant oracula, erant temporibus aduersis ad omnia deorū puluinaria supplicationes. Apud Iudæos quanta erat Pontificum maiestas, quāta templi Salomonij

10

Externa religionis formaapud Paganos & Christianos.

magnificentia, quanta sacrificiorum varietas, quã-
ta votorum religio, quanta cæremoniarum multi-
tudo, totis legis Mosaicæ libris ostenditur: quin &
Ethnicæ quoque nationes, principes, populique
pe Hierosolimam miserunt, orantes vt pro ipso
crificia fierent. Si Turcas & Mahometanos intu-
mur, illic videmus & templa ornatissima, eaque
padum immensa multitudine sic collucentia, vt
sis Christianis suam in diuino cultu parsimoniam
quodammodo exprobare videantur. Alibi cen-
quingentę, alibi nongentę, alibi mille, alibi bis mil-
le lampades eodem in templo ad honorem Dei
Mahometis semper ardentes conspiciuntur: sac-
ficia fiunt statis temporibus, publicæ preces & con-
ciones multo crebrius, certæ preces singulis diebus
Templa autem sua tanta diligentia custodiunt,
sacrorum tempore si quis alterius quàm Maho-
tanæ fidei ingrediatur, ea pollota existiment, ne
Christianus sine presenti morte eorum sacris pos-
interesse: quæ etsi nimis magna est crudelitas, in-
tamen quòd alterius religionis cultores à suis
cris arcent, religionis formam habent ipsosque
Iudæos & Christianos videntur imitari. Christi
autem semper longè maiori & maiestate sacrorum
& distinctione ordinum, & splendore templorum
& sacramentis atque cæremonijs varijs mirant
conferentibus gratiam & afferentibus reuere-
am semper vtebantur. Semper habebant & tem-
magnifica, & in templis sacella (quæ martyria vo-
cat D. Augustinus quia martyrum memorijs de-
cata) & in vtrisque altaria, ardentesque cereos
lampades Séper habebant & pōtifices, & episcopi
& sacerdotes: semper sacrificia, semper sacramen-
semper dies festos Christi & Apostolorū Martyr-
que actionibus & miraculis vitæque & morti re-
lem

1. Esdrã 7. Munster. Cosmog. lib. 5. pa. 1014. Sansouino del gouerno de i regni lib. 8. Ludouic. patritius Rom. nauigatio lib. 1. ca. 12.

August. de Ciuita. lib. 22. ca. 8.

lendæ consecratos; semper virginum collegia, monachorũ cœtus, aliaque multa quæ hodie in Christianorum hominum ciuitatibus enitescunt, vt mihi necesse non sit singula curiosè enumerare.

Nulla externa religionis forma apud Caluinistas.

At verò Caluinistæ nostri quam habent externã religionis speciem? quam vmbram? quam imaginem? Templorum & sacellorum millia multa in Flandria Fræciaque sunt demoliti; quæ autem prorsus non diruerunt, eorum partem maiorem officinis opificum, aut tormentis puluerique & apparatui bellico, alteram partem suis concionibus, hoc est, aliquorum è tabernis meritorijs ad pulpita euolantium (tales enim plærosque Ministros fuisse perspicuum est) furiosę & seditiosæ gratulitati destinarunt. Ea autem omni ornatu ita spoliarunt, vt nihil minus quàm templa videantur, nihil prorsus à prophanis domibus aut horreis inanibus discrepent. Episcoporũ & pontificum ordinem sustulerũt, & vt nullus esset confusionis & hæresum finis, Ministrorum omnium æqualitatem induxerunt. Nam quòd in Anglia vna suprema põtifex existat, & sub ea eius regijs diplomatis consecrati Archiepiscopi duo, & episcopi nonnulli; *ad reginæ duntaxat beneplacitum in episcopali gratia & gradu permansuri* (id enim legibus diserte cauetur) hoc totũ vt magna Euangelij Caluiniani labes à plurimis improbatur, & à Caluino ipso studiosè refellitur: vtque tandem corrigeretur, & à Beza, & ab alijs Caluinistis multis vehementer est elaboratum. Dies festos, etiam eos qui Christi Natiuitati, Passioni, Resurrectioni, Ascensioni commemorandæ dicabantur, funditus abrogarunt, vt ita sensim Christi vitæ mortisque & totius Incarnationis subreperet obliuio. Altaribus, monachis, monasterijs, virginibus, & ipsi virginitati, omnique castitati tanquam perpetuis Euangelis-

Parlamentum an. 1. Eliza. ca. 3. Calu. Inst. li. 4. ca. 3.

Beza in epistolis.

Histoire de la vie de Calum. ca. 10.

mi sui hostibus bellum indixerunt, eaque pro
runt omnibus ex locis in quibus eorum Euan
mus principatum obtinuit. Vota item & iura
ta quæcunque Deo & Ecclesiæ à sacerdotibus
ligiosis facta ita magnopere despiciunt, vt
Epicurismo nihil sit gloriosius quàm periur
lare fidem, quam incestis libidinibus polluere
tatem, quam sacerdotes cum professis virgi
monachas cum fratribus canino & suillo mo
re; etiamsi tales coniunctiones Apostolus
damnabiles pronunciet, Ecclesia Christiana
per execrata sit, antiquissimæ bonorum Imp
rum leges capitali supplicio vindicauerint.
nem, signum, memoriam, crucem aliquam
vel pictam vel fictam, minus quam ipsi Turc
possunt. Ea enim in templis Græcorum non
ferunt Turcæ, at eadem in tẽplis Catholicorũ
modo tollerant Caluinistæ. In Anglia autem
multi viri opulẽti & nobiles, quàm multæ fa
illustres, & viduæ, & virgines, propter imag
picturas crucesque Christi occulte gestatas
iniquisitoribus repertas, bonis mulctatę sunt,
fæ in carceres, & in magnum vitæ periculum
ctæ, lamentabilis multorũ experientia docet
deliſſima lex contra eas Christi imagines ex
so condita testatur. Quid sacrificia replice
quibus abolendis non solum à Iudæis & Ch
nis eos discessisse diximus, sed etiam Turcas, A
taros, & Canibales, nostris sacerrimis Euang
esse multo religiosiores ostendimus.

3. Timoth. 5. 12. Concil. Carthag. 4. can. 104. Cod. lib. 1. tit. 3. de Episcopis & clericis. §. Si quis.

Parlamentum anno Eliz. ab. 13. ca. 2.

Quid sacramenta commemorem? quæ Ch
& Apostoli Ecclesiæ septem reliquerunt, illi
statim incursu quinque & re & verbo destruxe
duo autem quæ superesse videntur, quanquam
bo in suis synagogis aliquo modo tolerent, re

Sacramẽta Caluinistæ habent pro meris nugis.

pro sacramentis non habent, nec de eis quicquam præclarius quàm de prophanis nugis existimant. Ecquid enim istorum iudicio baptismus confert ad delendum peccatum originale, ad purgandam animam, ad sanctificationem conferendam, ad quicquam spirituale operandum? nihil penitus. Ex quo fit vt Theodorus Beza tanquam absurdissimos irrideat illos *qui peccatum originale leuicula aquæ aspersione* (sic enim contumelioſe baptismum vocat) *ablui volunt*; moribusque Ecclesiæ Geneuensis susque deque habetur, siue baptizatus siue baptimi expers infans moriatur. Caluinus vbique nullam esse baptismi necessitatem clamitat. Zuinglius minus esse gratiæ & efficaciæ in baptismo quàm in quacunque Iudaica cæremonia legis Mosaicæ sæpenumero varijs in libris inculcat, & plurimis argumentis astruere laborat. Denique Petri Martyris, Buceri, Bezæ, Caluini Gallorum & Anglorum, omniumque Caluinistarum constans est opinio, & ex eorum doctrina necessariò sequitur, Turcarum liberos multos etiamsi baptismo careant, quia prædestinati sunt, æterna cũ Christo in cœlis fœlicitate potiri: Christianorum autem liberos permultos statim à baptismo morientes, quia prædestinati non sunt in æternos cum diabolo ignes præcipitari: adeò vt baptismus in alterutram partem nec tantuli sit momenti. Ita quod in initio teste Erasmo tectè quidem desseminabãt *baptismũ infantibus nõ salutis sed honoris causa dari, qui tamen non prosit nisi prædestinatis, imò nulli sit necessarius*, id iã publicè non solum in Anabaptistarum, sed Caluinistarum quoque & synagogis, & libris, & concionibus sonat & commendatur. Quod si *baptismus* Christianæ vitæ principium, inanis tantum & superflua cæremonia apud eos æstimatur; *cœna* quam vocant, quãto magis ridicula & ieiuna

Baptismus.

Beza in 1. Ioan. ca. 5. v. 16.
Caluin. in antid. art. Parisiens. & Instit. lib. 4. ca. 15. §. 20. & 22.
Zuingl. to. 2. lib. de baptismo. tract. 1. fo. 59. & 71.
Martyr commetar. in Rom. ca. 4.
Bucer. in Matt. cap. 3. Beza & Calu. in li. de prædestinat.
Bullinger. decade 5. sermo. 7.
Fusc. indisputat. cum P. Campiano in turre Lõdinensi.
Eras. in epist. ad fratres inferioris Germania.

Cœna.

Luther. in confessio. Ecclesiæ Tigurinæ tractat. 3. fol. 111.

& prophana est compotatiuncula? Id quod non tantùm Lutheri istorum patriarchæ auctor te ductus qui ita perspicuè scribit, istorum rum *cœnam non nisi communem quandam & q nam comessationem esse, à vulgaribus cœnis hom quantium nihil differentem*; sed cœnæ eorum & descriptione quam ipsi fratres adhibent. enim religionis & sanctimoniæ cœnis suis quæ in Christianorum hominum vulgari taculis non æque manifestis indicijs compe Consecrationem qualis in Ecclesia fit, m vocant & nullam agnoscunt. Corpus & nem Christi à cœna sua tam longè remouen cœlum abest à terra, quod Beza in Colloq issiaceno sæpe vsurpabat, & est communis nistarum omnium sententia. Sanctifica nullam cœnæ suæ ascribunt, imò cinerem testamento veteri, vel quamcunque inan legis vmbram magis sanctificasse Iudæos, cœna aut baptismus sanctificat Christianos, sertè scribunt, & nos quoad cœnam illis pe

Zuingl. to. 2. ad Luthert confess. respon. fol. 435. & ad Mat. Ratlinj. fol. 155. & ad Theod. Bilic. fol. 261. Beza theolo. epist. 1.

tibus assentimur. Quid multa? *panis panis est, ter panem est quicquam amplius*, inquit sæpen Huldericus Zuinglius, cuius sententiam sim ter & absolutè amplexus est Caluinus cũ Be Geneuensi teste Theod. Beza. Et quid diuin religiosum nos illic suspicemur, vbi ipsi cõ tur *panem panem esse nec quicquã amplius*, eum panibus Iudaicis nihilo præstantiorem! vbi v mos eorum qui præsentes adsunt retineant uinum quippiam supra vulgares cœnas in

Vide ordinem cœnæ Geneu. & Tigur.

suis Caluinianis arbitrentur, eas peragunt ad lam prophanã, ritu cõmuni, cõmunibus ve poculis & vitris à taberna sũptis; nihil prorsus bẽt solenne nihil quod diuinã cæremoniã

aliquo modo repræsentet. Nam quòd dicunt se in compotando recordari mortem Christi, quod sæpenumero fortasse falsum est, quis Christianus in ientaculis & cænis vulgaribus eiusdem Christi morté non aliquando ad memoriam reuocat? Quòd ipsis compotatibus caput aliquod Euangelij prælegitur, nec hoc est in cœnis domesticis Christianorum inusitatum. Si psalmos metricè fratres & sorores amicè cantillant, hoc vbique fieri potest: & in tonstrinis Anabaptistarum & Libertinorum communiter fit; & ad sanctimoniam, ad religionem Ecclesiasticā nihil pertinet. Nihil denique quum omnia circumspexerint reperire poterunt, quin perpetuò verum erit, quemadmodum ipsis confitentibus eorum baptismi ordinarijs Iudæorum lotionibus nihilo præstant, ita eorum cœnæ communibus bonorū Christianorum cœnis & iantaculis multò sunt inferiores. Quare in Caluinismo nihil hactenus apparet cur omnino religionis, non dico veræ, sed neque veræ neque falsæ nomen obtineat. Omnia enim à se repulit quæ religiones vniuersæ siue veræ vt Christianorum & Iudæorum, siue falsæ, vt Turcarum, Paganorum, Tartarorum, tanquam generales religionis notas & principia vnicuique religioni siue veræ siue falsæ communia asciuerunt.

II. Denique ne diutius in particularibus persequendis hęreā, hoc vnico perillustri exemplo quàm sit in Caluinismo nihil prorsus vel sinceræ vel simulatæ religionis, quiuis facillime percipiat. Tertullianus explicans quemadmodum Pagani in suis nefandis ritibus ad decipiendos simplices, aliquam Christianæ religionis vmbram præferebant, ita scribit. *Diabolus ipsas quoq; res sacramentorum diuinorum in idolorum mysterijs æmulatur. Tingit & ipse quosdam, vtiq; credentes & fideles suos, expiationem de lauacro repromittens* II. *Tertul. de præscrip.*

tens: signat illic in frontibus milites suos, celebrat panis & vini oblationem. Quid quòd & summum pontificem in rem nuptijs statuit? Habet virgines (vestales) habet & continentes. Hæc vtique antiquitus in Apostolica Ecclesia credebant Christiani: taleſque erant religiones Christianæ ritus & sacramenta. & Ethnici quamquam erant atrociſſimi religionis Christianæ hoſtes, tamen quum fallere vellent, aliquos veritatis colores diabolo ita ſuggerente ſuis ſuperſtitionibus inducebãt. & hæc tam multa de peccatorum remiſſione in baptiſmo, de ſacris illis poſt baptiſmum & in confirmatione cæremonijs quum tanquam milites & athletæ Christi eius cruce ſignamur & oleo inungimur, in oblatione myſtici panis & pocu-li, *quæ etiã in myſterijs Mythræ* (referente Iuſtino Martyre) *imitati ſunt dæmones*, in caſtitate pontificum, & virginitate veſtaliũ, à Chriſtianis mutuati ſunt Ethnici, vt homines ſimplices è Chriſtianis effici Paganos non adeò fuerit mirum, quando in tam multis Pagana falſitas præ ſe tulerit Chriſtianam veritatem. Neque dicendum eſt quod homines quidem ſtupidiſſimi nugantur, iſta idcirco mala fuiſſe quia à Paganis ſuſcepta, quum eodem argumento totã Chriſtianam fidem damnare poſſint & debeant. Diſcant potius à D. Hieronymo *hinc argui negligentiam ſanctorum qui id facere nolunt, quod bonum eſſe etiam huius ſæculi homines non ignorant.* Diſcant diſtinguere cum D. Auguſtino *non hoc culpari in ſacrilegis ritibus Paganorum quod conſtruant templa, & inſtituant ſacerdotia, & faciant ſacrificia: ſed quòd hæc idolis & dæmonibus exhibeãt.* & eodẽ in loco. *Quum hæc exhibentur Deo ſecũdum eius inſpirationem atque doctrinam, vera religio eſt, quum autem dæmonibus ſecundum eorum impiam ſuperbiam, nouæ ſuperſtitio.* Ergo videmus in Paganis vel perditiſſimis fuiſſe aliquam Chriſtianæ fidei adumbrationem. [illegible] in Ca-

Paganiſmus multò magis conuenit cum religione Chriſtiana quam Calviniſmus.

Iuſtinus Mart. in 2 Apolog.

Hieron. l. 2 cõtra Iouiã Auguſt. in epiſt. 49

in Caluinismo, istorum omnium quod est vel vnicũ vestigium? Non fidelibus suis expiationem in baptismo promittunt? imò post baptismum contendunt se nõ minus esse pollutos & fœtidos quàm ante baptismum fuerant: inest enim totum virus peccati originalis vt prius, nec *leuicula aquæ aspersione* vlla ex parte abluitur. Nũ signant in frontib. milites suos? imò consignationes omnes, & cruces, & inunctiones, & cærémonias baptismo adiunctas, & ipsum Confirmationis Sacramentum longissimè à suis synagogis repulerunt, nec quicquam apud istos dedecorosius habetur quàm cruce Christi vel in sacramento, vel extra sacramentum frontes suas signare. At habent oblationem panis ac vini? Quid oblationis & sacrificij mentionem facimus, quod isti longé subtilius quàm veteres Pagani in Schola Satanæ eruditi didicerunt cum sacrificio Christi non posse consistere, ideoque nec nomen sacrificij in suis cœnis ferunt. At eorum Pontifices vnis nuptijs sunt contenti, & valde æstimant continentes, plurimumque honorant virgines? Atqui iam antè ostendimus quoad hæc esse istos ipsis Paganis & Turcis tanto lutulentiores, quãto religio Christi est impietate Mahometis vel Paganismo excellentior. Nam quũ illi vel sola ratione suadẽte, in suis virginibus & monachis, & pontificib. hãc puritaté reuereantur, sola isti vẽtris & Veneris mãcipia qui nõ magis à stupris quã à cibis possũt cõtinere, bigamos & trigamos Apostatas, suos Ministros & Superintendẽtes creãt, continentiã & virginitatẽ vt naturæ nec possibilẽ quidẽ auersantur, *copulationẽ* aũt cum fœminis, *ordinationẽ Dei sanctã & tum à Deo tum ab omnib. hominibus ac angelis* (ô fœdissimos Veneris & Priapi idololatras) *honorandam* aiunt: ideoq. & Stygius ille Cerberus Lutherus monachum quẽdam voto castitatis alligatũ, sed

Supra fol. 185.

Supra cap. 4. §. 2.

Illyric. glos. in ca. 13. ad Heb.

Nota mirandam Theologiã.

ſed iam libidine prurientem, ne tamen palam acti-
teretur aliquo conſcientiæ ſcrupulo impedimen-
Luther. to. 5. in epiſt. ad clariſſi-mum uirũ Volfgan. hortatur vt *clauſis animi oculis, quantocius opus ip-*
(inſtar canis) *aggrediatur, ad quod* (inquit) *a Deo im-*
ti ſumus, & quod non minus quàm cibum capere, reu-
neceſsitas; & quod vtrumq; ex æquo Deus fieri impera-
Hæc iam ſingula ſi cum illis Ethnicis conferan-
quid eſt in Caluiniſmo Chriſtianum, quid religi-
ſum? imò quid humanum, quid non fœdũ & ſu-
cum, quid non ſimpliciter diabolicum? Ergo
ſunt Caluiniſtæ ſupra Paganos frontis incredibi-
ter effrictæ, quum illi à Chriſtianis tam multa
mutuati, hi nihil penitus memoria dignum, è Chri-
ſtianorum fide ad ſuum Euangelium traducunt.
Quòd ſi tamen *diabolus Paganos illos edocuit* vt veru-
Tertullianus, ſi nihilominus Pagani illi qui
multa hauſerunt à chriſtianis, in æternum dam-
remanſerunt: qualis & quantus diabolus Calu-
ſtas format & regit? & iſtos quis neget Paganis
decies nequiores & execrabiliores habendos e
qui præ reliquis puriſſimi chriſtiani cupiunt vide-
& tamen nullam particulam aſſumunt chriſtia-
fidei, cuius tam multas partes in ſuam impietat
transferebant Pagani.

12. 12. Quemadmodum autem ex iſtis magnam
Paganiſmi ſupra Caluiniſmum excellentiam lu-
dò conſtat, ita etiam & Lutheraniſmum caluini-
mo longè eſſe honeſtiorem, ex mutua vtriuſque
Lutheraniſmus melior Caluiniſmo paratione nullo negotio perſpexerit is qui Luthe-
ranorum ritus vel ex libris vel experimento didicit.
Nam & templa ſua magis ornant, & Chriſti m-
memorias, ſigna, cruces, imagines minore od-
proſequuntur, & de baptiſmo peccata remitten-
minus ſentiunt abſurdè, & Chriſti verbis de Euch-
riſtia maiorem adhibent fidem, & ſpeciem quan-
confeſſio-

confessionis atque pœnitentiæ retinent, nec contra Trinitatem tam horribiles opiniones spargunt, nec ita præfractè & promiscuè Christi diuinitatem oppugnant, nec ita blasphemè & furiosè Christo crucifixo insultant, & quædam in eorum synagogis remanent non prorsus intoleranda, vt quamuis quoad plurima sint Paganis (vt suo loco ostensũ est) scelaratiores, quoad pleraque tamen sint Caluinistis moderatiores. Neque tamen propterea vel illi sibi placeant quod Caluinistis præferuntur, neque item quod quædam habeant Christianis similia quum Pagani habuerint longè plura, & ea quoque Christi fidei similiora. Et quanquam longè plurima haberẽt cum sanctissima Christi disciplina communia, tamen ea pauca in quibus à christiani orbis communione se disiunxerunt, eos non minus quam Paganos efficiunt à redemptione per Christi sanguinem parta alienos & æternis inferorum flammis obnoxios. Præclarè enim de schismaticis vniuersè D. Augustinus Ecclesiam sic inducit loquentem. *Shismatici in multis erant mecum. Habebant baptismum, in eo erant mecũ. Festa martyrũ celebrabant, in eo erant mecũ. Paschæ solennitatẽ frequentabant, in eo erant mecũ. Sednon omnino mecũ. In omnib. sacramẽtis mecũ, in vna charitate nõ mecũ in schismate non mecũ, in hæresi non mecũ. In multis mecũ, in paucis non mecum. Sed in his paucis in quibus non mecũ, non eis prosunt multa in quibus mecum, ita asserente Apostolo Paulo 1. Corinth. 13.* Adeò vt etiamsi solo schismate laborarent, aliàs verò crederent Catholicæ (nunc autem præter schisma, in dogmatibus plurimis, ijsque perabsurdis & supra modum horrendis atque monstrosis sentiunt hæreticè) solum tamen schisma eos in æternum à Dei visione & fœlicitate Christianis fidelibus comparata excluderet. Neque verò adeo magnum est Caluinistis antecellere, de

Augustin. in psal. 54.

affirma-

quibus veriſſimè affirmari poteſt quod impudens illud Caluini os de Frãciſco I. Chriſtianiſſimo Galliarũ rege,& alijs eius tẽpeſtatis principib. turpiſſime euomuit, eos eſſe non modò *fatuos & brutos*, ſed etiã *quaſi aſinos brutorum animalium*: hoc eſt ſi de Caluino & Caluiniſtis interpreteris, omnium non ſolũ bipedum ſed etiam quadrupedum nequiſſimos, a quorum Euangeliſmum exonerauit Satanas vorum hæreſiarcharum fœdiſſimas ſordes & ſtercora & præterea, noua adiecit opinionum monſtra afflatu ab iſtis excogitata, quæ nemini ante hunc diem in mentem venerunt, & quæ nemo vnquam niſi planè à Satana poſſeſſus, vel concipere in animo, multò minus efferre palam & libris defendere eſt auſus.

Cal. prælect in Daniel. ca. 6. v. 3. 4. fol. 70.

Supra fol. 250. 251

13. 13. Ne verò quis hæc tragicè aut ſtomachoſè dicta exiſtimet, apud ſe reuoluat animo & ſerio expendat quæ iam adeo clarè & euidenter demonſtrata ſunt vt nulla tergiuerſatione poſſint excuſari, quæ plæraque in oculis orbis Chriſtiani geſta ſunt; quum viderit iſtos cum Deo Patre, cum Filio, cum Spiritu ſancto, cum Chriſto crucifixo, cum Sanctis, cum ipſa natura & ciuili honeſtate, quaſi ſingulare bellum gerere; quum aduerterit eos ſublatis inferis, ſublato extremo iudicio, euerſis diuiniſſimis ſidei Chriſtianæ myſterijs, nihil ſanum Chriſtianis reliquere; quum deprehenderit eos corrupta virtutum & vitiorum natura pro caſtite libidines, pro vera & iuramentorum ſeruata religione apoſtaſias & periuria, pro veritate mendacium, pro modeſtia audaciam, pro pudore impudentiam, pro pace rebellionem, pro pulcherrimo virtutum choro turpiſſimam vitiorum cateruam inducere: & ad extremum vt ſectarios ſuos in omnibus flagitijs ſuſcipiendis deſperatè improbos reddant, quũ Deum

Horribilis Caluiniſmi impietas.

velle, Deũ ad ea mouere & impellere & cogere defendat, Deũ eorũ cauſam, & effectorem & authorẽ & impulſorem prædicent; hæc qui recogitat, is certè ne dubitet eos qui iſta iactare audent nõ eſſe homines, vt qui nihil pudoris, nihil rationis, nihil humani præter externã formã præ ſe ferunt; multò minus eſſe Chriſtianos, vt qui nec ſimulant quidem religionem Chriſtianam, & à qua infinitis gradibus longius abſunt quàm vlli aliquando Pagani & Ethnici. Et ſi Spiritui ſancto per Eccleſiam loquẽti, per Cyprianos, Tertullianos, Auguſtinos, Naziãzenos, Baſilios, Hieronymos veritatem enũcianti, ſi manifeſtæ rationi idem conuincenti credat, credat quoque Caluiniſmum qui eſt tam multarum blaſphemiarum & hæreſum infima & profunda cloaca, non minus ſuperari à Paganiſmo quam rubiginoſum ferrum aut ferri ſcorià vincitur ab argento.

Caluiniſtas eſſe vera monſtra in Eccleſia Chriſtiana.

Credat non eſſe vanitatis poëticæ aut amplificationis oratoriæ, ſed ſimplicitatis Chriſtianæ & veritatis Catholicæ, quod Caluiniſtæ ſunt Chriſtianis vera monſtra & portenta, quæ à Chriſtiana ſpecie multo magis abhorrẽt quam ab humana ſpecia tricorpores Gerionis aut centimani Briarei, aut media ex parte boues vel equi, altera ex parte homines, Centauri & Minotauri. Credat denique, non fictè & Metaphoricè ſed plenè & cathegoricè dici, quòd per Caluiniſtas tanquam per tubos & canales ſuos loquatur Satanas, ſuumque in Eccleſiam Chriſti virus euomat. Si enim vere per prophetas & viros ſanctiſſimos loquitur Spiritus S. ſi itidem verè per pſeudoprophetas loquitur diabolus, ſi diabolus ſit *in ore falſorum prophetarum*, ſi Saulem *inuaſit ſpiritus malus*, ſi in *Iudam intrauit Satanas*, ſi verum eſt illud Apoſtoli, Chriſtianæ fidei hoſtes *teneri à diabolo captiuos ad ipſius voluntatem*, ſi in omnibus hæreticis viuit & regnat diabolus

Caluiniſtæ poſſeſſi à diabolo.

3. Reg. 22 23. 1. Reg. 16. 14. Luc. 22. 3. 2. Tim. 2. 26.

diabolus, quód est patrum antiquissimorum commune axiôma; tum certè Caluinistas quos omnibus qui hactenus extiterunt hæreticis impuriores esse probauimus, non aliter quàm vera mancipia miseris compedibusque vincta à diabolo ad suâ libitu huc illucque rapi & ad omnem diaboli voluntatem perficiendam impelli, tam verúm est quàm ullum verissimum, tam verum est quàm vera sunt ipsa Spiritus sancti in scripturis oracula quæ hanc nostram certissimam veritatem tradiderunt: breuiter

Luther. supra fo. 167 verum est, vt ipsi etiam Catholicæ veritatis capitales aduersarij, rei euidentia omnium oculis exposita victi largiantur. Denique vt concludam, reuocemus memoriam Christianus lector, quid magnum

Hieron. cõtra Vigilantium. Ecclesiæ lumen D. Hieronymus de Vigilantio dixerit, quem cum *vlulis*, & *Onocrotalis*, & *Leuiathan*, *Behemoth* comparat, quem cum *Cerbero*, & *aprum manthio*, & *Nemæo leone*, & *Chymera*, & *Hydra* multorum capitum copulat tanquam prodigium illis similimum, quem *portentum* vocat *in vltimas terras deportandum*, quem denique ab *immundo spiritu occupatum* non dubitat. At quæ erant istius Vigilantij hæreses propter quas tanta acerbitate in eum sanctissimus vir inuehitur? Dicebat nimirum Sanctorum reliquias *non esse venerandas, ad eorum sepulchra non esse orandum*, *Ecclesiæ consuetudinem ad martyrum honorem plurimos*

Hieron. ibi. *reos accendentis reprehendebat, & Sanctorum inuocationem damnabat vt impiam.* Has opiniones testes D. Hieronymo ante Vigilantium nemo in orbe Christiano conceperat præter vnum Eunomium hæreticum, & Porphyrium Christi & fidei Christianæ risorem; & propter has opiniones nunquam antea auditas & Christianis hominibus maximè prauas, Vigilantium hunc D. Hieronymus opstupens tanquam *monstrum tale*, quale tota Gallia prius

quam

quàm vel viderat vel audiuerat. Hæc notet & consideret Christianus, & deinde cum Caluinistarum prodigiosis paradoxis componat, & quum deinceps perspexerit Vigilantium Caluino, eiusque deliria Caluinistarum furoribus tanto esse inferiora, quanto nanus minor est Hercule, verruca monte, festuca trabe, & culex elephanto, tum demum intelligat nihil hactenus de Caluinistis odiosè fuisse amplificatum. Tum demum tanquam bonus raciocinator discat primitiuæ Ecclesiæ statêra à minutis hæreticis ad istos grandes hæresiarchas pendendos gradatim ascendere. tum (inquam) discat quàm immenso odio Caluinistas hæresiarchas maximos & profligatissimos Christianę fidei zelus prosequi iubeat, quãdo sanctissimi patres istos antiquos horum comparatione minimos & inchoatos hæreticos, tanquam vera monstra & Ecclesiæ Christianæ pestes tantopere exhorruerunt.

Caluinistas Galliæ, quos vulgaris loquendi consuetudo Huguonotas vocat, nec Christianæ nec politicè esse Gallos.

CAPVT VI.

1. *Ea qui superiori capite de Caluinistis Theologicè probata sunt, hic ex eorum in Gallia rebus gestis practicè demonstrantur. Primoq; statuitur reipublicæ Gallicanæ vim & naturam duabus partibus maximè cotineri, religione Christiana Catholica, ad quam Galli ætate Apostolorum à multis Apostolis clarissimis conuersi sunt.*

2. *Horum Apostolorũ suorum sanctas reliquias Galli Chri-*

stiani iuxta pium primitiuæ Ecclesiæ morem, ob varias ratio-
nes perpetuò seruarunt, vnáq; fidem ab eis traditam pu-
absq; vlla hæresis contagione ad nostram ætatem tenuer-

3. Altera reipub. Gallicanæ pars est obedientia legitim-
magistratibus Gallicanis, eiusdemq; reipub. contra i-
defensio.

4. Gaspar Colignius cum suis Caluinistis, nam
Gallia regnum veteri Gallorum regno & regi oppo-
partim vi, partim fraude & hypocrisi exorsus est; cu-
pulus (Caluinistæ) Galli vocari nullo modo possu-
neque rex eorum Colignius regis Galliæ nomen sib-
terat vendicare: qui tamen mendacijs impudentis-
Germanorum multas legiones seduxit & conduxit
tanquam vero regi contra Carolum falsum regem
litaturas.

5. Quod religionem & Ecclesiasticа, Caluinista
ribus Galliæ Christianis hostes infestissimi, Ecclesia
que vastant & demoliuntur sacrilegè vt olim Pag-
Sanctorum, Martyrum, Confessorum, Apostolorum
pora & reliquias è monumentis effodiunt & incendu-
in Christum ipsum valde sunt contumelioſi: in sanc-
tes autem Christi, longe sunt immaniores quàm ip-
aut Turcæ.

6. Hæc autem adeo horrenda faciunt, vt Calcitæ
ze Apostolorum suorum hominum improbissimorum
riam consecrent.

7. Conclusio, quoad fidem Christianam, potissimu
resurrectione (in qua est summa religionis Christ-
quoad honorem Christo, Christiq; & Christianorum
numentis, & humanitatem Christianis exhibitam, I-
nos & Turcas, magnum Turciæ tyrannum, & Indiæ
postatam esse meliores Christianos quam sunt Caluin-

8. Quoad ciuilem obedientiam erga leges Gallia-
edicta regum, Caluinistæ nihilo magis sunt dicendi Gal-
pote qui ea omnia licentiosissimè transgrediuntur.

9. Cal-

9 Caluinistarum in Gallia regnum à Gaspare Colignio Admiralio eorum rege fundatum, à Gallorum rege & regno eorumq; populus à Galorum populo, & politia à reipub: Gallicanæ politia non minus distincta est, imò multum magis contraria est, quàm Anglorum vel Hispanorum respublica.

10. Non modò Caluinistæ aperti sunt Gallorum & reipublicæ Gallicanæ hostes, sed etiam in bello cum eis gerendo, iura gentium minus seruant quàm vllæ barbaræ Paganorum nationes cum suis hostibus: vt primò quod regis legatos de pace missos, vel admittere & audire noluerunt. vel admissos contra ius gentium violarunt: & bello non indicto, hostiliter ciuitates regni contra regem occuparunt.

11. Secundò, quod Nobiles Gallos vel in prælijs captos, vel data & accepta fide deditos, perfidiosissimè trucidarunt.

12. Tertiò, quod fœdera & conditiones pacis regi iuratas perfidè violarunt, & in suo Euangelismo putant grande peccatum esse regi Gallorum vel cuicunq; principi Catholico fidem iuratam seruare, si cum aliquo hæresis suæ commodo possint eam frangere. id quod ex eorum & Theologia & praxi demonstratur. Ex quo fit vt Caluinistæ necessariò sint omnibus Paganis longè perfidiosiores.

13 Quartò, quod plebem Gallicanam multo truculentiùs quàm vlli externi hostes varijs supplicijorum generibus macrauerunt.

14. Quintò, quod omnes externos Galliæ hostes in Galliam ad eam depopulandam euocauerunt, illiscq; ad eam expilandam opitulati sunt.

15. Conclusio, quòd Caluinistæ tum quoad Christianam Galliæ fidem, tum quoad ciuilem obedientiam erga leges, & defensionem Galliæ contra hostes, minùs Galli sint quàm vel olim Normanni, vel hodie Burgundi & Angli. & quòd Caluinistæ multo magis quam illi hostes, & regem Galliæ ad iniquissimas pacis conditiones compulerunt, &

grauioribus tributis clerum & populum & regnum totum oppreſſerunt; & maiores Gallorum ſtrages ediderunt, vt nulla ratione inter Gallos numerandi ſint, ſed non minus in repub. Gallicana, quàm in Eccleſia Chriſtiana Catholica vera monſtra exiſtimandi.

QVanquam verò difficile non ſit homini intelligenti, cum cauſas rerum videt proſpicere effectus: cum flammam in ciuitate accenſam nouit, quantum ſit futurum incendium colligere: cum magnorum fluminum aggeres a maris fluctibus oppoſitas moles ruptas viderit, de vicinis agris pagiſque aquarũ inundatione ſubmergendis anticipatam notitiam habere, etiamſi preſens oculis ſuis damnum illatum non intueatur: tamẽ quia nõ omnes cauſæ effectus qui expectantur neceſſariò pariũt, nec cuiuſuis eſt ex antecedentibus conſequentia prouidere, quod aliquam requirit dexteritatem & ingenij acumen; nec omnibus vacat ad euentus rerum ex cauſis perſcrutandos aciẽm mentis intendere; tum verò quia experimento compertum verum eſſe illud.

Horatius. *Segnius irritant animos demiſſa per aures*
Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus,

multoque tenacius inhærent & vehementius afficiunt, quæ oculis quàm quæ mente, quæ manibus quàm quæ ratione, quæ ſenſu externo quàm quæ interna cogitatione comprehendimus: vt vtroque modo huius de qua agimus ſectæ naturam lectores concipiant, hoc ordine progrediemur, vt cuius primò quaſi ſementem ſpectauimus, eius hoc loco meſſem contemplemur, cuius illic arboris radices ſed obſcurius quaſi profundè in terra defoſſam deſcripſimus, eius iam ramos altè ſupra terram prominentes

nētes & latè diffusos, fructusq. inde enatos intueamur & degustemus. Quos etiamsi è Polonia, & Flādria, & Anglia, & Scotia in quibus potissimum hic Caluinismi truncus creuit possemus decerpere, tamen quoniam Gallis quibus plurimum debemus potissimum laboramus, illisque vtpote quondā fortissimis in Europa Christianæ fidei defensoribus pristinam illam gloriam postliminio reddendam optamus, eaque de causa his laboribus nostris maximè Gallis prodesse cupimus, ex Gallicana solùm historia coligemus, quæ & proposito nostro, & lectoris desiderio hac in parte satisfaciant.

I. Vt autem hæc superioribus aptius continuentur, & quò quæque pertineant Christianus lector promptè & expeditè dijudicet, breuiter ad memoriam reuocandus est Christianæ Gallorum reipub. status: quemadmodū à prima Christianæ fidei propagatione Gallia ad fidem Christi perducta est, & deinceps ciuilibus legibus prudentissimè temperata; quibus duobus ita creuit Gallorum vel Francorum per omnes terrarum orbis regiones fama & potentia, vt ante octingētos annos soli Franci pro Ecclesia Christi cōtra Lōgobardos & Saracenos cruētissima bella susciperent; soli Franci Saracenos in Galliam per Pyrinæi montis iuga irrumpentes, cæsis vno prælio trecentis septuaginta quinque Saracenorum millibus, desiderantes è suis mille tantum & quingentos, ex tota Gallia profligarent; soli Franci Pyrenæos montes transgressi, eosdem in Hispanijs late concîderent & faciliores multo victorias Hispanis deinceps aperirent; soli deniq. aut certè principes Franci toto Oriente ex Christi hostibus pulcherrimas victorias reportarent: adeo vt ab eo tempore is loquendi sermo & in Turcis & in Orientalibus populis inueterauerit, Francum idem esse

I.

Paul. Æmil. lib. 2. Sigiber. an. 730.

Antiquæ Francorum gloria.

quod Christianum, & cum Christianum dicere volunt, Francũ vocant, perinde ac si illi nullos nossent aut certè sensissent Christianos præter Frãcos. Quemadmodum autem & à quibus in Galliarum imperio iacta sunt prima religionis Christianæ fundamenta si breuiter recolligere volumus, perspicimus nullam esse Christiani orbis prouinciam, quam vel Deus pluribus eisque glorioſissimis Apostolis ad sui cultum à Gentili idololatria abstraxit, aut quæ fidem Christi semel adepta, contra persecutores virilius & constantius pro eadem retinenda dimicauit. De Anglia quidem fertur Iosephum Arimathiensem virum sanè bonum ad eam insulam adnauigasse, & Christiana sacra vnà secum inuexisse, sed quæ non ita altè radices egerunt, quin Diocletiani persecutio fuso paucorum sanguine eadem penitus extinxerit, & Paganam impietatem rursus in eo regno stabiliuerit. De D. item Iacobo per Hispanias verbum Dei seminante non nimis certa est opinio, nec magnis ex antiquitate scriptoribus suffulta nixa. Quod si Iosephum illum Anglorum, & Iacobum Hispanorum Apostolum sepposueris, nullibi aut certè pauci Apostolicæ ætatis in Hispania Anglia ve narrantur Euangelium prædicasse. Flandriã verò Germaniamque, & Poloniam, & Bohemiam, & Daniam, multis post Christum sæculis ad fidem conuersas fuisse notum est, ideoque de antiquitate fidei acceptæ non sunt in hanc comparationem adducendæ. At Galliam in ipsa infantia Christianæ Ecclesiæ tot peragrarunt Apostoli, vel Apostolorum discipuli à primarijs Apostolis missi, vt vnaquæque ferè Galliæ prouincia Apostolicam stirpem & originem sibi iure poterit vendicare, suorumque episcoporum seriem nnquam interrupto ordine ad Apostolicos discipulos reducere, à qua suscepta semel fide

nec

nec bellicis terroribus victi discesserunt, vt magna pars Hispaniæ ad Saracenos; nec tyrannorum persecutione fracti cum Anglis admiserunt idololatriã Imperatorum, nec sua leuitate vt Germani defecerunt ad Paganismum: sed militari fortitudine contra hostes inuadentes, & Christiana patiẽtia contra Imperatores persequẽtes, & Christiana sapiẽtia & cõstãtia cõtra hæreticos, Philosophos, & omnes impostores seducere molientes se tutati sunt, & in veteri atque Apostolica maiorum fide fortissimè perseuerarunt. Neque sanè miror si ea Ecclesia quæ à tam multis ijsq. peritissimis architectis fundata est tam multo martyrum sanguine irrigata, contra & ventorum turbines, & mundi rabiem, & Satanæ furores firma steterit, quam non dubium est singulari Spiritus sancti præsidio fuisse supra alias communitam. Nam vnam vel alteram Ecclesiam ab vno vel altero Apostolico viro constructã, ijs machinis concuti, imò & labefieri non est incredibile: at vbi multæ sunt quasi totidem Apostolorum Cathedræ in vnum conspirantes, vbi alterius firmitudo alterius imbecillitatem suffulcit, vbi tam est in terris multiplex gratia, & in cœlis tam multiplex patrocinium Sanctorum pro Ecclesijs quas fundauerant communem dominum deprecantium: multo magis arduum & laboriosum erat Ecclesias sic vnitas, sic fundatas, tali gratia in cœlo terraque stabilitas, euertere.

Constantia Gallorum in Catholica fide retinenda.

Neque enim mihi dubium est, si quis comparationem facere velit, quin Gallicanæ Ecclesiæ plures nominare poterunt suos primos Episcopos ab Apostolis domini consecratos, quàm præter Gallicanas Europæ totius Ecclesiæ vniuersæ. E quorum plurimis vt aliquos cõmunibus historijs celebratos percurrã, Rhemenses & Suessiones, illi S. Sixtũ, hi Sini-

Primi Gallorũ Apostoli.

cium, à S. Petro Apostolorum principe missos Apostolos suos primos & Episcopos habuerunt. Parisienses & vicini populi à Dionysio Areopagita Parisiorum postea Episcopo, Eleutherio Presbytero, & Rustico Diacono quos Clemens Romanus Petri Apostoli successor illis destinauit, ad Christi fidem conuersi sunt. Lugdunensium primus extitit Apostolus & Antistes S. Photinus Ioannis Euangelistæ & Policarpi discipulus, cui successit D. Irenæus. Paulusque Apostolus quum post primam sub Nerone liberationem in Gallias veniisset, Trophimum Arelâte, & Crescentem Viennæ Gallicæ ordinasse, Episcopos author est Archiepiscopus Viennensis Ado; idemque significat Epiphanius. Eo deniq. tempore aut paulo post, sed ipsa Apostolorum ætate, ad Tolosanos Saturninus, ad Turonenses Gratianus, ad Lemouicinos & Burdegalens. Paulus & Martialis, ad Aurelianenses Altinus, ad Matisconenses & Catalaunenses Marcellus, ad Carnotenses Sauinianus & Potentianus missi partim à D. Petro, partim à Clemente, eos à Pagana impietate ad fidē Christi traduxerunt, eorumq. deinceps Antistites vel sacerdotes effecti, & vita & morte eos in Christiana religione solidē fundatos reliquerunt. Massilienses quidē industria Lazari, Maximini, Mariæ Magdalenæ, eiusq. sororis Marthæ in Christi Ecclesiam fuisse insitos omnes Ecclesiasticæ historiæ testantur, è quibus Maximinum Aquenses suum agnoscunt primū Episcopū. Et prope eadem tempora S. Defensor Andegauensibus Christi fide imbuendis suam operam similiter impendit, & Narhanael cum suis quibusdā sociis idem cæleste beneficium Biturigibus præstitit. Nec multò pòst Septentrionales Gallos Baiocenses S. Exuperius, Ebroicenses S. Taurinus, Rotomagenses Normannos & Picardos S. Nicasius, & alij quidam

quidam à Pontifice Clemente in eam Domini vineam destinati, salutari Euangelij prædicatione Christo Domino genuerunt, quemadmodum Meridionales, Prouinciæ & vicinos, S. Eutropius Persa Petri Apostoli discipulus Christiana fide illuminauit.

2. Horum autem Apostolorum suorum corpora, siue violenta morte à tyrannis interfecti fuerint vt plærique, siue naturali morte interierint vt perpauci, Christiani fideles tanquam pretiosissimas gemmas & ad prædicandam suam certam de futura resurrectione fidem, & ad ipsos fideles in fide ab eis tradita firmius roborandum, & vt eo pignore maiorem sibi à Deo gratiam & misericordiam impetrarent, ad nostram vsque ætatem reseruarunt, solenni & valde vsitato primis & antiquissimis illis Christianis more, nisi cùm persecutorum immanitas hoc eis beneficium inuideret, quòd aliquando contingebat. Ita enim conqueritur apud Eusebium Smyrnensis Ecclesia, Gentiles & Iudæos curiosè obseruasse ne Policarpi pro Christo occisi artus aliquos aut carnis partem obtinerent Christiani: cuius rei quò spes omnis eis præcideretur, *Gentilis Centurio à Iudæis magnopere rogatus, martyris corpus in medio poni, & Gentili ritu, igne comburi iussit. Christiani tamen ossa eius potiora lapillis pretiosis auròque puriora, ex cineribus selecta, loco decoro reposuerunt.* Sic item eodem tempore in Gallijs postquam Pagani persecutores primum & Apostolicum Lugduni Episcopũ Photinum cum 47. alijs martyribus Gallicanis occidissent, *eorum sacra corpora iudex iniquus igni tradi præcepit, ijsque exustis puluerem in Rhodanum iussit spargi,* Christiani autem diuinitus admoniti, incredibili diligentia & *magna fide collegerunt sacros cineres, & ædificauerunt Basilicam miræ magnitudinis in eorum honorem.*

Ethnici & Iudæi reliquiis Sanctorum infestissimi.

Euseb. lib. 4. cap. 14.

Gregor. Turonens. li. 1. mirac. cap. 49.

rem. Quid autem ex hac sacrarum reliquarum religiosa conseruatione ad Christianos redeat vtilitatis, id elegãter explicat cõtra Gentiles D. Chrisost.

Chrisost. to. 5. in lib. contra Gentiles.

Poterat (inquit ille) *Deus corpora Sanctorum cum animabus in cælum transferre. At ille qua est in humanum genus benignitate, inter alias quas insimitas nobis salutis nostræ occasiones dedit, & hanc viam nobis à se munitam esse voluit, relictis apud nos Sanctorum reliquiis. Nam ipsa sermonis facultatem, ipsa Sanctorum sepulchra proximum locum obtinent, ad animos hominum in Sanctos intuentium ad virtutum earundem æmulationem excitandos.* Quoties ergo sepulchrum martyris vel particulam aliquam corporis suspicimus, toties ad imitandam eius fidem, pietatem, castitatem, patientiam, & ad tolerandam pro Christi confessione mortem martyris illius præclaro exemplo efficaciter admonemur. Et vt diuinus ille vir vnius Babylæ episcopi factum mortémque ad omnes episcopos animandos accommodat, ita nos eadem prorsus ratione singulorum martyrum virtutes, ad omnes vniuersos Christianos in suscepto pietatis cursu roborandos docet applicare. *Extant nunc (inquit ille) cum Babylæ cineribus compedes illius, Ecclesiarum præfectos omnes commonefacientes, quòd vinciri, quòd iugulari, quòd quæcunque pati oporteat prompto atque alacri animo, vt concreditæ nobis libertatis ne leuissimam quidem partem prodamus aut detaminemus.* Quam libertatem vtinam episcopi Christiani & Gallicani inprimis, vel Babylæ martyris, vel Chrysostomi confessoris, vel tot suorum in Ecclesia Gallicana antecessorum, fortissimorum & martyrum & confessorum illustri vita & gloriosa morte excitati seriò imitarentur; & tandem aliquando istam nefariam & episcopali grauitate indignam cum Nauarræo (Ecclesijs Catholicis longe magis pernitioso quàm fuit vnquam Paganus ille prin-

Reliquiæ sanctorum semper à Christianis religiosè seruatæ.

Chrysost. ibidem.

princeps Babylæ hostis) vel adulationē vel dissimulationem longè à se repellendam esse censerēt. Neque verò hoc sancto pietatis Christianæ officio vitam moresque tantùm formari, sed fidem etiam vehementius accendi pereleganter ostēdit D. Ambrosius, dum Paganis hanc Sanctorum veneratione improbantibus respondet, & Christianos quid in Sanctorum defunctorum reliquijs colere & suspicere debeant admonet. *Honoro (inquit ille) in carne Martyris exceptas pro Christi nomine cicatrices. Honoro per confessionem Domini sacratos cineres. Honoro in cineribus semina æternitatis. Honoro corpus quod mihi Dominum meum ostendit diligere, quod me propter Dominum mortem docuit non timere. Cur autem non honorem corpus quod etsi Dæmones afflixerunt in supplicio, tamen glorificat in sepulchro? Honoro itaque corpus quod Christus honorauit in gladio, quod cum Christo regnabit in cælo.* Ambros. serm. 91.

Quem Martyrū corporibus honorem Ecclesia tum Græca tum Latina à prima Ecclesia vtriusque infantia impendit, & quem honorem Deus optimus maximus innumeris miraculis continenter approbauit. Hieron. cōtra Vigilātium. Ambros. epist. 85. de inuentione corporum S. Gerualy & Protasy.

Verùm vt ad Gallicanæ Ecclesiæ fundatores à quibus aberrauit oratio reuertar: illa ab ijs quos dixi extructa & Christo inædificata, ita firmiter Catholicæ fidei adhæsit, vt quum in alijs omnibus Christiani orbis prouincijs diaboli instinctu varij hæresiarchæ pullularent, tota Gallia etiam si longissimè latissimèque in tot prouincias diffunderetur, nullū tamen ante Vigilantiū, D. Hieronymo testante, hæresiarcham protulit, sed Ecclesia illa quietè & constāter in fide à maioribus tradita permānsit. Nec imperatorum Romanorū cruentissimæ persecutiones nusquam acerbiùs excercitæ quicquā valuerunt ad Gallorum zelum in Christiana fide restinguendum Gallia semper libera ab hæresibus. Hieron. cōtra Vigilantium.

quin

quin potius is quum tyranni maximè furerent, tan-
topere in Gallorum cordibus flagrauit, vt nó mo-
dò episcopi,& sacerdotes,& diaconi, & viri,sed ni-
am virgines & coniugatæ, omnia tormenta p-
Christi nomine illata, heroica planè & diuina a-
Euseb. hist. lib. 5. ca. 1. mi fortitudine contemnerent, *ipsique tortores q-
eas vicissim omni supplicíorum genere, à primo ma-
vesperam vsque afflixissent: propè labore defessi langu-
bant, seque à fœminis victos fatebantur.* Sic igitur fi-
data, sic propagata Gallicana Ecclesia sine vllo h-
resis contagio, Apostolicam fidem ad D. Hieron-
mi ætatem magno Dei beneficio puram retin-
paulòque post magni sanctique illius Rhemensi-
Episcopi D. Remigij operâ cõuerso ad fidem Chr-
stianam rege Gallorum Clodouæo, regale quo-
sceptrum cum episcopali pedo ad abigendos à c-
lis Domini lupos coniunctum est, vt deinceps m-
tò securius orthodoxa fides ad nostram vsque a-
tem sit perpetuata: & si quæ ingruebant hæ-
vel Arianorum, vel Saracenorum, vel Albigensi-
vel Vvaldensium, multò fœlicius ex Gallicanis
clesijs sunt expulsæ. Et hanc ego religionem, G-
*Religiopri-
ma pars
essentialis
reipub.
Gallicanæ* canæ Reipub. populique maximum ornamen-
& primariam tanquam partem colloquo, quam
amsi in alijs quoque populis Christianis omni-
primas iure suo obtineat, tamé Gallicæ nationi
cesse est prerogatiuam magnam tribuere, quæ
afflatos spiritu sancto Apostolos videmus ad e-
conuertendam diligentius quàm ad aliam quam
uis Europæ gentem incubuisse, & conuersos Ga-
los ad eandem fidem maiori sinceritate & consta-
tia adhæsisse, nec vnquàm vt aliæ nationes eam v-
aperta Apostasia, vel occultis hæresibus contam-
nasse.

3. 3 Post Ecclesiam autem Christi in Gallia stabili-
tam, &

tam,& ciuilis quoque ſtatus illic egregiè multis ætatibus floruit,non tam propter imperij amplitudinem, aut victoriarum gloriam, aut alia huiuſmodi trophæa, quæ tamen concedo fuiſſe in eis rara & admiranda; quàm propter optimum iuſtitiæ temperamentum,propter æquiſſimas leges,Parlamentorum grauitatem, prudentiſſimam reipub.diſtributionem, qua reges moderato cum imperio præſunt omnibus, nobiles iuſta cum libertate ſubſunt regibus, plebi ita rebus agrarijs & artibus manuarijs intenti publicis inſeruiunt vtilitatibus, vt tamẽ ab aliorum populorum ſeruitute multùm abſint: omnes autem, & reges & nobiles & plebei generalibus reipublicæ legibus ſubijciuntur, & inprimis obediunt religioni.Neque ſanè video quid pro vlla terratũ orbis republica glorioſius dici poſſit, quàm quod in Comitijs Poloniæ Varſouienſibus quum Sigiſmundo mortuo de electione noui regis ageretur, epiſcopus Valentinus Chriſtianiſſimi Galliarum regis orator ad commendandam Henrici fratris cauſam perorauit de Gallicanæ reipublicæ iuſtitia:nimirum *poſt Chriſtianam religionem in Gallia receptam,diuinitus fuiſſe inſtituta Parlamenta, vt omnes eius regni incolæ, potiſſimum nobiles & generoſi, ius ſuum legitimis modu etiam contra reges perſequerentur.Et ſæpenumero vſu venit, vt in rebus maximi momenti rex cauſa cadat & contra eum iudicetur Ipſique principes externi de Parlamento Pariſienſi tam præclarè exiſtimarunt, vt ſi quandointer illos aliqua incideret controuerſia deſiderans magnam cognitionem iuris, ſeueritatem legum,integritatem iudicum; ad nobiliſſimum Senatum Pariſienſem tanquam ad aſylum iuſtitiæ confugerunt. Sic cum lites & querelæintercederent Frederico II.cum Innocentio IIII. Pontifice, Comiti Namurcenſi cum Carolo Valeſio, Philippo Principi Tarentino cum Duce Burgundiæ, Duce Lotharingiæ cum*

Iuſtitia reipub. Gallicanæ.

Hiſtoire Françoiſe de Pig. lib. 11.ca.14.

Magna olim apud exteros Parlamenti Pariſiẽſis exiſtimatio.

gia cum Guidone Castilionæo suo sororio, Ducis Sabaudiæ cum Delphino Viennæ, regis Castiliæ cum rege Portugalliæ; isti summa consensione causas suas decidendas permiserunt Senatui & Parlamento Parisiensi. Sic ille. Neque sanè miror si nobilissimi Poloniæ proceres facilè consenserint ad talem sibi principem deligendum, quem maioribus tam iustè regnantibus videbant prognatum, eoque in regno educatum, vbi iudicium tam esset incorruptum, & vbi iudicum tam esset sacrosancta & inuiolata authoritas. Quum verò externi Principes in Gallorũ iudicium & Parlamentorum sententijs tanquã certis sinceræ veritatis oraculis acquieuerint, ipsos Gallos subditos istis regum & iudicum suorum tribunalibus quàm humiliter se submisisse, quàm promptè eorum sententijs paruisse credibile est! Hoc ergo post religionem, alterum est Gallici populi decus & ornamentum, & pars quoque (vt ita dicam) essentialis, quod legibus magna alacritate parere sit solitus. Quod tam excelluit horum in exequendo obedientia, quã illustris fuit iudicum in decidendo æquitas & integritas, tum certè est cur in hac quoque parte Gallos alijs notationibus plurimum anteferamus. Reliqua in omnibus rebus pub. necessaria omnibusque communia, & ex his certò manantia, ipsòque naturæ iure stabilita, vt regibus obediatur, vt iuxta leges regnatur, vt reipublicæ saluti consulatur, vt externa reipublicæ hostes propulsentur, vt reipublicæ fines honestis rationibus amplificentur, hęc quia in Gallia valuerunt non aliter quàm in alijs nationibus (quanquam Gallorum regibus suis maiorem fuisse quàm aliarum nationum obediẽtiam, & maiorem pro patriæ salute in bellis gerendis fortitudinem ex scriptoribus aliàs annotauimus) tamen quia incertæ sunt istarum rerum vicissitudines, & Deus sui pro-

Altera pars reipub. Gallicanæ.

Communia officia omnium subditorum in quaque republ.

prouidentia has terrenas fælicitates ita dispensat, vt aliàs Græci, aliàs Romani, aliàs Galli, aliàs Germani vel Hispani in bellis gerendis & subiugandis externis prouincijs magis emineant, in his minutè vrgendis nolo insistere. Ea tantum quę sunt notissima vrgeo, & quoad cætera quę reliquis populis Christianis adsunt, eadem quoque Gallis optimo iure vendico. Quare si quis populum Gallicanum regnique Gallicani statum post receptam Christi fidem definire & tanquam oculis intuentium repræsentare voluerit, quoad patriæ amorem & charitatem, ea quæ sunt omnibus similiter populis communia, Gallis tribuere debet? quoad religionis verò zelum & iustitiæ publicæ reuerentiam, magna Gallis supra alios Christianos prerogatiua est largienda.

4 Quum igitur talis fuerit respub. talesque reipub. Gallicanę partes, reges, proceres, plebei, Ecclesiastici, à magno Clodouæo vsque ad Franciscum primum, sub quo eiusque filio Henrico II. Caluinismus (quem suprà diximus) in Gallia exortus, & propter nimiam bellorum licentiam latè serpens plurimosque inficiens sub Francisco II. caput suum extulit, & quorundam infœliciſſimæ memoriæ procerum operâ in Gallia regnum quoddam veris regibus oppositum auspicatus est; consideremus iam an non nouus iste Caluinistarum in Gallia populus regesque, prioribus Galliæ populis regibusque adeò fuerint ex diametro repugnantes, vt quemadmodum antè probauimus Caluinismum quoad fidei articulos fuisse monstrum religionis Christianæ, cui non aliter quàm Satanas Christo, & infernus cœlo omnia habebat contraria, ita & isti quoque tam longè à veteri Gallorum natura formaque abhorreant quàm Angli & Hispani. 4.

Caluinistæ non sunt Galli.

Quid

Quid Anglos vel Hispanos dico? imò vt Turcæ & Saraceni magis propriè, verè, philosophicè, politicéque Galli appellentur, quàm isti qui sub Gallorum nomine in Gallia plantando Caluinismo dedecorant operã. Neq; verò miretur Christianus lector quod huic Caluinistarum populo separatam rempub. & distinctum à vero Gallorum rege regem adsignem. Quum enim insignis ille Colignius post primam rebellionem regnum hoc in certas prouincias distribuisset, & has rursus in suas minores præfecturas diuisisset, & in his suos collocasset ministros, consistoria, & magistratus: quum à singulis quibusque vellet pecunias exigeret, quem vellet armorum ministrum paratum præscriberet, quem vellet peditum equitumque numerum imperaret, quas vellet leges ferre deret, de pace & bello quid vellet decerneret, contra regem verum cum exteris principibus haberet, eis quæ vellet fœdera iniret, ad sanciendas fœderum conditiones quas vellet Galliæ ciuitates illis transmitteret, *Regalia* non solùm quæ *communia* iurisperiti vocant, nec solùm ea quæ *propria & potiora Regalia* appellantur, vt cudere monetam, fundere tormenta, mittere classes, cum imperio legare præfectos, munire vrbes, vel dirutis castellis & propugnaculis eosdem nudare, vitæ necisque supremam potestatem concedere; sed etiam quæ plus quàm regalia sunt, vt Ecclesias euertere, earum thesaurum in suum fiscum redigere, earum fundos præsenti pecunia alienare, & suis diplomatis certam & nunquam petendam possessionem emptoribus confirmare, hæc (inquam) plusquam regalia, iustam nimirum regis potestatem excedentia quum vsurparet, quis eum regem, vel saltem (quoniam illud est iustitiæ & æquitatis nomẽ) regnatorem in Gallia fuisse negabit? Vt autem eũ adeò in Gallia tyrannicè regentem vera

Colignius primus rex Caluinistarum in Gallia.

an. 1563.

Regalia.

Zazius de feudis par. 5.

an. 1568. in Pictauiensi Prouincia

verum regem Gallorum proditorium est appellare, sic qui in Gallia nati huic tyranno contra regem verum seruierunt, qui verum regem armatis exercitibus obsederunt, & in huius falsi regis gratiam cum regno & vita quoque exuere laborarunt, quoniam mihi Gallos appellare religio est, quod est Christianæ fidei populique fortissimi & legitimi nomen, isti autem fidem Christianam quam Christo eiusque Ecclesiæ vouerant, & legitimam obedientiam quam regibus iurauerant sacrilega audacia proiecerunt; distinctionis deinceps gratia non Gallos, sed vel pseudogallos, vel Gallogræcos potius appellabimus. Nam & Gallogræci in historijs memorantur, & isti Gallorum nomen ementientes quoniam non veterem Gallicanam, hoc est Christianam, orthodoxam & Catholicam fidem seruarunt, & quam eorum patres, auique & maiores omnes veri nimirum Galli semper tenuerunt, sed ea repudiata Græcam, non qualis hodie viget in Græcorum Ecclesijs, sed qualis veteri prouerbio celebratur, hoc est fluxam, falsam, Punicam asciuerunt; quoniam in Galliæ quidem solo nati, Græcorum tamen mores sunt imitati, de quibus illud olim scriptum est, *religionem & fidem nunquam ista natio coluit*; qui fidem & iusiurandum adeò leuiter æstimarunt, vt familiari consuetudine in iudicijs *darent sibi vicissim iusiurandū & testimonium mutuum*, nihil penitus curantes siue verum esset siue falsum id de quo iurarent & testimonium darent, has ob causas isti Caluinistæ Galli nescio quo aptiori nomine quàm Gallogræci nuncupentur. Sed siue Caluinisticos Gallos, siue Hugonotas, siue pseudogallos, siue Gallogræcos, siue alio quocunque nomine eos censere Christiano lectori placuerit, quos verè Gallos non esse constat, & mox constabit eui-

Caluinistæ Gallogræci.

Cicero in orat. pro Flacco.

bit euidentibus, breuiter historiam huius regni populique percurremus : vt ita quàm nihil habeat veræ & antiquæ Gallorum indolis, & quemadmodum nouus ille quem modò dixi Caluinismus in nouas quasdam creaturas transformauerit, intelligamus. Quoniam autem initia rerum ... um imprimis notanda sunt (*principium enim* ... Platonem *in quacunque re maximum est*) ... optimè de sequentibus iudicamus, initia hu... gni diligenter ponderemus. Vt autem impe... sta multis modis pariuntur, & iniusta quoque ... tis sed duabus potissimum rationibus inchoa... violentia & fraude, quarum hæc vulpeculæ ... leonis, vtraque belluina est non humana, ... minus Christiana: *totius autem iniustitiæ nulla ... or est quam eorum qui tum cùm maximè fallunt ... agunt vt viri boni esse videantur* : ex his principi... de, vi, & hipocrisi, ita hoc Caluinistarum ... in Gallia conflatum est, vt vel ipsa sola nam... commemoratio possit homini Christiano ... am vel potius horrorem injcere. Prima ... Amboisiana conspiratio quæ à *Capite* vt voc... *muto* administrata, regem regiamque stirpem ... minare, principes regni præcipuosque Regn... liarios trucidare, & totam Galliam ciuili ... incendere conabatur, quod tegumentum ... bolicis conatibus prætexebat? bonum pub... & regis è manibus eorum qui ipsum captiu... tinebant liberationem, Sed capti sunt perdi... deque eorum nonnullis iustum legibus ... um sumptum, & tum *Caput* illud *mutum* qu... ctenus elingue erat nec quicquam loquebatur ... totam Galliam, Angliam, Germaniámque ... torea voce personabat. Missis enim in omn... oratoribus Condæus & Admiralius mirabi...

Plato de repub.

Initium regni Caluinistarum in Gallia.

Cicero de offic. lib. 1.

Histoire de M. Pig. lib. 5. ca. 12.

dam in aulis principum sibi fauentium spargebant. Sed quæ? mendacia tam absurda & crassa, vt ab illis si guttam veteris Gallorum sanguinis & generosæ indolis habuissent; nunquam potuerint proficisci. Eorum enim in Francofurtensi Germanorum principum conuentu hæc fuit oratio, *Regem Gallorum impuberem, Guisiorum regnum affectantium operâ, in medijs potentissimi regni penetralibus eò adductum vt tutò conquiescere non posset. Guisios coniurasse contra regem, eumque in aula Bellaquensi securè agentem cepisse, & repugnantem multisque obortis lachrimis iniuriam deprecãtem Melodunum abduxisse, & inclusisse arci quam quis carcerem verè dicere possit, eiulante immodicè Regina seque eò ituram negante.* Hæc postquam fusè longa oratione amplificassent, tandem à principibus *magnis precibus contendunt vt in Regis Reginæque libertatem fauentibus animis inclinent, eosque a Guisianorum conspiratione securos reddant, vtque reuocatis ex Gallia copijs quæ sub Rochemdulpho & Ringrauio merent falso Regis nomine, diserte prohibeant ne quisquam è Germanis ad Guisiana castra progrediatur.* Denique ad extremũ vt à qua impudentia cœperant in eadẽ desinant, & Ministrorũ simul & Græcorũ more euangelica mendacia cum politicis permiscentes, auxilia sibi militum præberi postulant, *per Deum Optimũ Maximũ cuius honor hic agitur, per Christũ Iesum qui suã Ecclesiã cuius hæc causa est suo sanguine redemit, per Christianissimi regis impuberis orbitatẽ, per serenissimæ matris viduitatem & solitudinem, per vicini regni salutem & incolumitatem*: tam verè obtendentes *regni incolumitatem* quod omnibus qui vnquam fuerunt hostibus regni, Anglis, Burgundis, Hispanis, aut Germanis atrocius vastarunt; *regisque & reginæ securitatem* quibus & apertis & occultis insidijs innumera discrimina texuerũt, quàm verè *Dei honorem* simulant, quem nulli vnquam

Impudentia Colignij in Germania contra regem Galliæ euocandus.

Pantaleon rerum in Ecclesiagestarum lib. 12. pag. 354.

Ibid. pag. 356.

Ethnici aut Athei maioribus affecerunt contume-
lijs: quàm verè de *Ecclesia Christi sanguine rubens*
gloriantur, quam vtrum vlli vnquam Ethn
Turcæ, Saraceni, idololatræ, aut etiã sub h
ſpecie graſſantes diaboli magis quàm iſti po
ti ſunt, ſiue homines Chriſtianos, ſiue templa
ſtianorum reſpicias, tuum eſto Chriſtiane l
iudicium, poſtquam ea quæ deinceps ſuccinc
deliterque narranda ſunt expenderis. Quod
dicit Rochendulfum & Ringrauium *falso* Gal
gi mereri, qui autem Colignio & Condæo m
bant vero regi nauare operam; quinergo e
fronte dicant, in omnibus quæ conſecuta ſun
lis, Proteſtantes regi militaſſe, & quum in
Dreuſiorum tot nobiles regi fidiſſimos coer
darent, quum in bello Sandioniſiano Conch
um regni interficerent, quum in Meldenſicu
per ſummam proditionem ipſi regi capiend
dias necterent, quum in bello Iarnacenſi, &
gunturano regis fratrem, conſiliarios, duce
delisſimos ſuorum Germanorum aliorum
bellium deſperata phalange inuaderent, co
capita diris deuouerent, & denſiſſima ſclope
procella appeterent, his in locis eodem vult
dore iactent ſe *regi vero* militaſſe, & regis fal
duceſque oppugnaſſe, hoc eſt profiteantur
quod ſæpenumero factis profeſſi ſunt, ſe ver
ſe reges, Franciſcos autem & Carolos fuiſſe
falſos & ementitos, quibus exauthoritis &
ctis iſtos Colignios & Condæos regale ſolio
erat conſcendere. Quanquam autem nec ip
pudentia aliquid poterat hac Hugonotarum
one impudentius confingere, eò tamen vſq
craſſiſſima mentiendi conſuetudine profec
non mediocre militum ſupplementum à Ger
imp

impetrarēt, reginam que Angliæ (semper ad omnes circumquaque seditiones fouendas paratissimam) mouerent ad suos quoque milites in Gallia tanquā ad regis auxilium submittēdos, qui rebellibus Gallogræcis iuncti nonnullas in Normannia arces & oppida expugnarunt. Et quanquam ad luculenta illa Hugonotarum mendacia Christianis omnibus aperienda, *& rex ipse vnà cum regina, literas maxime authenticas vbique peruulgarent : vnáque regij sanguinis principes, Edouardus Alexander frater regis dux Aurelianensis, Henricus Borbonius princeps Nauarræus, Carolus Borbonius Cardinalis, Ludouicus Borbonius Dux Monpenserius, & Carolus Borbonius princeps Rochesuryonius, suis item emissis literis in verbo, fide, & honore principū testarentur*, & priores illos Rochendulfum atque Ringrauium a rege accitos, Mareschallum verò Hessum reliquosque Germanos siue equites siue pedites qui Colignio & Condæo seruiebant *à rege non fuisse vocatos, sed eos venisse contra eius voluntatem & imperium*: ita tamen se Caluinistæ præfractè & gnauiter more suo ad mentiendum obfirmauerant, vt regis, reginæ, totque regij sanguinis principum contraria attestatione nihil penitus immutati, veterem suam cantilenam occinerent, se regi militare, & quos è Germania euocabant prædones, eos se ad regis auxilium euocare. Adeò vt Dux Bipontinus secunda rebellione, cum magna equitum peditumque multitudine in Galliam veniēs rebellibus auxiliaturus, his verbis scriptū impressum emitteret: *Quia nauarræus & Condæus de iniurijs sibi illatis conquesti fuissent, & præterea quia ijdem Nauarræus & Condæus hoc apud se fuissent testati, si comperiantur aduersus regem bellum gerere, non detrectare quin illis ipsis armis quæ expetant atque implorent opprimantur: videri itaque sibi meras esse calumnias quæ contra illos dicuntur, ideoque se non potuisse*

Historie françoise de Trg. lib. 6. cap. 17.

Belforest, lib. 6. cap. 99.

Caluinistæ ducesol firmati in mentiendo.

an. 1569.

Status religionis sub Carolo 9. lib. 9 pag. 260.

illis ſupplicantibus opem ſuam negare. Ita poſtquam re
annis regis vaſtaſſent regum,& intercepiſſent vec
galia,& occupaſſent ciuitates,& oppugnaſſent re
ſonam, etiam adhuc principibus aſſerere & mo
non erubeſcunt, ſe contra regem bellum non
re.ô audaciam inſignem, ô impudentiam ab
bilem. Atque hæc pauca ex plurimis ſufficia
quibus fundamentis hoc regnum in Gallia inn
tum ſic aduertamus. Nam quũ vis leonina qua
tra regis authoritatem arma ceperunt ſit euide
ſima,tum fraus vulpina,& hypocriſis diabolica
bus rebelliones ſuas tegere laborarunt ita fre
& ſordent,vt niſi ſcirem naturam hominum ab
Caluiniana hæreſi prodigioſè transforman
nunquam perſuaderi poſſet nobilem aliquem
lum ex antiquo illuſtriſſimorum Gallorum
guine progenitũ, voluiſſe ſe ad iſtiuſmodi ne
ſimam fraudem & craſſam hypocriſim abjec
quibus neſcio vtrum in theologia ſit ſceleſtio
rum cœtus è nefarijs conuenis & ſicarijs co
Eccleſiæ titulo,& aliquot ſpurciſſima Calu
latronis inuenta reformatæ religionis & Eua
glorioſo nomine honeſtare:an improbius &
crabilius in communi vita & moribus tam p
cta fronte & duriſſimo ore mentiri,vt palam
cibus,& libellis impreſſis, & per legatos in
pum aulas amandatos iactare audeant, ſe pro
non contra regem bella gerere,etiamſi rex,&
na, & fratres, & conſanguinei principes om
quibus poſſent modis promulgarent id eſſe
ſimum,& tot funeſtiſſimæ clades eorum pro
ne regi & regijs illatæ, tot eorum bella cum
ge & regijs ducibus commiſſa, tot alia tetr
facinora contra regis ipſius perſonam tentata
orbem vniuerſum contenta voce clamarent

dici aut fingi potuisse impudentius.

5 Sed esto. his medijs & instrumentis habemus iam Condæum vel potius Gasparem Colignium in regio apud Gallos solio considentem. quodque à rebellibus, Sandionisij de Condæo rege proclamatum scribitur, *Ludouicus* XIII. *Dei gratia Francorum rex primus Christianus* (quasi antecedentes omnes) Christiani non fuissent sed Pagani, id re vera iam effectum videmus, istosque reges suorũ Euangelicorum succinctos legionibus, regali vt vocant more per Gallias vagari. Proximum est vt annotemus quemadmodum iste *primus Francorum rex Christianus* Christianam religionem ab Apostolis in Gallia plantatam defenderit & propagauerit. Num quemadmodum veteres Christiani Gallorum reges Clodouæi, Pipini, Caroli Magni, Ludouici Pij, templa ad honorem Christi erigendo, sacerdotes & clerum iustis priuilegijs afficiendo, Catholicum populum verum Dei iuxta Apostolica maiorum instituta cultorem protegendo? Atque oblitus mei ipsius videor qui tale quid à rege Gaspare vel Condæo requiro, qui vt primi sunt horum Gallogræcorũ, nomine Christiani, reuera Antichristiani reges, qui priores illos pro Christianis non habent, ita vt contrario quàm illi modo se gerant, planeque contrario modo *Christianum* nomen interpretentur par est, hoc est vt veteris Christianismi monumenta omnia deleant, sacerdotium in quo potissimum positus est Christianismus aboleant, templa Dei immortalis à fundamentis euertant, omnes Christi imagines omnemque memoriam cõculcent & profligent, nullumque veteris Christianismi signum aut vestigium quantum in ipsis est, tota patiantur Gallia existere. Et vt eorũ princeps Apostolus & Euangelista, sacrilegus, & simoniachus, & adulter,

5. *an. 1567. Surius in hist. anno 1567. Lib. de furoribus Gallicis.*

Regia Colignyi potestas quo directa.

Beza epist. theol. 37. Gomorrhęus ille Beza palam ſcripſit ſe ſperare *quod opus cœpit Dominus in Gallia & magna ex parte perfecit, illud velle abſoluere, tota priore hominum (Chriſtianorum) generatione ſublata*; ſic iſti duo reges pro ſuo viribus illud conati ſunt ſtare, & non minus Chriſtianos homines quàm Chriſtianos ritus tota Gallia extinguere, *vt mundum veluti de integro tota Gallia instaurarent*, nouos nimirum regni incolas Caluiniſtas, nouos Chriſtianos, nouum Chriſtianiſſimum à Caluino fabricatum inducēdo, nouum fidei ſymbolum, nouum Chriſtum, & nouum Deum, qualem ſuprà deſcripſimus, pro veteri religione, pro veteri Chriſto, Deóque, per totam Galliam, ſuppliciis, & gladijs, & tormentis bellicis prædicando, & auditoribus ſiue volentibus ſiue nolentibus ingerendo.

Suprà fol. 292.293.

Nam quæ nominari poteſt vel vnica ampliſſimi Galliarum regni ciuitas in quam vel voluntate ciuium, vel inſidijs proditorum, vel honeſtis fœderis conditionibus admiſſi ſint, vbi non contra veterem Chriſtianam religionem capitale ſuum odium pluſquam vlli vnquam Turcæ aut Tartari effuderunt? Vnam poſtulo deſignari mihi tota Gallia vrbem in qua iſti dominati ſunt, quæ non fœdiora oſtendat proculcati Chriſtianiſmi exempla quàm vlla Hungariæ aut Græciæ ciuitas? imò quàm ipſa Conſtantinopolis vbi magnus Turca imperat, & quam cruentiſſima expugnatione poſt longam duorum ferè mēſium obſidionem occupauit. Loquātur Aurelię, Angoliſmū, Rothomagum, Lugdunū, Meldæ, Sueſſiones, Aurangiū, Nemauſus, Montalbanū, ipſa Luthetia Pariſiorū, totuſque Pictauienſis, & Guiennenſis prouincię tractus, loquētur incenſa templorū tecta, diſturbati parietes, direpti theſauri, mactati presbyteri; ſacra & diuina ſiue ſacramenta ſiue

siue sacramentalia violata & prophanata omnia, loquantur quam fidem *isti primi Christiani Gallogræcorum reges* cum suis fidelibus inuexerunt. In Aurelias pacificè admissi sunt, dicebant enim se venisse regio mandato vt omnes ab iniurijs prohiberent, & libertatem conscientiæ seruarent omnibus iuxta regiũ edictum Ianuarij, in quo expresse cauebatur ne isti Ecclesiarum bona aut ornamenta quæcunq. attingerent. Sed vix milites suos per vrbem dispossuerant quum statim in monasterium pulchrum & locuples irruunt, idque horribili modo depopulantur, quicquid ipsis placebat rapientes, quod eorum cupiditati superarat incendentes, libros, pulpita, scripta, monumenta quæcunq. Tum in Ecclesia equos suos pascendos collocant, reliquias Sanctorum omnium incendunt, monachos varijs mortis generibus interficiunt. Cæterùm quum huc vsque prædati fuissent, repentè cepit eos inconsultæ temeritatis pœnitentia. Timebant enim ne reliqui Ecclesiastici hoc exemplo commoniti, aliarum Ecclesiarũ bona vel asportarent vel occulerent, adeo vt ipsi nõ nisi magna difficultate sperata præda potirentur. Quare vt huic malo occurrerent, neue talis bolus ex eorum faucibus eriperetur, ad sonum buccinæ magna cum pompa & strepitu promulgant, omnes vt sacerdotes Catholici liberè iuxta regis edictum sua sacra frequentarent, monasterium illud tumultu militari non voluntate principum ita fuisse destructũ, omnia deinceps fore cunctis tuta & pacata. Quibus promissis confisi Catholici quum nihil deinceps hostile metuerent, Caluinistæ subitò generali sacrilegio omnes vrbis Ecclesias adoriuntur, primamque & præcipuam non modò vrbis Aurelianensis sed vniuersæ quoque Galliæ, imò quæ Sãctæ Sophiæ à Constantino magno Constantinopo-

Sacrilegia Hugonotarũ Aurelijs

Hist. de M. Pig. lt. 6. c. 9.

Hugonotarum infidelitas.

Ecclesia S. Crucis.

li extructæ,& quæ totius Europæ habetur pulcherrima nihil quicquã cedebat, penitus diripiunt,thecas ſanctarum reliquiarum reliquijs combuſtis inuadunt,ſanctiſſimam Euchariſtiam pedib. conculcant aut pilis tormentarijs traijciunt, cuſtodiarum tormentis excarnificatos compellunt omnia ipſis tradere, quos deinde coegerunt grauia mulcta ſeipſis ex eorum manibus redimere.

Theuet in Coſmog. li. 15.ca.6.

Vbi quicquid in eò templo fuiſſet aureum & argenteum conuaſaſſant, populuſque miſerè lamentatur de tam immani vaſtitate, iſti boni Chriſtiani vt eos placarent, proteſtati ſunt ſe totum quod eo ſacrilegio corraſerant,Regis (non Caroli, ſed Gaſparis Collignij) vſibus conſeruare, cui vt tormenta bellica ad alia templa ſimiliter diruenda ſupperterent, campanas è ſacris turribus detractas ad conflanda tormenta fuderunt quumque ita per templum hoc auariſſimè graſſati eſſent, nec quicquam eorum aduncas manus effugiſſet, *itum eſt in viſcera terræ* & in ſepulchra mortuorum pari barbarie ſeuitum; & antiquiſſimi Aurelianenſium Pontificis S.Aignani qui precibus ſuis vrbem illam ab Hunnorum furore ſeruauerat incolumem, corpus è tumulo rapiunt, & tanquam Caluiniani Euangelij aduerſarium flammis adiudicant. Proximè in Regis tum viuentis fratrem paulò antè defunctum Franciſcum II. pari impietate deſæuiunt, eiuſque cor è monumento vbi reconditum erat extractum eodem incendio abſumunt. Denique ipſum templum immiſſis facibus inflammant. Hoc modo cúm omnes Aureliarum Eccleſias populati fuiſſent, educunt extra vrbem copias, & per vicinum agrũ circumcirca eandem feritatem exercent, in Eccleſias & ſacerdotes ſuum odium quàm acerbiſſimè exprõmentes,quos captos caudis ſuorum equorum alli-

Hugonotæorum immanitas.

alligarunt & Aurelias vsque pertraxerunt; alijs effodiebant oculos, alijs præcidebant nasos, aures, virilia, postea miseros vinxerunt ad arbores, & iaculis vel sclopetris transfixerunt, alijs abraserunt à facie cutem, plurimis amputarunt capita.

Aurelijs non longe abest Cleriacum oppidum, in quo quum contra Ecclesias & Sacerdotes eadem quæ Aurelijs perpetrassent, in mortuos quoq. eandem feritatem ostenderunt. Nam post templum Beatæ Virginis quod Ludouicus Rex sumptuosè extruxerat penitus euersum, ipsum regem quia tali erga DEVM pietati vacauerat è monumento tollunt, vnaque reginam vxorem quæ cum viro sepulta erat. quorum vtriusque corpora postquam ad aliquot dies cum singulari regij nominis contumelia & religionis contemptu, & absque communi humanitatis sensu per totam vrbem raptassent, quando iam semiputrida ossa vix sibi diutius possent adhærescere, vtrumque ad flammas damnant, & accensa pyra vtrumq. in cineres redegerunt. Inde in sacellum Ducum Longauillæ irrumpunt, vbi item tumulati erant è regia stirpe permulti, quos omnes extraxerunt, destructisque sepulchris corpora insepulta proiecerunt in sterquilinia. Ab hoc loco tanquam egregiam aliquam de suis hostibus victoriam consecuti, ad reginam Nauarræ Henrici Nauarræi matrem quæ propè aberat gratulatum proficiscentes, ea præsente & inspectante, quosdam principes familiæ Borboniæ mariti sui consanguineos è sepulchris erutos combusserunt. Et quæ historia vel Gallicana vel Latina, siue à Catholicis siue ab ipsis Caluinisticis scripta, non narrat eos hoc genere sacrilegij in oēs Sanctos, in omnes primos Gallicanæ Ecclesiæ episcopos & Apostolos nūc gloriosè in cælis triumphantes sæuijsse? quorū corpora tan-

Histoire françoise vbi supra cap. 10. Thuan. Cosmog. li. 15. c. 16

Sacrilega Hugonotarū in principes Episcopos & sanctos defunctos crudelitas.

Supra fol. 336. 337

ra tantopere (vt prius explicauimus) à primis Christianis honorata, tam multorum bonorum nobis instrumenta, tantis à Deo miraculis glorificata, non minus diligenter quàm viuos sacerdotes exquirerunt, & reperientes secunda morte, quātum in eis erat, vnà cum sacerdotibus eorum successoribus trucidarunt. Notum est quid Lugduni fecerint contra S. Irenæum. Veteres olim Pagani primum eius episcopum Photinum virum Apostolicum occiderunt, & deinceps *eius aliorumq; martyrum corpora combusta in Rhodanum fluuium sparserunt*. Isti Pagani Caluinistæ Photini successorem Irenæum exhumarunt, & publicè concremarunt, cineresque in perfluentem Rhodanum iecerunt. Quale erat huius temporibus Galliæ lumen & decus D. Hilarius Episcopus Pictauiensis? qui etiamsi Arianos suos haberet hostes infestissimos quos libris doctissimè scriptis neruosè refutabat, tamen accerrimus Arianorū patronus Constantius Imperator, propter singularē sanctimoniam, propter mirabilem doctrinam, propter insignem grauitatem & mores Episcopo Christiano dignissimos ita eum reuerebatur, vt ab exilio reuocaret, & suæ in Gallia Ecclesiæ Pictauiensi restitueret. At Ariani isti Caluinistę ad suum tribunal eum citantes, primùm libros sua manu contra Arianos exaratos, & cum ijs alios quosdā vetustissimos, quos tanquam egregium & æternitate dignum monumentum hucvsque Ecclesia Pictauiensis asseruarat, flammis pronunciant dignos & incendio deuouerunt ipsum sancti corpus pari supplicio plectunt. Iacebat eodem in loco Radegundis regina, quæ postquam cum Clotario filio magni Clodouæi I. Gallorum Christiani regis iuxta veteres historicos (& si isti Epicuri suo Gaspari vel Condæo hunc honoris titulum tribuunt) sex annos in matrimonio vixerat,

M. Pig. li. 6. ca. 10.

Niceph. l. 4 ca. 17.

Theuet in Cosmog. li. 14. ca. 6.

M. Pig. l. 6 ca. 11.

vixerat, castissimam ex voto deinceps vitam egit, ædificataque ad honorem Christi & beatæ virginis magnifica basilica (quæ tamen populari sermone S. Radegundis nomen obtinuit) in eadem ipsa moriens conquieuit. Cæterùm istorum canum furorē non potuit euadere, qui vel odio castitatis quā professa est, vel amore loculi in quo condita est, & quod erat alicuius pretij, corpus erectum eodem cum reliquis iudicio damnarunt vt ignibus conflagraret; omniaque quæ in illa Ecclesia iacuerunt Sanctorū corpora, eodem cum S. Hilario & hac castissima regina iudicio perierunt. Sed ineptæ facio qui vnam vel alteram Ecclesiam, vel S. Hilarij vel S. Radegundis ab istis fratribus direptam & vastatam dico, quādo omnes generaliter Pictauij Ecclesiæ eadem vastitate deformatæ sunt. Stultè S. Hilarij libros incensos queror, qnādo in plurimis galliæ prouincijs magnas & optimè instructas bibliothecas ab istis incēdiarijs & iuratis Antiquitatis & primitiuę Ecclesiæ hostibus incensas fuisse constat.

Satanica Huzonotarū in Apostolos Christi & Christū ipsum immanitas

Et quis miretur eos clarissimis illis & primis Ecclesiæ Gallicanæ doctoribus tam fuisse infestos, qui nec ipsis Apostolis Domini, si vspiam in eorum vel minutissimas corporum partes incidebant, magis fuerunt propitij! Erat in oppido quodam Burdegalensis oræ caput S. Matthiæ Apost. nec procul inde in oppido quod S. Ioānis Angelici nomine vocatur pars quædam capitis incliti præcursoris D. Ioañis Baptistæ, *quo nemo inter natos mulierum surrexit maior*, & quem ipse Saluator noster supra conditionem Patriarcharum & Prophetarum extollens ipsis Angelis coæquauerat, à quo & nomen huic vrbi videtur impositum, & quem locum ad honorem Baptistę sui multò pluribus miraculis illustrauerat, quàm quibus recens inuenta Geruasij & Protasij Martyrū

Barbezieux S. Ieandl'Angeli. Theuet Cosmog. li. 14. ca. 4. Matt. ca. 11. 10.

corpora

Ambros. epist. 85. corpora nobilitata fuisse narrat D. Ambrosius. Quid verò isti Gallogræci? perinde nimirum vt decuit veros Caluinistas, hoc est veros diabolos, qui & martyres, & Apostolos, & Apostolis superiores, ipsumque Christum pari loco habent. Post *omnia hæreticorum templa spoliata & euersa, vt nec vnum integrum relinqueretur*, post D. Matthiæ caput Vulcano consecratum & ablatum diligenter aurum quo caput D. Ioannis operiebatur, caput ipsum vel partem potius (erat enim pars posterior, cuius anterior Ambiani debito cum honore seruatus) postquam multis opprobrijs & contumelijs cum Herode & Herodiade affecissent, magna cæremonia, medio foro, pyram ingentem struentes iniecerunt. vnico facto & Herodes & Herodiade Iudæis infestissimis D. Ioannis hostibus, & ipsis quoque Ethnicis truculentiores. Hi enim & Herodias corpus mortuum permiserunt *discipulis vt sepelirent*, Ethnicique qui postea Romanis imperatoribus Christianos persequentibus martyrum corpora maximè Christianis inuidebant, adeoque de illis comburendis cineribusque ingenti numero in flumina spargendis plurimum anxij centuriones & præfectos instabant, quum eadem diritate *truncum D. Ioannis corpus ignibus absumendum* curassent, de capite quod magno labore Christiani comparauerant, veterem suam malitiam aliquantulum remiserunt. Ad isti nec cum Herode & Herodiade caput sepeliri sinunt, nec vt Ethnici à Christianis teneri patiuntur, sed eo spiritu pleni qui Herodem impulit ad eius cædem, & Ethnicos incendium ad eius mortui incendium, nec sepulturam concedunt: sed post fœdissima opprobria, ereptú Christianis diuinum caput solenni pompa ad contemptum Christi & quam Christus prædicauit fidem resurrectionis flammis absumpserunt. Qui autem

Theuet vbi supra.

Matt. ca. 14. 12.

Theod. hist. li. 3. c. 6.

ſta in Chriſti martyres & Apoſtolos deſignarunt, an Chriſto ipſi pepercisſent, ſi penes ipſos fuiſſet eum vel in ſe, vel in membris eius, vllave corporis parte rurſus cruci affigere? Imò & Chriſtus ipſe qui ſe ſuoſque Apoſtolos ijſdem hominibus ſimiliter odioſos eſſe prædicat, & certa ratio quum iſti Chriſti Apoſtolos non niſi propter Chriſti nomen & fidem hoc odio proſequantur, ideoque Chriſtum ipſum multò infeſtius erant perſecuturi, & ipſa experientia docet quam reuerenter Chriſtum fuiſſent habituri, ſi vt olim ad Pilati, ita nunc ad eorum tribunal iudicandus ſiſteretur. Aurangi enim in Prouincia poſt ordinaria illa Caluiniani Euangeliſmi facinora, diſturbatas Eccleſias, euerſa Sanctorum monumenta, exuſta corpora, & inter alia patronum & primum Apoſtolum ſuum ſanctum Eutropium, & huiuſmodi cætera, ad extremum ſcitè formatam CHRISTI crucifixi imaginem templo educunt, funibuſque alligatam imponunt aſino, & per omnes plateas & compita, perpetuis eam maledictis, & vnà continuis flagellis & verberibus afficientes circumducunt, & deinde non quidem in crucem egerunt, ſed quod eiuſdem erat immanitatis proiecerunt in ignem, quale quid cõtra Chriſtum à Turcis capta Conſtantinopoli geſtum fuiſſe Chriſtianorum Hiſtoriæ prodiderunt. Cæterũm ijdem fratres in diœceſi Carnotenſi longè vltra hanc vel Aurangiorum vel Turcarum dititatem progreſſi ſunt, qui in Eccleſiam quandam vbi ſacerdos diuinum illud Chriſtianorum ſacrificium peragebat irrumpentes, proculcata ſuis pedibus ſacra hoſtia, & effuſo ſanguine, calice loco matulæ abutentes, & ſacerdotem ad vrinam ebibendam compellentes, mox eũdem cum crucifixi Chriſti imagine alte colligarunt, & Chriſtũ cũ ſacerdote plurimorũ ſclopetiorum

Ioan. c. 15.

Hiſt. de la Val. li. 2.

M. Pig. li. 6. ca. 13.

Criſpinian. in Conſtãt. 8.

Lunay en la replique Chriſtien. li. 2. c. 16. In oppido Houdain.

rum glandibus transfixerunt: quod facinus plus quam diabolicum à multis Euangelicis in alijs plu-

Surius an. 1568. 1569. risque locis factitatum, fidelissimi historici annota-

runt. Nullum reperiam orationis exitum, si vellem horum facinora, nō quidem omnia, sed insigniora

Calumniatarum erga sacerdotes miranda feritas. non semel aut iterum in obscuris pagis, sed plu-

mero in clarissimis ciuitatibus & per totas pro-

cias perpetrata, vel breuiter perstringere. Alij

cerdotibus extraxerunt viscera, eaque obiecta

canibus & porcis, & deinde referserunt ventri-

no aut auena, & ijs tanquam præsepibus vi-

M. Pig. li. 6. ca. 10. quibus equi pascerentur. Alibi abscissa sacer-

genitalia coxerunt, & eosdē vt comederent vi-

gerunt, & mox pugionibus aperuerunt ventr-

inspicerent quemadmodum talem cibum di-

multos gregatim in puteos præcipitare, sepe-

lios viuos, serra alios secare medios, ludus no-

Surius an. 1568. 1569. istis primitiuis Christianis fuit. Sed nihil illis

fitatius quam sacerdotes excisis pudendis a

adigere. Narrat enim is qui eorum castra pe-

quebatur vir illustris & celebris, & qui ist-

aliquādo carnificinis interfuit inuitus, cū in-

dia (in qua tamen isti Cerberi nūquam ita m-

potuerunt) apud principem Portianum pro

dote quodam honestæ famæ intercederet, in-

Lunay en a replique Christien. li. 2. c. 16. fratres eum tanquam in rota per singula m-

rumpendum firmissimè funibus constrictum

disse, deinde diu flagellis & loris horrendum in

dum laceratse, postea accersisse chirurgum

membrum virile abscidit: qui sanguinarius

gloriatus est hunc fuisse decimum septimum

ipse hoc modo executerat, & infinitis cum dolo-

ad mortem compulerat. At nullius hominis

quentissimi lingua vel oratio, vel etiam cogi-

potest complecti quemadmodum Furiarum

in

in ciuitate Angolesmensi perbacchati sunt, quæ etsi honesta compositione, eaque multis vinculis fidei,& iurisiurandi (si quid esset in istis fidei, aut vlla vincula talibus indomitis bestijs astringendis essent idonea) in eorum potestatem venisset, nimirum vt Catholici laici & sacerdotes securè si vellent in vrbe morarentur, vel securè quò vellent exirent; tamẽ vt primum isti Fideles ciuitatis portas occuparunt, neutris vel sacerdotibus vel laicis pepercerunt, nec ab vllo crudelissimæ mortis genere abstinuerunt, quod truculentissimus aliquis Phalaris aut Mezentius vnquam exercuit. Et de laicis aliàs fortasse nonnihil attingetur, de Ecclesiasticis verò quoniam inexplicabile & infinitum est velle narrationem aliquam rei magnitudine dignam aggredi,& certè vires meas longissimè superat, vnico testimonio optimi doctissimique viri Angolesmensis contentus ero qui probè historiam totam cognitam perspectamque habuit. *Arbitror* inquit ille, *hanc ciuitatem nunquam pertulisse maiorem persecutionem, eiusq; agrum nunquam fuisse magis ab incolis desertum & incultum vel sub Gothis, vel sub Ostrogothis & Vandalis, vel sub Romanis & Anglis, quàm anno domini 1568. quando sub Hugonotarũ dominatum venit: nec vnquam plus crudelitatis exercitum est aduersus presbyteros monachos, sanctimoniales, & alios Catholicos. Nam templa alia inflammarunt, alia demoliti sunt, effoderunt è sepulchris corpora multorum quos Ecclesia pro sanctis veneratur, multorum etiam bonorum virorum qui nuper mea memoria sunt mortui. Perpauci presbyteri & monachi effugerunt suspendium, aliis abscissa sunt genitalia, alij proiecti sũt in latrinas, alij in puteos, alij è summitate murorum vel turrium præcipites in terram vel flumen dati sunt postquã diu extremis miseriis fuissent oppressi. Quumq; hæc funestissima Euangelici fratres perpetrarent, tum clamabant* Viue, viue, viue *l'Euangile. Neq; verò compositio &*

Launay ibi

Thuet Cosm. mog. vniuers. lib. 14. ca. 5.

leges pacificationis vtrinq; firmatæ quicquã cohibuerunt hos cædes et latrocinia. Quid ergo nõ fecerunt ij quã vitæ uitatẽ aliquã subegerunt, quãdo hîc vbi amicè emissi sunt perpetrant tã horrẽda? & vbi fidẽ nõ dant, quales sunt illi dracones & tigrides, qui hîc vbi & iureiurãdo omnia secura pollicebantur, Pamelissimarum bestiarum feritate nihil quicquã crepant? Sed quid in eis attendas fidem? ãqua vera fides omnis tam longè abest quàm à cane equo. imò quorum fides adeò est canina & bestialis vt ij quo magis fide Caluiniana sint imbuti, eo magis ad infidelitatem, & hanc eius comitem barbariem sint proni, Deo suo quem colunt ad has virtutes gratissimas eos impellente. Quod autem dicimus eò militari celeusmate & triumphali cantu, *Viuat, viuat Euangelium*, ita se habet. Proximo post bem redditam die, inter alios quos cõtra fidem tam crudeliter mactarunt, magna pompa, præfectum, virum sanctissimæ vitæ, excellentis doctrinæ, & concionatorem clarissimum: eiusque uentus lectori primum abscíderunt virilia, post occiderũt, & deinceps alteri fratri octogenario putatum caput abiecẽrunt in latrinas. Quoniam tem vt veteres quos prius nominaui patres & ptores & apostoli Ecclesiæ Gallicanæ, S. Hilarius Irenæus, Eutropius, Aignanus, suis sanctis scriptis sum'maque pietate, ita isti quoque viri sanctimonia & doctrina huic euãgelismo (qui aliud est quam manifestæ impietatis quoad Deum fœdissimæ turpitudinis quoad cõmunem vitam picuræa quædam professio) plurimum nocuerunt idcirco istis è mundo sublatis eorumq. memoria fieri poterat) deleta, viuere & vigere clamant Euan-

Supra fol. 292.

Launay vbi supra.

Definitio noui Euangelij.

gelium suum quando istis impedimẽtis remotis homines Epicuræi & infideles belluino ritu in omnibus voluptatum & libidinũ sordibus liberè possint volutari. Sed apponamus id quo doctissimus vir orationem suam cõcludit, est enim animaduersatione dignum. *Equidem* (inquit ille) *vere gloriari possum me tantum vidisse, quantum alius fortasse quispiam. Decem enim & octo annos extra Christianum orbem peregrinatus, vixi inter Barbaros etiam eos qui sub sole habentur immanissimi. Certò tamen scio me nunquam vidisse vel audiuisse similia immanitatis exempla, si ipsos Canibales & Margageas (qui sunt ipsorum Canibalum maximè efferati) in hanc comparationem ducas, quorum horribilem feritatem aliàs descripsi in historia mea de singularibus Galliæ prærogatiuis* Hæc ille. *Theuet vbi supra.*

Vellem autem semper lectorem meminisse, eorũ quæ ego in vna vel altera ciuitate facta memoro, simillima in plurimis per Galliam ciuitatibus, vt Cadomi, Rothomagi, Diepæ, Notmannia tota, Lugduni, Turonibus, Biturigibus, Cænomannis, toto Delphinatu, Prouincia, Guienna, Gasconia fuisse admissa; de quo nemo dubitare poterit qui huius Euangelismi, & istorum Euangelicorũ naturã vel à primo limine salutauit, vel qui eorũ præcipitem furorem turbinis instar omnia disijcientem cogitauerit & supra quinque millia sacerdotum, & plusquã decem millia templorum & sacellorum funditus euersa, duabus primis rebellionibus aduerterit, quod est à varijs historicis scriptum. Quique adeo proiecta ad malitiam & sacrilegium audacia erant, vt in tenera Euangelismi sui infantia, quum ille vix dum in crepundijs vagiret, vix dum primos dentes emitteret, in ipsa tamen Metropoli, & tum propter potentiam tum propter Catholicæ fidei zelum principe Galliarum vrbe Parisiensi, vsque eò se efferebant, *Vide Belfor. Cosmog. vniuers. to. 1 pa. 127. 158. 180. 186. 313. 328. 331 377. &c.*

Surius an. 1567. Illustria Ecclesiæ trophea impres. anno 1573.

An. 1562 Decem. 17

M. Pig. l. 6 ca. 7. vt à Prædicante suo, ministro *Seruetano qui Trinitatē, & simul Ariano qui Christum Deum negaret instigati, ipsa Christi nati celeberrima festiuitate, in Ecclesia S. Medardi populum Catholicum inuaderent, viros fœminasq; sanctas & occiderent, Christi & Sanctorum imagines confringerent, sacros calices, vestes & ornamenta Ecclesiastica compilarent, pedibus suis sanctissimum Christi corpus conculcarent, in Ecclesiam equos suos stabulatum inducerent, presbyteros alios equorum incursu prosternerent, alios ianuis & vulneratos in vincula conijcerent:* hæc qui in infinites tali tempore, tali loco, in ciuitate Parisiensi, in primo iustitiæ foro admittere sunt ausi; ij grandiculi facti, in Normannia, in Delphinatu, in Guiana, & Gasconia, vbi nullam iustitiam cogitabant, vbi nec Deum nec hominem verebantur, vbi ipsi erant supremi omnium principes, vbi in Christi Ecclesiam eius iure Euāgelico quicquid illis libuit id etiam licuit; hic demum quid non erant illi fideles acturi? hic (inquam) à quo flagitio, à quo facrilegio, à quo vel maximè infando contra Deum atque naturam scelere erant temperaturi? De Allogensibus quos isti suos in Euangelio fratres charissimos & Christi martyres agnoscunt, & qui eadem cum his de Christo ab Eucharistia absente, de baptismo nihil valente, de purgatorio nullo de Ecclesijs orationis causa non adeundis, de resurrectione nunquam futura, de mortalitate animæ fidem Caluinianam tenebant; qui contra Galliam patriam, Africæ Saracenos vt isti Græciæ atque Turcas solicitabant, & contra Ecclesias, altaria, imagines, eadem prorsus cum illis suis successoribus operabantur; de his (inquam) memoriæ proditum est, quòd Tolosæ super altare maioris Ecclesiæ Crucifixi imaginem collocauerint; mox eodem altari scortum posuerint, eaque in conspectu imagi-

Crispin in actis Martyrum li. 1 fol. 9. Belfor. in Annal. l. 3 ca. 73. Antonin. 3. parte spec. hist. tit 19. ca. 1.

Vincent. spec. hist. li. 30.

ginis ad Satanicam deſpicientiam Chriſti crucifixi, turpiter abuſi fuerint. Quo Euangelico facinore patrato, imaginem quaſi tanti ſceleris conſciam vindicaturi, brachia ei precîdunt, collo funem inijciũt, vtque ſuperius de Aurangianis fratribus narrauimus, per totam vrbem incredibili cum contumelia & irriſione trahunt. Quàm multa huius generis turpiſſima & impuriſſima putamus ab iſtis noſtris Caluiniſtis factitata? ab iſtis dico quos & ipſa Euangeliſmi doctrina ad omnes libidines extimulat, & DEVS cui ſeruiunt ſuo item ſpiritu ad eaſdem vehementius inflammat, & ne de eis cohibendis quicquam laborent, admonet atque inſtruit; & quibus denique ipſorum principes & Euangeliſtæ atque Apoſtoli Caluinus & Beza, ſuo exemplo ad quamuis infandam libidinem præluxerunt; quorum Apoſtolatum vt ſtabiliant hæc tam tetra & infanda moliuntur.

Tractatus in Elencho hæreſi. 1. cap. 23.

Supra fol. 283.

6. Quod vnicum tale eſt, vt vel ob hoc ſolum, Canibales potius aut bruta animalia quã Galli ſint dicendi, etiamſi quæ hactenus percurrimus omnia illis condonentur & obliuione deleantur ſempiterna. Quis enim eos homines ducat & non potius, vt Apoſtolus vocat *irrationabilia pecora*, qui veteres ſuos Apoſtolos Dionyſium. Photinum, Irenæum, Eutropium, Trophimum, Creſcentem, Martialem, Nithanaelem, omnes vel à Chriſto, vel à Petro, vel Paulo, vel Clemente miſſos, omnes ſanctiſſimos caſtiſſimoſque Epiſcopos & Martyres dereliquerunt, & eos etiam mortuos barbarica crudelitate rurſus quantum poterant iugularunt, vt Calninum & Bezam, iſta duo proſtibula, duos hos Sodomę & Gomorrhæ ſpurios, à principe diabolorum Beelzebub ad Galliam corrumpendam extruſos in eorum locum & Apoſtolicã dignitatẽ extollerent

6.

2. Pet. 2. 12.

Quales beſtiæ fuerint primi Hugonotarũ Apoſtoli.

Calumus.

Gen. 19.

rent! Quorum ille propter horrendam libidinem
Histo. de la vie de Calui. chap. 5 flammis cœlestibus olim vindicatam è Gallia pro-
fugere coactus est, id quod ex publicis patriæ
ciuitatis Nouiodunensis tabulis constat; iste
à seipso æditis, & ad æternum Euangelismi
dedecus impressis gloriatur, se turpissimè hi
Beza. rius viri vxorem, illinc alterius patris impu
filium adamasse, cumvtroque fœdissimam
consuetudinem habuisse, & vtriusque sic ince
cupidine vt quem cui præferret nesciret; ad
mum tamen infandos concubitus pueri, adul
amplexibus sibi fuisse suauiores concluderet
trumque autem patri proprio, matrique, & fr
bus, omnibusque amicis sine vlla quæstione pr
neret. Qui emissis & impressis ad omnium Gal
Beza in epigram. & Christianorum notitiam spurcissimis carm
bus canere non erubuit,

Abest Candida, Beza quid moraris?
Audebertus abest, quid hîc moraris?
Tenent Parisij tuos amores,
Habent Aurelij tuos lepores,
Et tu Vezelijs manere pergis?
Procul Candidula que, amoribusq3,
Et leporibus, Audebertuloq3?

Posteaque hunc Sporum catamîtum, illam
infamem adulteram Parisiésis sartoris vxorem
rissimis suis parentibus anteponens, addit

Imò Vezelij procul valete,
Et vale pater, & valete fratres,
Namq3 Vezelijs carere possum,
Et carere parente, & his & illis.
At non Candidula Audebertuloq3.

Mitto reliqua, pudore enim impedior ne ascribam
Etenim isti innumerabilia ex licentia sui Euang
impudenter admittunt, quæ à verecũdis aduer

Cath

Catholicis nō possunt audire. Sed qui discipuli illos priores diuinissimos Christi Apostolos abiecerunt, vt his duobus animalibus quouis hirco sordidioribus adhærescerent, an ij Gallorum vel Christianorum nomen merentur, quem ego recusem iudicem modò aliqua ciuili honestate præditum?

7 Quod igitur in populo Gallicano præcipuè & primo loco spectandum dixi, hoc est, Christiana & Catholica religio; eius istos fratres inanissimos esse, perspicuis vti spero argumentis conuicimus. Vtque superius eos nihil de corporum resurrectione, nihil de animarum immortalitate & præmijs æternæ vitæ credidisse docuimus, ita quæ hic percurrimus ab eius gesta, optimè probant facta externa cum interna fide, mores discipulorum cum doctrina magistrorum, messem cum semente, fructus cum radice, riuulos cum fontibus, vitam communem & viuendi consuetudinem cum Euangelismo & Caluinismo apprimè congruere: vtque in doctrina nihil est Christianum, nihil nisi Saracenicū, impium, infidele, Epicuræum; ita in moribus vitaque, nihil est humanum, nihil nisi Turcicum, barbarum, agreste, belluinum. Prudentius Christianus poeta, longè alio spiritu quàm Geneuensis illa bestia carmina scribens, eleganter docet quam ob causam primi Christiani sepulchris tantam curam impenderent. Pagani quidem corpora Christianorum vastare, demergere, comburere satagebant, quò significarent nullam illis superesse resurgendi spem, in quo articulo Christianæ religionis cardo vertebatur. Christiani è contra vt denunciarent se de resurrectione esse certissimos, corpora suorum honorificè in sepulchris quasi ad expressum resurrectionis testimonium condebant: de quo pulchrè Prudentius,

7.

Ca. 4. & 5.

Euseb. li. 5. cap. 1.

Prudent. hymno in exequijs defunctorum

Quæ pigra cadauera pridem
Tumulis putrefacta iacebant,
Volucres rapientur in auras,
Animas comitata priores.

Quod quia firmissimè ab omnibus Christianis ... debatur.

Hinc maxima cura sepulchris
Impenditur, hinc resolutos
Honor vltimus accipit artus,
Et funeris ambitus ornat.

Quare primi Christiani sic honorarunt corpora & sepulchra Sanctorũ.

Quum autem vir aliquis sanctus vt martyr vel Apostolus mortem obibat, quia eius altera eaque principua pars iam nunc cœlesti beatitudine fruebatur, ad quam suo tempore & corpus certissimò erat ... uehendum; idcirco huic corpori ornando vtpote iam quasi dimidia ex parte glorificato & de plena glorificatione securo, nullis sumptibus parcebant. Id quod plurimum item & ad Christi honorem, & ad religionis Christianæ confirmationem pertinebat. De quo egregiè aureum os D. Chrysostomi exponentis illud Isaiæ de sepulchro Christi, *Et erit sepulchrum eius honor. Locus (inquit) in quo Christus positus est, licet valde angustus, augustior tamen & venerabilior est mille regum Palatijs, imò etiam regibus ipsis. Et erit requies eius honor.* Esaiæ 11. *Nec in ipso solum, sed in discipulis etiam eius hoc contigit. Nam qui ducebantur & circunducebantur, qui contempti erant & vincti, qui innumerabilia patiebantur dum viuebant; vbi defuncti sunt, regibus ipsis erant magis venerabiles. Etiam Romæ quæ vrbium est regalissima, relictis omnibus, ad sepulchra piscatoris (Petri) & pellionis (Pauli) currunt & reges, & præsides, & milites.* Ex quo alibi infert præclarè cõtra Ethnicos: *Audebitis igitur horũ dominum vocare mortuum, cuius serui vel mortui terrarum orbis regũ sunt protectores?* Hæc est Christianorũ fides, hoc verorũ christianorũ officium

Esa. 11.

Chrys. to. 2 aduersus Gentiles.

Quod Christus sit Deus.

Homil. 66. ad populũ Antiochenum.

cium, & hoc à Christianis faciendum *scripturæ diuinæ prophetarum* (inquit diuus Augustinus) *ante longissima tempora testatæ sunt*. Qui ergo & scripturis diuinis, & primitiuæ Ecclesiæ, & huic primario Christianæ fidei fundamento se opponunt Caluinistæ, an non propriè Antichristi dicendi sunt? Veteres quidem Ethnici quotquot de animarum immortalitate rectè crediderunt, sepulchrorum religionem magna item cura sanciuerunt, & vt aliàs admonui, pœnam grauem statuerunt ei qui *bustum, monumentum aut columnam, violaret, deijceret, frangeret*. Quibus igitur supplicijs isti mactandi sunt, qui Apostolorum, Martyrum, & aliorum sanctissimorum Episcoporum monumenta, tam sacrilegè & tam immani in defunctos odio deuastarunt! Veteres Ethnicorum carnifices, illi qui erant cæteris impuriores, quum Sanctorum corpora in cineres redegissent, exprobare solebant Christianis, *Iam videamus vtrum sint resurrecturi, & vtrum illorum Deus eos adiuuare & è manibus nostris eripere possit*. At Caluinistæ illis Ethnicis millies nequiores, & animas mortales credunt, & suis tropis omnia scripturæ loca de resurrectione eludunt, & planum est eos Ethnico spiritu martyribus ijs quos exussērūt insultare, quasi eorum Christus eos non poterit resuscirare nec ex istorum carnificum manibus eripere, qui Christum ipsum adhuc resurrexisse negant, & qui nunc Sardonicè ad eius resurrectionem probandam scripturas se cudere iactant. perinde quasi Christi ipsius resurrectio nisi istorum canum Saranicis mendacijs non posset confirmari. Lex est apud Turcas accuratè religioséque obseruata, *ne quis demoliatur, effringat aut aperiat sepulchrum alicuius Turcæ, Mauri, Iudæi, Arabis, Persæ, Gentilis, Christiani aut alterius cuiusquam. Qui secus fecerit, pœna esto mors & indignatio principis*. Cumque Se-

Augustinus epistola 42.

Cicero li. 2. de legibus.

Euseb lib. 5. cap. 1.

Hugonotæ nequiores Ethnicis.

Suprà fol. 305.

Theuet Cosmog. li. 6. cap. 7.

Christianorum principum sepulchra apud Turcas inuiolata.

limus Turcarum Imperator expeditionem in Ægiptum faciens Iudæam transiret, & eius milites aliquot prope vrbem Gazarensem medici cuiusdam monumentum effregissent, suspicantes thesaurum illic absconditum, ciuesque vrbis factum illatum Selimum detulissent, is statim præcepit reos comprehēdi, & ex illis XIIII. laqueo suspendit, tresdecim palis suffixit, omnes sacrilegij participes magnitudine interfecit, qui etiā Hierosolymis ingressi sacellum Christianorum in quo extat monumentum Gottofredi Bullionij cum hac inscriptione:

Ibid. ca. 8. *Hic iacet inclytus Dux Godefroy Duc de Buillon, qui tam istam terram acquisiuit cultu Christiano, cuius anima regnat cum Christo. amen.* nullum lapidem de loco mouit, quin potius & sacellum hoc, & alia rum multo celebrius quod *Sepulchrum Christi* dicitur, vbi post crucifixionem Saluator noster sepultus est, beneficentia magna prosecutus, in eo & pro orauit, & veterem maiorum suorum consuetudinem renouauit, præcipiens ne vel Christianis sacerdotibus illa custodientibus, vel monumentis regum & Principum Christianorum quorum ibi circumcirca magnus est numerus vlla à quoquam iniuria inferretur. Quod si illa Christi vel Principum Christianorum sepulchra, si monumentum illud Gottofredi Bullionij Caluinistis occurrisset, num isti Deo orationes illic suas obtulissent? num sacerdotes Christianos à violentia illæsos præstitissent? num quod filius Selimi Solimannus fecit, quot aureorum millia Christianis locorum illorum custodibus distribuissent? Imò an non cuiusdes illos omnes execuissent, & varijs tormentis cruciatos occidissent, & monumenta siue Christi siue Christianorum Principum quæcunque à fundamentis diruissent? Atqui id quod fecerunt ac

Ibid. ca. 9.

Vide Belforest. Cosmog. univers. Tom. 2. pag. 985.

Iouius histor lib. 17.

Theuet vbi supra.

Caluinistæ Turcis immaniores.

Gallia

Gallia, docet quid facturi erant in Iudæa. Qui suis regibus tam fuerunt truculenti, alienis Principibus nunquam futuri erant clementiores. Quique Christi Apostolis & Charissimis amicis se protestati sunt capitales hostes, Christo ipsi nihilo magis pepercissent. ideoque est euidens Turcam Hugonota, Mahometanum Caluinista, Sergium Beza, Halim Caluino, Sultanum Selimum Mahometis cultorem & æternum Christi persecutorem, Christianum esse Gaspare Colignio Caluinistarum rege eiusque ducibus longè meliorem, qui vnà cum suis sectarijs hactenus ita nihil moderatum, nihil humanum præ se tulerunt, vt simpliciter belluæ magis quàm homines & dici & credi mereantur, de quibus verissimè illud Lactantij de similibus dictum vsurpari potest. *Aspernantur corpora belluarum quibus sunt ipsi sæuiores, sibique adeò placent quod homines (& Galli) nati sunt, quorum nihil nisi lineamenta & summam figuram gerunt. Nam quis Caucasus, quæ India, quæ Hyrcania, tam sanguinarias vnquam bestias aluit? quænam illa feritas, quæ rabies, quæ insania est, lucem viuis, terram mortuis denegasse?* quam isti rabiem & insaniam erga plurimos viros & plurima Sanctorum corpora exercuerunt. Quod autem de vno eorum sacrilegio, euersis videlicet sepulchris & eiectis sepultorum ossibus narrauimus, id non minùs abundè demonstrari poterat de alijs innumeris si locus pateretur per reliqua vagari, & singula cum Turcis & Ethnicis conferre. Semper enim pateret inter Ethnicorum quorumcunque perditissimum, & vulgarum Caluinistam, quoad religionem nihil esse discriminis, nisi quod fortasse nequissimo Pagano communis Caluinista est vt plurimum flagitiosior. Pagani cum sub Iuliano Apostata licentiam haberent quæ vellent contra Christianos

Lactant. lib. 5. cap. 11.

Caluinista magis sacrilegi & crudeles quam Iulianus Apostata.

Theodoret hist. lib. 3. cap. 6.

stianos agendi, *Ascaloni & Gazæ, quæ sunt vrbes Palestinæ, primùm virorum sacerdotij dignitate exornatorum, & mulierum perpetuam virginitatem professarum vestes discindunt, deinde farciunt hordeo, ad extremum eas pro deuorandos obijciunt.* At quod veteres Pagani non volente & iubente Imperatore ausi sunt, id illorum ui Pagani in Gallijs inuito & contradicente Galliarum fecerunt. Quod illi in vna vel altera be, id isti in multis vrbibus, & alia his diriorum totam ferè Galliam patrarunt. Iulianus Apostata

Ibi. ca. 11. *era Ecclesiarum vasa in ærarium regium inferri, & pro Ecclesiæ quam Constantinus ædificarat, obserari mandat quò aditus ad conuentus illic agendos Christianis interdederetur.* Eiusque quæstor Felix qui vasis Ecclesiasticis colligendis præerat, *eorum magnificentium* contemeatus, (neque enim habebant antiqui Christiani eiusmodi vitra & cupas tabernarias quibus Caupones Christæ cœnaturi in suis synagogis vtuntur) cõtumeliosè, *En* inquit *quàm sumptuosis vasis filio Mariæ ministretur!* At isti etiamsi cum Apostata Iuliano Imperatoriam dignitatem non obtinent, vasa tamen sacra in multis Galliæ prouincijs conflant, nec obseserando portas Ecclesiarum Catholicos ab eis aditu prohibent; sed via magis compendiaria Ecclesias eum portis succendendo, vel suffossis fundamentis & immisso puluere tormentario eas funditus diruendo, conuentus Christianorum omnes prohibent, nec cum Felice in sacrorum vasorum magnificentiam iocantur tantum, sed ea suis sordibus fœdissimè contaminant, nec verbis solùm *Mariæ filio* insultant, sed eum verberibus etiam quoad possunt cũ Iudæis afficiunt, & asino impositum atq; alligatum, fœdioribus quàm olim Iudæi opprobrijs denuò vexant & crucifigunt. Infinitum est si velim hoc modo omnia persequi, & singula horum facta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nora cum veteribus Paganis aut Saracenis componere, nec est vti spero necessarium, quando si ex vngue leonem, multò magis ex tam vncinatis hamatisque & vnguibus, & dentibus, & rostris, facile est istas Harpyias & dracones æstimare.

8 Ex quibus omnibus quoniam si religionem & nomen Christianum respicimus, istos nihil minus quàm Gallos aut Christianos esse liquet; quoad obedientiam, & mores & animum voluntatemque Gallicanis legibus regibusque parendi, & Gallicanam rempublicam defendendi, ecquid in istis insit Gallicani sanguinis & spiritus, proximè iam examinemus: toto harum rebellionum & sacrilegiorum tempore, quanquam hoc ex antegressis satis elucescit. Nam quin Regis & Parlamentorum omnium authoritas cum Ecclesia conspirauerit & ad Ecclesiam tuendam vires suas contulerit, nemo sanæ mentis ambigit. Extantque multa & regum, & Parlamentorum Parisiensis, Tolosani, Rothomagensis, Diuionensis, Burdegalensis & reliquorum tum contra hæreticos omnes generaliter, tum speciatim contra istos Apostatas edicta seueriſſima iterum atque iterum repetita. Nec quicquam est clarius quàm inuitissimis regibus fortissimè contra nitentibus Parlamentis, hos tumultus, hæreses, seditiones, vastationes vrbium, cruenta Hugonotarum cum rege & regijs ducibus commissa prælia in regno Galliæ euenisse. Imò verò à primo huius Caluinismi iacto in Gallia lapide, omnia acta Caluinistarum quid aliud fuerunt quàm violationes & cõtemptiones legum, quas suprema in Gallijs authoritas Regia & Parlamẽtaris sanciuerat? Quàm multa statuerat Franciscus primus contra hanc hæresim suis temporibus in Gallia serpere incipientem? Quàm multa paternis sanctionibus addidit Henricus

8.

Seditiosum principium Caluinismi in Gallia.

Histoire Françoise de M. Tig. l. 5. ca. 10. Belforeſt hiſt. lib. 6. cap. 88.

cus II? Quid eius filius Franciſcus II? *Quoniam ſanè (inquit) contra edicta Franciſci & Henrici II. nocturna in ciuitate Pariſienſi & alibi audimus fieri conuenticula, in quibus ſacramenta contra ritus Eccleſiæ Catholicæ miniſtrantur, prohibemus ea in poſterum, præcipimuſque dominis quibus deinceps tales cœtus & coitiones fient penitus deſtrui, & in vaſtitate perpetua iacere vt nunquam poſtea exædificentur.* Huic regis edicto ſi fuiſſet obtemperatum, quemadmodum potuiſſet Atheiſmus in Gallia radices agere? Tantum verò abeſt vt huiſ ſanctioni regiæ Caluiniſtæ paruerint, vt poſt

Ibidem. *multò magis quàm antea*, temporibus nocturnis tenebrarum opera peregerint, concionando, contra Eccleſiam Catholicam, Pontificem, epiſcopos, & totam Eccleſiaſticam Hierarchiam bacchando, quod eſt ordinarium Caluinianæ prædicationis ſubiectum. Deinceps verò media luce eadem patrare audebant, & præterea in concionibus

Ibidem. contra regem cæperunt nominatim inuehi, & libros quoque famoſos paſſim ſpargere: non contra regem modò, ſed *contra Deum* primò, tum *contra regem, principeſque, & qui regi erant à conſiliis*, vel regis aula viuebant: quibus modis neceſſe erat malum ingraueſcere. Et multa quidem multis locis proditoriè contra regem, ſeditiosè contra rempub. impiè contra Deum, gerebantur; ſed tamen propter reorum maximam multitudinem

M. Tig. vbi ſuprà cap. 12. Belforeſt hiſt. 6. cap. 88. Concilio regis viſum eſt cum illis indulgenter agere, & meliora ab iiſdem ſperare in poſterum. Ergo venia omnium præteritorum ſcelerum Caluiniſtis omnibus facta eſt: exceptis tamen ab hac indulgentia concionatoribus, miniſtris, & qui ſub velo religionis coniurauerant cõtra regem, reginam matrem, vxorem, fratres regis, principes, conſiliarios, aut cõtra ſtatũ reipublicæ. Sed hoc decretũ camino obſ

addidit,

addidit, & incendium multo vehementius auxit. Ministri enim verè incendiarij & flabella seditionũ, tum demum multò pluribus mendacijs, rithmis, famosis libellis, contra regem principesque regios emissis, & regem & principes toti populo, maximè Caluinianis quàm odiosissimos reddere satagebãt, & denique de rege principibùsque vno impetu interficiendis consilia dira machinabantur. Sequuta est mox coniuratio Amboſiana, & quum insidijs fraudibusque quod volebant non potuerunt consequi, in apertas rebelliones eruperunt, prælioque Dreusiorum vtrique parti & Catholicis & Caluinistis cruẽnto, sed regi & reipub. cruẽntissimè decertarunt. Quumque postea incredibili perfidia, generosissimũ Ducem Guisium Poltrotus Bezæ cõsilio & ingentibus aliorum promissis adductus obtruncasset, à rege inuito libertatem religionis sed certis conditionibus circumscriptam extorserunt. Ista ego celerius præteruolo, quia sunt lippis & tõsoribus nota, & quando iam de religione quod cupere sè simulabant obtinuissent, eorũ regiæ maiestatis & legum patriarum contemptus declarat eos esse ex natura religionis suæ regibus legibùsque rebelles, vt quæ deinceps contra ius fasque gesserint, nulla possint excusatione defendi.

Libertatem itaque quam desiderabant rex concedebat, sed ita vt non in vrbibus sed suburbijs tantum vel pagis quos rex præscribebat, suos impios ritus agerent. Deinde vt ciuitas Parisiensis ab illis ministrorum concionibus & reliquis Caluinismi nugis esset libera. Quietè quidem sine molestia & perturbatione quacunque, tum in vrbibus alijs tum ipsa quoque Parisiensi Caluinistæ degere possent; at si cœnare vellent vel ministrum prædicãtem audire, ex illis vrbibus ad loca destinata egrede-

M. Pig. lib. 6. cap. 7.

1.

2.

Libertas religionis concessa Caluinistis, & quibus conditionibus.

3. egrederentur. Tum in Aula regis, nec cœnas nec
conciones Caluinianas exercere liceret. Porro
4. ſuis concionibus, à maledictis in Catholicam
gionem, principes, epiſcopos, & magiſtratus
dis temperarent, ſacerdotibus moleſtiam
exhiberent, Eccleſias interceptas ijs reſtitu
imagines ſacras Chriſti & Sanctorum ne
frangerent, nihil contra pacem Catholicor
tentarent, ſed eos veteri ſuo more Deũ colere
mitterent, & ipſi viciſſim Caluiniana vt vellent
5. ctrina ſectarios ſuos inſtruerent. Denique ſub
textu conuentuum aut conſiſtoriorum nullas
ſectæ hominibus pecunias, nulla ſubſidia pecu
equitumue imperarent, ſed quoad eiuſmodi or
regi ſua ſarta tecta manerent authoritas. Atq
conditionibus Rex & Parlamentum ſe nouam
gionem toleraturos ſpoponderunt. Has cond
nes quis inficietur & obſeruatu fuiſſe facile
Hugonotis valde commodas? Qui enim poſſ
gionem Chriſtianam in Gallia plantatam, nu
vnquam habuerunt pagum, nullum ſuburb
nullam domunculam, aut tugurium, in quo ec
hæreſis vocem ſuam emitteret; ijs nunc in or
bus Galliæ prouincijs multa ſuburbia, mul
gos, oppida, & plurimorũ nobilium villas pa
quibus liberè fidẽ ſuã docerent, quanta erat g
quanta indulgentia? Quam ſi Catholici qui
glia nimis barbara tyrannide opprimuntur, pr
teri ſua Catholica Chriſtianorum omnium
one poſſent multo durioribus conditionibus
qui, quàm ſecum putarent humaniter agi, & q
ſcrupulosè cauerent ne conditiones datas tranſ
diendo, iuſtam vllam hæreticis vel leuiter exp
landi præberent occaſionem! Sed ſtultiſſimè fa
qui lucem cum tenebris, oues cum lupis, Chri

Vide edictum apud la Val lib. 3. fol. 141.

an. 1562. menſe Ianuario.

cum Satana, Catholicos cum Caluiniſtis confero; & eos quorum religio fidem & charitatem prædicat, iſtis quorum totus Euangeliſmus in ſola fide, eaque Græca,& Punica,& Hugonotica,& proiecta ad quoduis flagitium ſuſcipiendum audacia poſitus eſt,ſimiles eſſe poſſe autumo. Nam iſti ſuã Gallogræca fide ita edictum reges interpretati ſunt vt nullam eius particulam obſeruauerint. Neque verò aut huic aut alij cuicunque regis edicto aliter obtemperauerunt, niſi quatenus ex eo ad ſectam ſuam ſtabiliendam maius aliquod incrementum putabant ſe acquirere. Ita quod in initio generaliter huius Euangelij inuentores prædicabant, *fas eſſe illud fucis, & technis*, & diſſimulationibus, & periurijs,& rebellionibus quoque *promouere*, id ita firmiter in diſcipulorum pectoribus hæſit, atque adeò illuſtribus Aurangij in Flandria, & Colignij in Francia exemplis probatum eſt, vt ſi quis hodierno die hæretico cuiuis de fœdere ſeruando credat, niſi fœdus illud ſit eius rationibus admodum vtile, is non minùs cum ratione inſanit, quàm ſi Satanæ fidem & honorem ſuum de re quapiam præſtanda interponenti credat. Neque ſine cauſa hos duos in fide ſeruanda pares facio, quos diuinus Chriſti Apoſtolus quoad fidem, iam olim inter ſe comparauit. Et quàm (Deus bone) licenter iſti hoc regis edictum violarunt! Acceperunt quidem ſuburbia, ſed ita vt is eſſet ad vrbes occupandum gradus, & vbi potuerunt non minus effrænatè in vrbibus quam ſuburbijs Caluiniſmum ſuum propagarunt. Et ſi quis eis regium edictum obieciſſet, in promptu erat reſponſio, Deo cuius illi negotium agebant, magis obediendum eſſe quàm hominibus. Ita poſt edictum illud Ianuarij, plurimas eaſque celeberrimas toto regno vrbes inuaſerũt, Aurelias, Turones,

Eraſmus in epiſt. ad fratres inferioris Germaniæ, Caluiniſtas ſingulas conditiones quàm improbe violant.

Iacob. cap. 2. v. 19.

M. Pig. li. 5. cap. 7.

Andegauum, Pictauium, Biturigas, magnam partem Guiennæ, & alia quæ enumerare longum est.

2.3. Tantum verò abest vt à ciuitate Parisiensi aut Aula etiam regis suis impietatibus contaminanda abhinerent, vt non vertente anno in quo edictum illud extorserunt, Parisijs in oculis Parlamenti, in celeberrimo Christianorũ festo, horrenda illa facinora cõmiserũt quæ paulo ante narrauimus. Et ne tutius roborari partes suas sciebant si Parisiensem ciuitatem, & regis Aulam, quasi cor & cerebrum, primaria vitæ Catholicæ domicilia possent infestare eò acrius & seditiosiꝰ Ministri ijs in locis sua arma inferere contenderunt, vt nouis iterum atque iterum edictis opus fuerit ad eorum petulantiam coercendam. De iniurijs autem in Clerum & contumeliaciendis quod opus est loqui, aut ab ijs quæ non potuerunt abstinere ministri prædicantes, quorum vt plurimum conciones maxima ex parte in his rebus consumuntur. Et si Caluinistam prohibes ne Pontificem Rom. missam, religionem, & principes Catholicos inuehatur; perinde est acsi os illi obstruas & planè iubeas obmutescere. Et ea ferè omnia quæ modò percurrimus, homicidia, sacrilegia, spoliationes & euersiones templorum, lacerationes sacerdotum, tragica & Turcica in Christum, in Sanctos, in reges viuos & defunctos scelera, vel eodem vel proximo post edictum Ianuarij anno facta sunt. Cæterum quemadmodum inferiores duces, magistratus, & ministri, in alijs particularibus quæ ipsi putarunt sibi maximum appetebant, occidendo aduersarios, prædando aliorum bona, vim inferendo vires & fœminis debacchãdo in clerũ & Pontificem, pro libidine sua edictũ regis eludebant: sic princeps eorũ Coligny, qui nihil nisi regnum cogitabat, & cui aliorum omnium desideria ipsamque religionem deseruire oportebat,

Supra fol. 302.

M. Pig. li. 6. cap. 19. 20.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gebat, extremum illud quo regnũ ſuum impediebatur,& creberrimè & audaciſſimè perrumpebat. 5.

9 Proximo itaque poſt edictum illud & pacem Aurelianenſi obſidione ſoluta confectam anno, quum máximè elucere debebat in iſto homine pacis ſtudium eiuſque erga regem obedientia, quæ erant pacificationis antegreſſæ primaria capita; ille ſtatim regni ſui fundamenta ponens, diſtribuit totam Galliam vt alias annotauimus in prouincias ſexdecim, vnamquamque rurſus prouinciam in certas præfecturas, & harum quamque rurſus partitus eſt in Eccleſias quas vocabat, quarum vnaquæque ſuum habebat Conſiſtorium quaſi ſeparatum iudicum conſeſſum, ex miniſtro & certis fratribus Euãgelij promouendi ſtudioſiſſimis compoſitum. In ſingulis præfecturis inſtituit rurſus aliud Concilium quod vnoquoque menſe coibat, & de communibus Caluinianæ cauſæ rebus conſultabat. Quod illic fiebat referebatur ad Conſilium prouinciæ. Ab hoc rurſus aſcendebatur ad grandius Conſilium prouinciarum omnium, in quo pauci homines ex omnibus prouincijs delecti communia negotia tractabant, & fratribus erat inſtar Parlamenti cuiuſdam Pariſienſis. Sed quartum adhuc ſupererat *Conſilium* reliquorum omnium ſupremum & caput quod *ſecretum* dicebatur, cui Admiralius non modò tanquam Rex, ſed etiam quaſi Pontifex præſidebat: vbi de bello, de pace, de religione, de fœderibus Principum ſine prouocatione ſtatuebatur. Regno Caluiniano ad hunc modum in ſuos ordines tributo, proximum erat commune aliquod ærarium ſtabilire, ſine quo nec in pace nec in bello aliquid præclarè poterat adminiſtrari, quum pecunia ſit neruus rerum gerendarum, ſine quo frigeat & in pace conſilium, & in bellis

9.

an. 1563.

Launay en la repliqve Chreſtienne lib. 2. cap. 13. §. 5. 6.

Gaſp. Colligny & Caluiniſtarum regnũ quo modo fundatum in Gallia.

Concilia.

Pecunia exacta. expeditio. Ergo statim ab Ecclesijs exigit quadringenta librarum millia, quibus collectis emittit in omnes partes suos exploratores, eosque in omnium principum aulis habebat vigiles. cum principibus Germanis coibat fœdera, pensiones dabat militaribus quibusdam Præfectis qui semper ad nutum præsto essent, vt si quando de vrbe, castello, aut quouis loco magni alicuius momenti capiendo admonerentur, subito iniunctum munus capesserent. Ex his autem Consistorijs & Concilijs & exploratoribus, præter alia commoda id capiebat vtilitatis, vt (quod in regno nouo stabiliendo potissimum habetur) aduersariorum suorum acta & molitiones, non solùm in magnis Principum Aulis sed etiam in ciuitatibus, minimisque Galliæ pagis intelligeret. Consistorijs præterea hoc officium iniunctum erat, non vt disciplinam Ecclesiasticam curarent, non vt verbum Domini Paulique epistolas tractarent, sed vt in disciplinam militarem incumberent, verba & iussa Admiralij exequerentur, ad eum de incremento fratrum, de numero peditum equitumque, & armorum, statis temporibus referrent. Si quis ditior esset & imbecillior, is tenuiorem sed robustiorem, & in rebus gerendis acriorem suis pecunijs armaret. Si quis ætate defecta, is iuuenem suo loco sufficeret; omnes semper in procinctu starent, vt *si qua repentina contra infideles* (sic appellabant regem & Catholicos) *suscipienda esset expeditio*, sine mora efficerent quod à ducibus præciperetur. Hoc modo quum ad quatuor annos in Ecclesijs Caluinianis plenè fuisset dominatus, tamque expeditionis illius quam intendebat tempus immineret, destinatò misit ad omnia Consistoria, & concionatoribus mandat, vt singuli quotiès fratres doctrina Euangelij instruerent, omisso

Consistoria.

Colignius rex & pontifex.

Testamen-

Testamento nouo vetus tantũ, & veteris eas solum modo partes interpretarétur, in quibus Deus Moysi & Iosue Iudæisque terram Palæstinam ingressuris præcipit, vt sine vlla misericordia Cananæos, Moabitas, Philistæos & reliquos idololatras interficerent. Quo regis Colignij edicto ad Ecclesias perlato, Ministri subito opus aggressi, declamabãt eandẽ esse Catholicorũ & Cananæorũ, eandẽ Caluinistarum & fidelium Hebræorum, eandem Colignij & Moysis, Dandelotij & Iosue rationẽ. *Iudicijs & seueriſsimis æterni ſupplicij comminationibus, incitabant auditores* vt alacriter contra regem Carolum insurgerent. Dei siquidem causam nunc agi, ideoque ad personam hominis non esse conuertendos oculos: eos omnes Euangelium prodere & perduelles esse, contra diuinam maiestatem, qui quò minus hoc faciant aliquos conscientię scrupulos prætenderẽt. Hæc esse bella domini, & contra infideles & prępotentis Iehóuæ iuratos inimicos moueri, eaque tanto debere esse reliquis bellis cruentiora, quanto minus hostibus Dei quam inimicis mortalium hominum parcendum est. Denique vniuersis per omnes Gallicanas Ecclesias ministris hoc generale concionandi argumentum à Colignio iniunctum est, vt ea tantum è pulpitis sonarent quæ idonea essent ad concitandos tumultus, ad irritandos & commouẽdos auditores, & (ne à verbis edicti discedam) ad belli contra regem gerendi cupiditatem *atque ignem in auditorum mentibus incendendum*.

Mettre le feu en la teſte.

Rebus ita dispositis, quũ iam huic Caluinistarũ Moysi opportunũ videbatur Carolũ Cananæorum regem è medio tollere, contrahit occultè copias, & regem Meldis ex inopinato adoritur. Quanta autem cum difficultate rex Meldis paulò post mediam noctem elapsus Lutetiam profugerit, quam egrè

M. Pig. li. 7. cap. 1. Launay vbi sup.

Hugonotarum manus euaserit, quoties rebellium equestres turmæ Heluetiorũ peditatũ perrumpere conati sunt; quod præcipuum est, quam incredibili hypocrisi, periurio, simulatione, mittendis ad regem muneribus, equis, canibus venaticis, Colignius regem & regios in fraudem inducere laborauit vt incautos opprimeret, nec quicquam de cõparatis insidijs odoraretur priusquam nimis serum esset remedium, hæc omnia non est mei propositi narrare. Illud vnũ vrgeo, Hugonotas regi suo nec in vlla vel tenuissima re obtẽperasse, sed aliũ sibi regẽ cõstituisse, sub quo contra verum Gallorum regẽ, opes, fortunas, sanguinem ipsũ incredibili cum furore & pertinacia sunt periclitati. Quamquam enim Admirabilius ille Colignius se non regem sed *protectorẽ fidelium* diceret, regi vicissim *protectionem infidelium* relinquès atque ita à suis familiari loquendi cõsuetudine vocaretur: tamẽ hæc eius populique hugonotici acta declarant eum fuisse verum & absolutum Caluinistarũ regem. Quis enim rex, quis monarcha maiorẽ vnquam habuit vel habere potuit in facultates & vitã subditorũ potestatẽ? Et qui vectigalia pendunt Colignio, Carolo regi pendere recusant, qui Colignio militare volunt etiam contra Carolũ, Carolo autem officiũ militandi contra Colignium renunciant, eos Colignij non Caroli subditos esse quam est manifestũ? Et ciuitates quæ portas aperiunt Colignio ducibusque ab eo missis, vt Montalbanum, Nemausus, Rochella, occludunt autem portas regi ipsi, vel fratri regis legitima cũ potestate misso, hic Admiraliũ imperare non regem, quam est euidens & clarũ? Qui in Gallia rege insciente nec consulto, quas libet cõscribit equitum peditumque turmas, easque suis fœderatis rebellibus, Aurangio & Ludouico extra Galliam mittit, quis neget hũc regem esse

Belforest lib. 6. cap. 95.

Admiralius absolutus monarcha Hugonotarum.

esse absolutum, & sub nullius alterius obedientia viuere? Denique quum Admiralius sua particularia Hugonotis & Caluinianis Ecclesijs edicta scribit, eaque Hugonotæ & Ecclesiæ magna cum reuerentia suscipiunt, & accuratè exequuntur; regis autem Gallorum edicta & Admiralius effusè ridet atque contemnit, & Hugonotarum populus non magis quam Aesopi fabulas æstimat, hos duos reges Carolum & Colignum, & Gallos & Hugonotas, certum est non minus esse destinctos, quam Hispanorum populus à Gallicano seseruitur. Quum Henricus tum dux Audius postea rex Rochellenses obsideret, illisque offerret honorificas pacis conditiones, Rochellenses responderunt *se non posse pacem aliquam admittere particularem quæ non reliquos omnes regni fideles comprehenderet: se non minus obligari vt procurent bonum fratrum quam suum proprium: neque verò posse seipsos ab illis seiungere, nec suam separatam quietem sectari, nisi vnà separari vellent & à capite & à membris. Rubenitæ, & Gaditæ, & dimidia tribus Manassæ etsi à Moyse obtinuissent commodas sedes vltra Iordanē, obligati tamen erant in omnibus bellis suas cum reliquis fratribus vires coniungere.* Quare hac ratione pacē cū rege & regijs noluerunt habere, sed ad extremū vsque sustinuerūt obsidionē. Quūque quatuor post annos idē Gallorū rex Hēricus per legatū suū Monluciū episcopū Valentinū, Languedocēses Hugonotas ad pacem hortaretur, illi eadem ratione recusarūt: se nimirū eiusdem esse corporis & cōmunionis cū aliarū Galliæ prouinciarum fratribus Caluinistis, quibus nisi eodem modo consulatur, se non posse eos derelinquere & pacem cum rege habere, nisi velint vt putrida mēbra à cōmuni corpore prescindi. Qua similitudine (vt egregiè illis ostēdit prudentissimus Episcopus) se à reliquis Gallis distinctū esse corpus,

M. Pig. li. 6. cap. 12.

Hugonotæ distinctus populus a populo Gallicano.

Poplin. lib. 33. anno. 1573.

Histoire de la Val lib. 37. anno. 1578.

distinctam rẽpub. probant, nec se eidẽ capiti cũ reliquis subesse, neque verò regẽ eorũ corporis caput esse, quãdo hoc eorũ corpus à reliquo regni corpore rã lõgè abhorreret, ab eoq; multò magis quá corpus leonis ab aquilino, & asini ab humano seiũgeretur.

Respub. Hugonotarum distincta a rep. Gallicana.

Sed in tota tragædia Caluiniana, ad demonstrandum Caluinistas nullam habere cum Gallis & toge Gallicano, vel etiam cum Christianis & corpore generali reipub. Christianæ communionem, nihil est insignius praxi Ecclesiæ Rochellensis, vel etiam eo longo & accuratissimo scripto quod ex communi omnium ordinum consensu & sententia, in solenni tanquam parlamento composuerunt & approbarunt & postea ad omnes per Galliam fratres emiserunt Caluinistæ Delphinates, Languedocenses, & finitimarum prouinciarum, post interfectum regem suum Colignium. Siquidem Caluinistæ qui eo tempore Rochellam profugerunt, nobiles, ignobiles, ministri, communi Prætoris & Senatus Rochellensis decreto *ad resarcienda quæ à rege populoque Galliæ accepissent detrimenta, concluserunt eos vniuersos omnes pro suis inimicis terra marique esse habendos, qui aliam quàm Rochellensem religionem profiterentur, quocumque illi statu vel conditione fuissent*: valde inconsiderate & Lutheranos Germaniæ, & ipsum etiam ducem Bipontinum inimicorum suorum loco numerantes. Quo decreto facto, armarunt naues piraticas, easque *Rochellensis fidei* militibus & ducibus instruxerunt, præcipientes vt ex æquo populos omnes prædarentur, non solùm *Gallos quoscunque siue nobiles, siue mercatores Catholicos, etiamsi pacatissimè erga Caluinistas se gererent*, sed etiam alias nationes omnes *exceptis Anglis*, aut qui authoritate *Principis Aurangij* fœderati sui maria illa nauigarent. Adeò vt Caluinistæ isti omnia Franciæ,

Popliniana. lib. 34. anno 1572.

Conclurent de tenir pour ennemis tous ceux qui professerent autre religion que la leur.

Quelques paroles qu'ils pussent estre.

Flan-

Flandriæ, Hiſpaniæ, Portugaliæ & Angliæ littora perluſtrantes, promiſcuè ex Flandris, Francis, Hiſpanis, Portugallenſibus, Italiſque prædam facientes, & ſæpenumero quoque *ſide Rochellenſi* ipſos Anglos auariſſimè (vt Angli ſaltem conquerebantur) deſpoliantes, duos auri milliones intra quatuor menſes corraſerint. Qua ſumma etiamſi ipſi viciſſim ab Anglis ex Admiralij Anglicani mãdato perfidiosè per ſingularis cuiuſdam amicitiæ ſpeciem penitus exinaniti ſint (vt nihil eſt iſtorum Euangelicorum fratrum fide infidelius) hoc tamen & decreto & facto ſolidè demonſtrauerunt, & ſe populum fuiſſe à Gallicano maximè diſtinctum, & ſuam rempub. non à Gallicana modò, ſed à tota quoque Chriſtiana repub. fuiſſe diſiunctiſſimam. Caluiniſtæ autem Delphinates & reliqui illi, eodem tempore nouam penitus reipub. formam inſtituunt, nouos magiſtratus, nouam politiam, nullam habentes vel regis Gallicani vel Parlamentorum rationem, imò euidentiſſimè Monarchiam hanc in popularem Democratiã peruertentes, quarum huius ad illam nulla eſſet relatio. Sic autem nouæ reipub. ſuæ leges fundamentales auſpicantur. Poſt indictum exemplo Niniuitarum ieiunium, & cœnam celebratam, iurant omnes pro ſe & poſteris harum quæ ſequuntur legum perpetuam obſeruationem 1. *Donec Deo in cuius manu ſunt corda regum, placuerit mutare cor regis Caroli, & ſtatum regni in meliorem formam reſtituere, aut exuſcitare principem aliquem vicinum quem per virtutem & notas inſiges cognoſcamus eſſe huius miſeri populi liberatorem: in quaq; ciuitate & oppido Caput vnum vel Prætor eligatur, qui reliquis imperet tam in bello quàm in politia ciuili.* 2. *Vnà cum Prætore conſiliarij 24. eligantur ſine acceptione perſonarum, ſiue ſint è nobilitate, ſiue è populo, ſiue ex ciuibus, ſiue excolonis, modò ſint apti & habiles ad procurandũ*

Holinch. Stouu. in Chron. Anglia.

An. 1575 Poplin. l. 32

Leges reip. Caluiniſtarum in Gallia.

1.

2.

3. *bonum publicum 3. Præter hos 24. qui semper aſsistent ho-tori qui erit vigeſimus quintus, eligãtur præterea 75. qui-mul efficiunt numerum centenarium, qui item promiſcue ſumũtur, ſiue ex ciuibus ſiue ex ruſticanis. Coram his omn iudicabuntur in cauſis criminalibus, hoc eſt vbi quis dam dus eſt ad mortem, exilium, vel membri alicuius muti nem.* Sequuntur alia multa ad iuſtitiam & diſcip militarem huius noui regni pertinentia, digna dẽ quæ omnes Galliæ populi & principes anim uertãt: quæ quoniam in cõmunibus hiſtorijs ob ſunt, & nec ipſi Caluiniſtæ ea diſſimulant, nol eis fuſius exponendis hærere. Summa concluſio meæ eſt, Hugonotas in Gallia populum eſſe à v Gallis maximè diſtinctum vt olim Iudæi era nationibus Syrorum & Cananæorum, quod & liberè confitentur, & his argumentis manifeſtè ci ditur.

10. 10. Quod quum ita ſit, non ego eis deinceps vi vertam quod cum regibus Gallorum bella varia ſerint, quòd populum Gallicanum in bello truc uerint, quòd Nobilitatis Gallicanæ in prælijs & p bium obſidionib. maximas ſtrages ædiderint, qu regem Nauarręum Rothomagi, quòd Ducem Mi penſerium, Principem Daulphinum, Princip Rocheſurionium Duces Nemoroſium, Longauill num, Niuernenſem, tam patrem, quàm filium, & generum, Ducem Aumaliũ, Coneſtablium Mem ranſium, quod Mareſchallos Memoranſium, Da uillum, Briſſaccum, Tauannum, Bironnium, Mar gnionẽ, & alios innumeros è prima Galliæ Nobili tate in iuſtis prælijs occiderint. Iuſta enim prelia vo centur, quæ apertis in campis, hoſtili more, ducẽ regis ſui Colignij ſunt commiſſa, in quibus quia-nihil aliud fecerunt, quàm quod nuper Carolus V. & ſuperiori memoria Angli, & antiquiſſimis tẽporib.

Romani

Romani, quando contra Galliæ reges populosque demicabant, hoc est quoniam Gallos hostes suos hostiliter inuaserunt, eosque quantis maximè potuerunt cladibus affecerunt: huiusmodi bella, qualia erant illa Dreusij, Sandionisij, Iarnacense & alia, nō magis Caluinistis, quàm Pictauiense Anglis, & Papiense Hispanis vitiosa reputabimus, nec propter istiusmodi mutuas vastitates Caluinistas Gallorum, magis quàm Hispanos & Anglos eorūdem Gallorū hostes censebimus, qui ius sibi vt putabant ereptū, vel iniurias illatas iure militari vt poterant compēsabant. Sin verò in bellis gerendis Caluinistæ ius omnium gentium commune violauerint, si nec eā fidem præstiterint, quam Angli & Hispani Gallis, quam Galli Italis, quam Romani Carthaginēsibus, & omnes populi ipso iure naturæ populis bello lacessitis seruant; quàm iniquū est istos Gallos dicere qui maiori iniustitia & immanitate ad Gallos internecione delendos laborarunt, quàm vllæ aliquādo nationes, quàm Romani ad Pænos perfidiosissimos & sibi infestissimos castigandos vsi sint! Sunt enim bellorum iura quædam, quæ & natura & populorum omnium consuetudo omnibus temporibus approbauit: qualia sunt *non esse bellum iustum, nisi quod aut repetitis rebus geratur, aut denunciatum antea sit & indictum.* Item illud. *Si quid hosti promiseris, in eo fidem esse seruandam.* Illud quoque quod sequitur: ij *qui armis positis ad imperatorum fidem confugiunt, quamuis murum aries percusserit recipiendi sunt*, etsi à quibusdam barbaris est aliquando neglectum, naturali tamen æquitati est valde consentaneum, & à Gallis, Hispanis & Anglis ferè semper vsurpatum. Sed in toto fœciali vel alicuius populi vel omnium gentiū iurè, nihil est magis sanctum, nihil magis generali consensu receptum, quàm vt legati de pace facienda se-

Huguenotæ in bello cōtra Gallos gerendis nō seruant ius gentium.

Cic. Offic. lib. 1.

da secure vltro citroque commeent, quod qui tol-
lunt e mundo solem, tollunt e vita communi omn
societatem, sublataque omni pacificationis spe ho
mines mortales immortalibus bellis implica
in vitam humanam paucis annis finitam miser
Oceanum infinitum infundunt. Et quando vl
vel Turca Christianorum principum, vel prin
Christiani Turcarum legatos audire recusar
Hugonotæ, regis Christianissimi missos de pa
gatos nec audire sustinuerunt. Quum enim ad
chellenses de pace communi tractaturum virum
gregium & ipsis Protestantibus amicum mand
rat rex Carolus, eum Rochellenses prorsus ad
tere, aut alloqui, aut vllos cum eo habere serm
obstinate recusarunt. Nec plurimum laborãte
reschallo Bironio, & vt legatus admitteretur p
cipum omnium morẽ allegãte, quicquã volue
concedere; illud Bironio respõdentes, *aliã esse ra*
legatorum qui sunt missi à principibus vbi semper rata
fidelitas obseruatur, aliam eorum qui sunt missi à princip
subditos. vnaque adijciunt *periculum esse ne legati ad*
tu, refrigerentur suorum animi à bello eadem qua pr
alacritate administrando. Quo responso manife
declararũt se hostilius erga regẽ affectos esse, qu
Turca aut Paganus aliquis Princeps est erga Ch
stianos, neque verò se vllam vnquam pacem cu
eo habituros. In eaq. obsidione sæpenumero ge
ralibus populi & Ministrorũ suffragijs conclusu
est, nunquam esse cum rege & regijs de pace col
quendum, nec vllos in vrbem recipiendos legat
qui de pace acturi venirent; in quo ita pertina
Ministri & populus Rochellensis perstiterunt co
tra ciuilem humanitatem & ius nationum omn
vt propterea Lanoæus satis celebris Dux & factio
Caluinianæ fidissimus, quemque Rochellenses sua
milita

Hugonotæ recusant admittere legatos regis.

Poplin. lib. 32. fo. 127

Ibi. li. 33. fo. 140.

militiæ principem effecerant, indignitate rei commotus præfecturam relinqueret & ab vrbe discederet.

Et tamen multò ab eis honestius factum esset & ad gentium omnium morem proprius, vt penitus à suo colloquio regis legatos excluderent, quam vt eos primum tanquam legatos insidiosè admitterēt, & mox tanquam publicos hostes submissis militibus crudeliter inuaderent, quod eodem ipso tempore fecerunt. Quum enim rex eorum incredibilē furorem sua patientia frangere conatus, nouum subinde legatum virum nobilem mittere non desisteret, & ille quamuis Saluum conductum à Prætore Rochellensi perdiu obtinere non potuit tandem tamen impetrasset, & Marescalli Bironij operâ cum prætore & senatoribus quibusdam ad Tadonem Rochellæ vicum colloquutus fuisset: proxima nocte dum in hospitio securus quiescit, subornati quidam Rochellensium milites hospitij portas effregerunt, quosdam eius famulos occiderunt, legatum ipsum in lecto iacentem vulnerauerunt, equos, pecuniam, omnemque eius suppellectilem asportarunt. Quique hoc iniquissimum scelus perpetrarūt, apud Rochellenses de eo tanquam pulcherrimo & maximè Euangelico gloriati sunt, maximamque propterea famam & popularem plausum sunt consequuti. Quòd si Gentiles bellum iustum esse negauerunt quod non esset indictum antea & denunciatum, isti qui in alta pace clarissimas totius regni vrbes occuparunt vel per insignes fraudes vel impudentissimam regiæ authoritatis simulationem, vti de Rothomago, Aurelijs, Pictauio, Turonibus, Biturigibus, Lugduno, & reliquis omnibus ciuitatibus quas prima rebellione inuaserunt notissimum est, qui postea Meldis sub specie supplices libellos offerendi

Hist. de la Val. li. 2 an. 1572. Belfor. a. 6 ca. 115.

Legats regu perfidie se vtentes.

Vrbes contra tus gentium occupatæ.

offerendi regem ſuis armatis copijs tantúm nõ circumcluſerunt,& nec opinantem turmis equeſtrib; adorti ſunt tum quum maximè pacis ſtudium prætenderent,& miſſis ad regem oratoribus ſuis iuraret ſe nihil minus quàm de bello cogitare, quemadmodum iſta bella non ſunt multò iniuſtiora, quàm quæ olim Romani aut Angli Gallis intulerunt?

JI. II. Nemo fuit Romanæ ciuitati hoſtis vnquam grauior quàm Pyrrhus rex Epirotarum,& tamen Romanus perfuga fuiſſet pollicitus ſe veneno regem necaturum, Senatus perfugam Pyrrho tradidit. *Iuſtitium cum ſcelere approbauit*. Et quãdo auditum eſt de Romanis, vel Græcis, vel Macedonibus, quòd hoſtem ſubmittentem ſe & receptum in fidem interfecerint? At Caluiniſtæ modò principes & nobiles viros occidere poſſent, de iure vel iniuria, vtrũ cum fraude & periurio, aut quouis atrociſſimo ſcelere ea cædes fuiſſet copulata, omnem curam & cogitationem proiecerunt. Quis fuit aliquando princeps defenſa contra Imperatorem Carolum Meti, repulſo ad Rentium eodem Imperatore, & recuperato ab Anglis Caleto totaque illa ora maritima, reipub. Gallicanæ Frãciſco Duce Guiſio vtilior, aut ob Gallici nominis ſplendorem apud exteras nationes diffuſum illuſtrior? Aut quis fuit propter ſingulares virtutes non ſolum veris Gallis, ſed etiã infenſis hoſtibus, Hiſpanis, Germanis, atque Italis eodem principe amabilior? id quod funeris eius mœrore indicatũ eſt. Et tamen quis ignorat quẽadmodũ ille humaniſſimus princeps ab homine Caluiniſta, cui tamen antea, & eo ferè ipſo momento temporis maxime fuit beneficus, ſceleratiſſimè & perfidioſiſſimè occiſus eſt perſuaſione Gaſparis Colignij & Theodori Bezæ, etiam tum quum de pace tolerabili hæreticis

Cic. de offic. lib. 1.

Principes Galliæ & viri nobiles ab Hugonotis contra ius gentiũ cæſi.

Franciſcus Dux Guiſius.

M. Pig. lib. 6.

reticis concedenda operam suam quàm maximè impendebat. Mareschallus Sãctandræanus inter principes Gallicani regni bellatores numeratus, & à scriproribus externis plurimùm propter insignes victorias commendatus, quemadmodũ est in bello Dreusio interfectus? Num in ipso prælij ardore pugnans? nequaquam, sed postquam fide data & accepta se capiendum præbuisset, quomodo si egissent cum Condæo Catholici, nunquam is alteram in Gallijs rebellionem contra regem excitasset. Mottegondrinus in Delphinatu præfectus generalis, quàm barbare à Caluinistis occisus est, & ignominiosè per totam Valentiam tractus, & deinceps ad fenestram domus suæ suspensus, postquam Euangelica, hoc est Satanica fide omnem ei benignitatem fuissent policiti, si se inermem eorum fidei vellet committere? Charrius Chiliarcha veteranus Gallorum qui in Italia contra Hispanos militauerant, quòd esset Hugonotis infensus & Catholicæ religionis studiosus, quemadmodum occubuit? Media luce, media fere ciuitate Parisiensi, à Briquemaltio cum armata Hugonotarum cohorte derepente inuaditur, & multis vulneribus perimitur; fremente non sine causa tota ciuitate Parisiensi, & clamante ruituram necessariò rempub. Gallicanam si ita nequissimis rebellibus fas esset fortissimos regis & regni præfectos militares occidere, ipsis autem interdictum esset sumptis armis tam luculentas iniurias vindicare. Eo enim tempore arma Parisiensibus fuerant iussu regis adempta. Terridas regij in Nauarra exercitus dux primarius, Sancolumbus, Bassillon, alijque permulti partim equites Ordinis, partim clarissimi militum præfecti, quũ post certas compositionis leges se Mongomerio dedidissent, contra leges & fidẽ data tam obtruncati sunt & ignominiosissimè per compita

Mareschal Sanctandræa. & alij permulti.

M. Pig. li. 6. ca. 10.

Ibid. lib. 6. c. 20.

Belfor. li. 6 ca. c 10. Pigu. li. 8. ca. 11.

Ibid. li. 9. ca. 18.

Ibi.li.7.c. 28. pita raptati. Castellopræus præfectus S. Michaël in ora Pictauiensi, capto cænobio ab Hugonot. postquam de redemptione cum illis transegisset, q. sus est cum alijs quadringentis. Ad quorum dis. randa cadauera in monasterij claustris acerua. iacentia, porci & canes immissi sunt, cœnobium à fundamentis dirutum, quod vnicum erat illius. ræ antiquitus contra Hispanorum & Angl. maritimas incursiones propugnaculum. Nec. mili perfidia cũ alijs præsidiarijs in cœnobio S. Io. rentij prope Samurium in ripa Ligeris actum. quod cum Admiralij frater Dandelotius aliq. diebus oppugnasset, & illi honestis conditionib. se dedetent, Dandolitius Hugonotica fide eos exc. piens, fortissimum præfectum Haium cum ducen. tis militibus in frustra concîdit.

12. Sed quid ego perfidiæ exempla particularia 12. consector quæ sunt innumera? Aut quam illi regijs præfectis, equitibus, ducibus, fidem seruarent, qui

M.Pig.li. 7.ca.17. infœderibus cum rege fidem omnem quantauis re. ligione datam leuissimè contempserunt! imo q.

La vie de Lecestre in fine. Hugonotæ in fœderib. cum rege (vti de quodam illorum fratre, tyrannidis Angli. næ principe, nuper verissimè scriptum à multis di. glis asseritur) tum sanctissimè iurant, cum scel. ratissimè proponunt fallere, & iuramentis fra. ribusque in nullum alium finem vtuntur, n.

Gallorũ seruandis perfidiosissimis vt simplices Catholicos iuramentis eorum n. gnum aliquod pondus inesse suspicantes, cer. & pernicioſius circumueniant! Secundam

an. 1568. cificationem Carnoti rex magno suo detrime. cum Hugonotis fecit, in eum tantum finem vt

Vide eductũ ens' histoire de la Val. l.7.f0.277 art.10.12. pulus à rebellibus & Germanis crudelissimè a. ptus atque oppressus, tandem aliquando respir. Conditiones erant Hugonotis admodum grat. & honorificæ: inter alias duæ ad regni quietem

regis securitatem spectantes. altera continebat *ciuitates præsidijs militaribus liberatas pristino esse statui restituendas*, altera Admiralium debere *ab omnibus extra, & intra Galliam fœderibus discedere*. Huic pacificationi iterum atque iterum iuramentis confirmatæ quàm religiosè & quandiu stetit Admiralius? Eo ipso nimirum mense quo pax confecta est, misit suos actores in Germaniam, qui eosdem Germanos auro Gallicano iam ante sibi deuinctos, nouis rursus præmijs & maioribus ad aliud bellum breui inchoandum obstringerent; ministris, consistorijs & synodis præcipit, vt in prædicando solenne suum tenerent, videlicet quum fratres ad audiendum verbum Euangelicum vel cœnam peragendam conuenirent, eos contra regem vt infidelem, & contra Catholicos tanquam Cananæos & Iebusæos totis ingenij viribus incenderent. Sancerras, Montalbanum, aliaque loca & ciuitates multas, in Prouincia, Delphinatu, Languedoca, quas belli tempore inuaserat, hoc pacis tempore contra edictũ præsidijs suis Hugonoticis tenuit. Rochellenses ab eo instructi, non modò ordinaria regi subsidia pendere noluerunt, nec modò gubernatorẽ veterem regia cũ authoritate venientem repulerunt, nec modò Catholicos incolas ex edicto in suas domos & bona reuenire prohibuerunt, sed etiam quæ priore bello flagrante, contra regẽ instituerunt noua vrbis suæ propugnacula, moles, aggeres, & munitiones, ea nunc quàm acerrimè continuarunt, & terra latrocinium, mari piraticam effusè exercuerunt. Admiralius interim Euangelica libertate edictum regis interpretatus, quasi à *fœderibus omnibus extra & intra Franciam discedere*, idem valeret atque *quàm plurima posset intra & extra Galliam fœdera coire*, vbi in Germania quod cuperet effecisset, & in Gallia per ministros factio-

La Val. li. 8. fo. 280. Histoire de Pig. li. 7. c. 12. 13. Belfor. li. 6 ca. 107.

Supra fol. 378.

nem suam multò magis quàm antea roborauer
(id quod huius anni exitus declarauit) milit
gliam fratrem suum Cardinalem Apostatam,
cum regina & eius Concilio (rebus Hugono
contra rempublicam Gallicanam, vti hostem
liæ decuit semper fauente) negotium suum
Misit item ad rebellem Aurengium aliquo
tum equitumque turmas vt is vicissim cum
esset suas auxiliares copias Admiralio subm
La Val. li. 9. fo. 312. qui etiam expectationi eius non defuit. Ergo
regis pacificatione tantum roboris sibi com
uit Colignius, vt paucis post mensibus in
maximum exercitum instruxerit, è Germa
cem Bipontinum cum peditum sex, equitum
ferè millibus acciuerit, ex Anglia multa tor
100000. Angelis. ænea, pulueris tormentarij tria millia, & libr
quingenta millia in stipendium militum
è Flandria Aurangij frater cũ non medio
mento ad eum accessit, qui etiam in pre
turano strenuam & egregiam Colignio
gonotis operam nauauit. Hoc exemplum
sim, satis demonstrat Caluinistis nullam
deribus conscientiam, nullam fidei sanctis
ratæ sanctitatem. Sed quemadmodum Calu
Bucha. hist. Scot. lib. 14. pa. 472. quidam historicus Scotus suos Scotos
tes inducens, *fœderum (inquit) sanctitas, & iur
di religio, & pactorum conuentorumque fides, in
firmissima sunt vincula; inter malos* (Hugonotas)
ta opportunitate ad fallendum retia: id in Calui
mnibus, Flandris Francisq. potissimum, A
oraculo esse verius tota nostræ tempestatis hi
luculèter declarat. Ergo quid ego Anglos, qui
spanos, quid Romanos, quid veteres ethnicos
memorem longe fidelius suis fœderibus pac
stetisse, quando isti Caluinistæ nihil aliud quàm

ierant, dissimulant, mentiuntur, & fide vtuntur tanquam sola esca, & quasi Sirenum cantu, quò incautos & credulos Christianos suis retibus induant.

Certum quidem est vnicam Gallicanam vnius anni historiam plura suppeditare improbissimę perfidiæ exempla, quàm quis ex omnibus Annibalis & Carthaginensium cõtra Romanos bellis & fœderibus poterit colligere. Et tamen apud antiquos nihil erat famosius perfidia Punica: sed quæ à perfidia Caluinistica & periurio Hugonotico tam longé abest, quàm cœlum abest à terra. Et Annibal Pœnique tyrones videri possint si cum Colignio & eius assecl is ueteranis in fraudando & peierando ductorib. conferantur, quorum etiam ipsa religio tota his fraudibus & rebellionibus inseruit, hosque Græcos à fide Deo, Ecclesiæ & principibus data liberat. Est enim pulcherrimũ illud axiôma & in istorum mentibus altè inhærens, quo monachos & apostatas ab obedientia & fide quam in Baptismo Christo, & castitate quam voto Ecclesiæ promiserunt, eorũ Apostolus Ioannes Caluinus excusat. *Fractæ (inquit) fidei & periurij accusantur, quòd vinculũ (vt creditur) insolubile quo erant Deo & Ecclesiæ alligati abruperunt. At ego nullũ fuisse vinculum dico, vbi quod homo confirmat Deus (*Caluinianus*) abrogat. Deinde vt demus fuisse obligatos quum ignoratione Dei & errore implicati tenerentur, nunc postquam veritatis (*Caluinianæ*) notitia sunt illuminati, simul Christi gratia liberos esse dico &c. Quibuscunq; ergo Christus Euangelij luce affulget, non dubium est quin ab omnibus eos laqueis expediat, quibus se per superstitionem induerant.* Hæc generalis est Euangelij Caluiniani dispẽsatio, per quam eius cultores omnes vt primùm Euangelica luce sunt illuminati, statim soluũtur ab omnibus fidei, votorum, & obedientiæ vinculis

Caluinus liberat suos sectarios à præstandis iuramentis

Calu. instit. lib. 4. ca. 13 §. 21.

Supra fol. 293.

Caluinistæ non possunt seruare fidē iuratā alicui principi Christiano.

quibus vnquam Deo & Ecclesiæ, multò magis principibus, magistratibus, & reip. se alligauerant. Hoc enim liberum & licentiosum euangelium nulla patitur iuramentorum vincula sibi circundari, quibus in aliqua obedientia per votum vel fidem datā eius sectatores contineantur. Huius autem axiōmatis & Theoriæ praxim si quis videre desiderat, abūdē eius desiderio vel hoc vnicum exemplum satis faciet.

Vide edictū inter Val. li. 24. f. 694

Rochellensibus in summas angustias adductis, inge Carolo datum est pacificationis edictum, in quo etiamsi conditiones & quoad conscientiam & religionem Caluinianam, & quoad priuilegia honoresque, & quoad omnia quæ ipsi opinor Rochellenses expetebant, valde fuerunt amplæ & commodæ; illi autem regi vicissim illud vnum pollicebantur vt in pace viuerent, & cum alijs rebellibus suas cōtra regem vires ne consociarent, tamen post amotum ab vrbis mœnibus regium exercitum, perpauci menses effluxerūt quum veteres suas rebelliones in quibus iam ab Euangelismo susceptō enutriti fuerant renouarunt. Quum enim Sancerrenses, & quidam alij in Languedoca qui regis edictum obstinatissimè respuebant bellō peterentur, Lanoæus & Mirabæus clari nominis Caluinistæ duces, perspecta celebrandæ cœnæ (ita rem narrat ipsorum frater) Rochellam ingressi, Rochellenses ad bellum denuo instaurandum hortantur. Qui quum respōderent,

Lanouë.

Histoire de Poplin. l. 37 fo. 203.

nullam sibi suppetere causam iustam, vt qui fruerentur libertate conscientiæ, & religionem publicè exercerent: Lanoæus contra persuasit id satis non esse. Quum enim eam libertatem vi à rege extorsissent, sine quæstione Regem eam esse erepturum vbi primùm daretur opportunitas. Deinde cogitarent Ecclesiam Dei & congregationem fidelium (Caluinistarum) non esse nisi vnum corpus. ergo bellum quod fratribus inferebatur, cum Rochellensibus eādem operā gerē-

Fidei

Fides quidem seruanda est quam regi dedistis. Fateor hanc esse regulam generalem: sed alia quoque est regula non minus certa neminem teneri vt seruet illud quod non est in sua potestate, vel quod seruatur cum periculo proximi sui; multò minus potestis seruare promissum cum detrimento gloriæ diuinæ. Imò dicimus præterea duplicari peccatum, si quis talia promissa præstiterit. Herodes stultè promisit filiæ, caput Ioannis Baptistæ, &c. Hæc persuasio ex ipsa schola Ioannis Caluini & ministrorum concionibus erutа, & perfido huic Euangelio apprimè congruens, ita subitò inflexit animos Rochellensium, vt fœdus vel pacificationem quam cum Rege mense Iulio proximè antegresso fecerant, mense Ianuario proximè sequenti violarent, & reiecto Rege, nouum fœdus veteri contrarium cum Lanoæo & Mirambæo contra Carolum regem percuterent. In quo illud ego semper aduerti diligentissimè à Christiano lectore cupio, non tam quòd Caluinistæ in fœderibus his erga regē & christianos omnes perfidiosissimi sunt, sed quòd officio, quòd conscientia, quòd Euangelica doctrina ad eam perfidiam impelluntur, idque ita, vt non esse regi & Catholicis perfidiosum, hoc sit in eorū Euangelismo non simplex sed *duplex peccatum*. vt quamdiu in Hispania cōtra Arianos, in Flandria contra Anabaptistas, in Frācia contra Trinitarios & Libertinos, in vlla Europæ parte contra vllos Caluinistas & hæreticos lex aliqua viget, tam diu Galli, & omnes vbique Caluinistæ ex præcepto Euangelij & doctrinæ suæ tenentur regibus suis esse rebelles, & inuitis regibus fratrum causam promouere. Neque enim fides regibus iurata, seruanda est *cum periculo proximi & detrimēto gloriæ diuinæ*, quæ maximè scilicet imminuitur, si fratres Caluiniani aut aliqui *ex numero fidelium* hæreticorū, *qui omnes efficiunt vnam congregationē & corpus*, etiam-

Nota hanc Caluinianā Theologiā.

Nota.

si maximè horrenda scelera perpetrent, vllis tamen supplicijs coërceantur. Et quibuscunque Euangelij Caluiniani *lux affulget, non dubium est* Caluinos inde ce, quin statim omnibus iuramentis obedientiæ fidelitatis, quæ Magistratibus, vel Ecclesiasticis ciuilibus præstiterunt, exoluantur. Hæc enim cula etsi *homo & lex hominum confirmat, tamen* D *& lex Euangelica* iuxta horum disciplinam ab Ergo ad superius illud quo DEVS in istis fra omnia operari, eosq. ad *omnia quæ admittunt* re asseritur, si hoc adiungimus, quod istorum q religio, fraudes & rebelliones docet, quòd istor Euangelium cominatur diuini iudicij terrore quis fidem datam regibus Catholicis seruet, q iuramẽta & fœdera quantâuis religione sancita hil valere, sed perpetuo factioni suæ stabiliendæ uire volunt, & peccatum multiplex esse definiu quis regibus pareat, & fœdera pacta non rescin quando id fratrum Euangelicorum commodis opportunum; hoc (inquam) ad superiora adm cto, quid mirũ est istorum perfidiam religione m nitam & ipsius Dei authoritate roboratam, popul rum quorumcunque, vel Pænorum, vel Turcarum vel Iudæorum perfidia esse infinitis partibus infid liorem. Quemadmodum igitur illa ciuitas mult est fœdior & inquinatior, vbi adulteria & latroc nia publicis ciuitatis moribus licitè fieri possint (quod nusquam opinor terrarum fit) quàm vbi contra leges, hominum furore & audatia talia ali quando flagitia concipiuntur; sic iste Euangelicor grex, apud quos lege, religione, & Euangelica do ctrina, fas, adeoque & glorioſum habetur peierare, vota rumpere, fidem frangere, fœdera violare, quæ ante hanc corruptissimam progeniem nulla in orbe terrarum natio probauit, Christianis haberi debe

Supra fol. 281. 283

Calumniæ necessario omnibus Paganis perfidiosis.

deret.

detestabilior quauis Paganorum & Canibalum vel nequissima gente: vbi etsi hæc aliquando hominũ nequitia & improbitate fiunt, lege tamẽ & religione non defenduntur, tanquam honeste facta & laudabiliter.

13. Vt autem in istorum actionibus omnia inter se aptè quadrent, & extrema primis iusta proportione respondeant, quemadmodum erga Christianam religionem, erga Ecclesiam, erga Sanctos, erga sacerdotes nihil præ se tulerunt Gallicanum & Francicum, nihil pium & moderatum, nihil quod non sit Turcicum & Saracenicum; item contra regem Gallorum, nihil fuit illis magis infidele & proditorium, nec contra nobilitatem Gallicanam quicquã magis immane & barbarum; ita in modo belli contra promiscuam multitudinem, contra viros & fœminas & infantes gerendi, in nullis vnquam annalibus, non si omnes historias omnium bellorum quæ externi hostes cum Gallis gesserunt perlustres parem reperies barbariem & in miseris homuncionibus crudelissimè trucidandis belluinam potius quã hostilem feritatem. Oppida quæ eos admittere recusabant, interfectis incolis incendio absumere leue quiddã & vulgare erat. Ceperunt oppidũ Mõtbrisonem Forestiæ, in eoque duodecim viros nobiles exaltis murorum pinnaculis in terram iecerunt præcipites. Præter aliarum fæminarum magnum numerum, nouemdecim illustres fœminas vi stuprarunt, mactarunt infantulos in vlnis matrum vagientes, & plusquam octingentos Catholicos postquam se eorum fidei commisissent trucidarunt. eademque Euangelica manuetudine in plurimis Prouinciæ & Delphinatus oppidis vsi sunt. In pagis circa Aurelias omnia cæde & sanguine funestarunt, & viris & mulieribus promiscuè interfectis.

13.

Barbaræ Hugonotarum immanitas cõtra populum Gallicanũ.

Histoire de M. Pig. l. 7 ca. 9.

Ibid. lib. 6. cap. 14.

Ibid. ca. 9.

Quendam autem vicum cùm vastaturi intrassent, &
pueruli multi præsidij causa in Ecclesiam fugissent,
isti boni fratres eos insecuti ignem in Ecclesiã inie-
cerunt, eaq. deflagrante quum infantes per fenestras
elapsi fuissent, rursus ab istis correpti sunt & in me-
dias flammas proiecti. Sed vt breuitatis studio no-
qua minora oppida & minorum ducum res ges-
transeam, Angolismũ vbi rex Colignius cũ sua
sabatur aula adeamus, vbi & propter regis præ-
tiã maior iustitia, & propter vrbem voluntariam
ditam, fidemque Colignij de omniũ hominũ qu
te & libertate interpositam, maior expectari pos
humanitas. Cæterũ vt supra demonstrauimus Ang
golismo quoad Ecclesiasticos nihil fuisse miser
sic verissimum est eodem Angolismo quoad laic
cuiusq ordinis nihil fuisse calamitosius. Quorũ
hos arboribus alligatos sclopetis traijciebant, alios
capita præcidebant, & quum ludere vellent progn
bis vtebãtur. Qui loco regis Caroli ciuitati toti pra
sidebat & ius dicebat, eum isti iuris & iustitiæ hostes
arripuerunt, & funibus tanquam canem ligatum in
sua ipsius domo sordidissimis culinæ officijs mac-
ciparunt. Postquam domum eius auarissimè expi-
lassent, ipsumque innumeris opprobrijs & verbe-
bus turcicis remigis instar laceràssent, tandẽ laqueo
suffocarunt: quem propter summas virtutes & mi-
ram integritatem multi ex Protestantibus ipsis qui
omnem humanitatem non exuerant funditus, po-
stea luxerunt. Vxorem regij quoad criminalia præ-
fecti, viduam septuagenariam cõprehenderunt, &
capillis per vrbis plateas inhumanè, spurcè, & im-
probissime raptarunt. In vicino pago fœminam
nobilissimam quæ eos perdiu laute acceperat il-
lisque deliniendis magnos sumptus impenderat,
hac tandem compensatione remunerant, Postcæ-

nim

Ibid. li. 7. ca. 14.

Launay en la replique Chrestienne li. 2. ca. 16.

Supra fol. 359. 360

Lieutenant general du Roy en la iustice.

Lieutenãt criminel.

nam opiparè à tam liberali hoſpita ipſis factam, vino cibóque eius ſaturi, magnam argenti copiam poſtulant; non credenti eos ſeriò agere vim minaſque intentant, recuſanti quod volebãt tradere, ignitum ferrum adhibent, eo plantas nudas aliaſque corporis partes incredibili tormento adurunt, & deinceps eodem ferro carnem immaniſſimè concerpunt. & ad extremum cruentatam & moribundam dimittentes, & quicquid inuenire poterat auri & argenti corradentes, domum penitus diſpoliarunt. Immenſum eſt & nimis fœdum ſingula perſequi. Vt paucis abſoluam, hiſtorici, alij qui fideli auditione res illic geſtas acceperunt, alij qui rebus geſtis oculati teſtes interfuerunt, triplici potiſſimùm mortis crudeliſſimæ genere Angoliſmenſes ciues & vicinos ab iſtis interfectos fuiſſe recenſent. Primũ erat, quod olim à Mezentio tyranno inuentum eſt, & poſt Mezentium à nemine vt opinor vſurpatum, qui

Tria genera ſummæ crudelitatis vſurpata Angoliſmi ab Hugenotis

Launay vbi ſuprà & hiſt. de M. Pig.

Mortua quin etiam iungebat corpora viuis,
Componens manibuſque manus, atque oribus ora:

1. *Virgilius Æneid. lib. 8.*

& demum nihil ſubminiſtrans vnde viuerent,

Sanie taboque fluentes
Complexu in miſero, longa ſic morte necabat.

Hoc ab iſto Mezentio hi valde dociles ad nefanda quæque à quouis magiſtro haurienda diſcipuli perdidicerunt, niſi quòd eius inuentis ſuam quandam inhumaniorem crudelitatem addiderunt. Ille enim viuos iungebat mortuis, vt viui mortuorum ſi vellent carnem manducarent, at iſti viuos cum viuis ita colligabant, vt alter alterius viuentis carnẽ diſcerperet, vel fame contabeſceret. Imò quum alter alterum deuoraſſet, poſtea nihilo minus fame pereundum erat. Alterum & tertium genus neſcio an ab aliquo veteri tyranno acceperint, an ipſi potius à 2.

suo Euangelico spiritu edocti primi excogitarint. Aliàs enim vt varietate mortis seipsos magis pascerent, funes fortissimè tendebant, illisque eos mori volebant alligabãt medios, vel suspensos vno pede, aliquando vtroque; & sic relinquebant in aëre pendulos, nullo alio supplicio afficientes, quod sic patiebantur langueſcere, nec ad mortem vsque aliquid præbebant alimenti. Aliàs Cath.

3. cum aliquem hominem cum magno stipite vel lo deuinciebant, & quum cibos coquere aut fa lefacere vellent, hominem cum stipite simul pu ciebant in caminum, & lento igne vtrumque co sumebant. Hæc ea in ciuitate fiebant, vbi istorum rex, summus nimirum iustitiæ minister præter omnia quàm moderatissimè gerebat; in ea inquam ciuitate, quæ volens, nec maiori aliqua necessitate compulsa in horum ditionem concesserat. Quo alibi factum arbitramur, vbi alij Coligniani prohibitione furebant in ciuitates, vel quas vi subegerant, vel in quas inuitis ciuibus à fratribus suis proditoribus per insidias inducti fuerant! Et quis adeo communis sensus & intelligentiæ vacuus est, vt adhuc istos Gallos vocandos censeat, qui contra Ecclesiam Gallicanam, contra Regem, Nobilitatem & populum Gallicanum, omnibus qui vnquã fuerunt hostibus vel Christianis vel Paganis furiosius sunt debacchati?

14. Quòd si hoc demum vnum adiecerimus, quod clarius adhuc se & Ecclesiæ, & regis, & nobilitatis, & populi, totiusque simul reipub. Gallicanæ hostes, magisque ab ea repub. alienos demonstrarunt (si tamen his tam solidis & expressis argumentis aliquid fingi potest clarius) nec multos quidem ex ipsis sanioribus Hugonotis arbitror negaturos, quin fratres sui qui talia contra Galliam admiserunt,

nec

nec guttam Gallici sanguinis aut indolis habuerint. Respondeat enim mihi velim Admiralista aliquis, si quis munitissimas Galliæ ciuitates, si quis portus maritimos Anglis antiquis & æternis Galliæ hostibus prodat, an is Gallus Galliæ defensor (quod natura Gallici nominis requirit) an verò Anglus Galliæ oppugnator, imò verò Galliæ proditor existimandus sit? Respondet si non verbo, certè facto & opere ipse Condæus princeps, respondet Admiralius, eos non Gallos sed Gallici nominis maculas esse atque pestes. Ideoque & ipsi ad delendum labem quam ex tali nefaria proditione Caluinistæ contraxerant, cum alijs Gallis ad expellendos ex vrbibus & portubus Normanniæ Anglos suas coniunxerunt vires; & vitam quoque crebris in obsidione, certaminum, eruptionum & incursionum periculis exposuerunt. Post Christi siquidem religionem, nihil est magis Christiano homini intrinsecum & intimis visceribus à natura & ratione insculptum, quàm Gallo Galliam, Hispano Hispaniam, & reliquis similiter populis suam cuique patriam ab exterorum hostium prædationibus defendere. Et in huius rebellionis initio quum nonduin isti viri humanam naturam penitus abiecerant, naturæ lumine hoc viderunt, quod postea Euangelismi tenebris magis occæcati videre noluerunt. Nam quis absque horrore commemorare, vel recogitare potest spolia, cædes, incendia, vastitates, quas Casimiri & Bipontini ducis latrones ab Admiralio eum in finem inuitati, & cõducti ab Hugonotis in Gallia fecerunt! Latrones voco, quia non vt iusti milites iustis regibus fortiter, sed vt latrones latronibus & proditoribus contra legitimum regem & fideles regis subditos flagitiosè seruierunt; neque sanè militum sed prædonũ potiùs more

Homini cuique insitum est patriam suam defendere.

an. 1562.

more per miseros Galliæ pagos & prouincias gra-
an. 1568. fati sunt. Secunda rebellione sex mille & qua-
genti equites Germani cum tribus peditum mil-
bus Admiralio venerunt in subsidium, tertia ve-
& quarta, multò plures. Qua spe illecti? qua mer-
de, quibus stipendijs prouocati? Non quæ Adm-
lius aut alij rebelles de suo persoluere poterant,
verò vnquam persoluere cogitabant, sed eam
dam captantes, quam ex fertilissimis Galliæ
uincijs eos corrasuros Admiralius promiserat,
M. Pig. li. 7. cap. 9. 12. & fideliter promissum exoluit. Infinitam enim p-
dam ex Campania & Burgundia in Germani-
auexerunt. Quod exemplum causæ Hugonot-
tantùm profuit, vt quum proximo anno nou-
rursus rebellionem fratres concitassent, & vete-
suos socios euocassent, multò plures vndequa-
vt vultures ad opimum aliquod cadauer, sic illi-
tatim ad exhauriendam Galliam aduolarunt.
Belgio siquidem Autangius vênit cum sex millib-
Ibid. lib. 8. cap. 2. equitum Germanorum & duodecim vexillis pe-
Histoire de la Val, lib. 10. fol. 941. tum. Ex Germania dux Bipontinus, cum octo
millibus equitum & peditum millibus sex. Tam
prædonum multitudini stipendia vnde suppete-
Ex Gallicarum ciuitatum spolijs: sic enim expre-
cum Bipontinis conuentum est. Vnde & Charta-
Ibid. fol. 945. am vrbem quam primum occupabant, Galli duce-
res Germanis tradiderunt *pro sua libidine diripiendam*,
etsi Galli milites eam primi inuaserant. Sed duces
Galli reuocatis Gallis Germanos immiserunt, q-
fallerent fidem quam Germanis dederant. Et conti-
Histoire de M. Pig. li. 2. cap. 16. Germanos maximam secum è Germania duxis-
carrorum multitudinem, quos Gallorum spolijs o-
nustos in Germaniam amandarent. Friuolum est
neque necessarium singulas rebelliones describere,
& quot Germanorum peditum & equitum millia

perpetuò

perpetuo Hugonotis ad miseram Galliam depopulandam præstò affuerunt, enumerare. Nemo enim nescit nunquam Caluinistas rebelles in Gallia fortunam belli tentasse sine Germanorum auxilijs. Neque magis obscurum est aliàs Dandelotium, aliàs Colignium, aliàs Condæum, aliàs minores rebelles sed ab istis maioribus legatos, Germanorum in Galliam aduentum procurasse. Neque verò illud minus exploratum est istos milites nunquam ad externam militiam proficisci, nisi prius certam aliquã pecuniæ vim adnumeratam sibi habeant, & de opimis prædis & stipendijs maximè probabiles recipiant cautiones. Neque verò difficile probatu est Hugonotas nunquam cogitasse stipendia illa de suis bonis dependere. Ad cuius demonstrationem illud celebre est & ab omnibus historicis memoriæ mandatum, quod cùm semel rex Carolus post pacificationem cum rebellibus factam ad exonerandum ab illis Harpyis regnum suum multa librarum millia dederat, & regi Nauarræo, Colignio, & Rochefoucaldio id requirentibus concesserat, vt coloni subditique Caluinistæ non nobiles ad exoluendum reliquum debitum Germanis promissum quintam bonorum suorum partem contribuerent, *hoc extraordinarium subsidium Caluinianos mirabiliter vexauit & afflixit, vsque eo vt permulti abnegarent penitus religionem Euangelicam, multi ad aliquot deinceps annos cœnis ipsorum & concionibus nollent adesse.* Nimirum qui nunquam antea de Germanorum stipendijs cogitarant, qui ipsi quoties rebellabant, ex sacrilegijs & spolijs Ecclesiarum lucrari potius quàm aliquid de suis priuatis facultatibus erogare soliti fuerant, eos iam præter expectationem & morem, militibus suis stipendia largiti, onus intolerabile ipsaque Ætna grauius videbatur. Aliàs siquidem peregrinos illos milites

Gallia hostes in Galliam ab Hugonotis inducti ad eam spoliandam.

Histoire de Poplin. La Val. M. Pigu. an. 1571.

Histoire de M. Pigu. li. 9. cap. 2.

lites quanquam maximè famelicos & rapaces, tamen vel ciuitatum, vel Ecclesiarum, vel pagorum spolia & populationes exaturabant. Quibus praedis ita Germanos illos & inprimis Casimirum Hugonotæ extulerũt, vt miserabilis Codrus (nec enim alius est maximo potentissimóque Gallorum Monarchæ comparatus), regi exprobrare sua erga eum merita non erubuerit, ab eòque insolentissimè scio quot librarum milliones flagitare, & iterum atque iterum regis legato obijcere non est veritus eum regem esse *sine fide, sine lege, sine honore, sine virtute*. Et quasi dedecorosum esset Comitis Germani minori natu filio à Gallorum rege aliqua recipere vel emolumenta opum vel ornamenta honorum nimis contumeliosè & singulari arrogantiâ reiecit regique in manus tradidit donatos ei à rege annuos magni valoris reditus, multa oppida, praeclara & fructuosa officia, ipsumque D. Michaëlis equestrem honorem, quem & clarissimus Hispaniarum rex Philippus, & supremus Christianorum Imperator Maximilianus, magno sibi decori fuisse semper existimarunt. Quod magis est vere Gallis & Galliæ imperio ignominiosum, quàm illa ipsa superbissima iactatio, qua idem Casimirus præ se ferens plaustra, Gallicarum ciuitatum & Ecclesiarum prædis onusta, quæ boues cornibus inauratis trahebant, quasi Gentilitio more de Gallia subacta triumphum agens, Heidelbergam & Argentoratum media luce, immensa Germanorum multitudine spectante & applaudente inuectus est.

Insolentia Casimiri erga regem & regnum Galliæ.

Henric. 3. Vales. Histoire de Poulm. fol. 355. 356. 458.

15. 15 Quare vt à quo cæpi in eo desinam, si Gallicanum populum ex Christiana religione æstimemus, veteres Iudæi, Gentiles, Turcæ, quicunque fuerunt Christianæ religionis hostes acerrimi, Caluinistis

Conclusio Hugonotas

mes-

meliores sunt Galli, quia meliores Christiani. Ante annos septingentos varijs è mundi partibus Galliam inuaserunt varij infideles, ex Hispania & Africa Saraceni, ex insulis Septentrionalibus Dani & Normāni, illi Mahometani, isti Idololatræ, vtrique Christi & veræ pietatis persecutores sanguinarij, qui quanta mala Gallis intulerint in Concilio Gallicano iuxta antiquos Galliæ limites ita deplorant Episcopi. *Quis (inquiunt) siccis oculis valeat enumerare mala gentis nostræ & sanctorum! Videte & considerate quàm præclara & nobilia seruorum Dei ædificia destructa & incensa sunt, & funditus ad nihilum redacta. Altaria defossa sunt & penitus conculcata, ornamenta Ecclesiarum Dei valde pretiosa & mirifica, direpta & igne exusta. Episcopi & sacerdotes & cæteri ordinis Ecclesiæ viri, gladio truncati & diuersis pœnarum generibus morti addicti. Omnes ætas vtriusque sexus gladio & igne & diuerso mortium genere consumpti. Quid amplius his dici possit?* Quis hos episcopos de Saracenica & Normannica magis quam Hugonotica & Caluiniana vastatione cōqueri suspicetur, quorum eadem omnino sunt sacrilegia, gemina impietas; nisi quod ea quæ tum Saraceni fecerunt crudeliter, ea isti patrarunt longè immanius, & quum Normanni infideles iurati galliæ hostes nihil galliæ debebant, isti Caluinistæ Fideles (si Satanæ placet) periuri galliæ amici liberique, omnia patriæ in qua nati erant debebant, pro cuius salute capita sua deuouere, eāque ab omnibus mortalibus defendere vsque ad extremum spiritum tenebantur. Quòd si ex obedientia quæ Regibus & Parlamentis exhibetur, si ex operâ quæ gallicanæ reipub. tuendæ impenditur Gallos definimus, Burgundi, Hispani, Itali, Germani, Saxones, veriores sunt galli quàm Admiralistæ, quàm Hugonotæ. In bello siquidem Dreusiorū, in prælio Sandio-

quoad fidē Christi non esse Gallos.

Concilium Moguntinum sub Arnulpho Imperatore præfat.

Hugonotas quoad ciuilem politiam non esse Gallos.

Sandionisij, Mongunturij, in obsidione Pictauiensi; in recuperanda Coronæ Gallicanę prouincia Pictauiensi tota, fortiter pro rege, pro Parlamentorum authoritate dimicarunt Burgundi, Hispani, Itali, Saxones. Vtque olim Galli Pictauiensem & Guienensem oram vera fortitudine extorserunt Anglis & restituerunt Gallorum regibus; sic isti externi milites plurimas eiusdem oræ ciuitates & opida Gallogræcis Caluinianis ablata, reipub. Gallicæ & veris Gallorum regibus reddiderunt. Et quisquis ausit quis Burgundos & Anglos vocare Gallicum imperij hostes, nisi hos Caluinistas hostes fateatur infinitis partibus atrociores!

Burgundi & Hispani meliores Galli quam Hugonotæ.

Carolus enim vltimus Burgundiæ Dux etiam cum Duce Britanniæ, Lotharingiæ, alijsque Ludouici II. hostibus icto fœdere, bellum regi illi periculosissimum intulisset, & cum exercitu plusquam 50000. equitum & peditum ciuitatem Parisinam obsideret, non tamen ita vastauit circumiacentem agrum & pagos, quin toto obsidionis tępore (quod diuturnum fuit) & in ciuitate, & in castris, magna esset commeatus abundantia. Id enim diligenter notant historici, quòd etsi rex & Burgundus, *vterque potentem haberet exercitum, nihil tamen Burgundo vnquam deerat, & in vrbe nulla fuit annonæ caritas.* At Hugonotæ vix quatuor millibus equitũ, nec multò pluribus peditibus eandem vrbem paucissimis diebus obsidentes, ita Harpyiarum instar circumcirca depascebant, vastabant, & depopulabantur omnia, vt nec ipsi valde abundarent, & ciuitas *fame admodum laboraret.* Angli autem etiamsi plusquam centum annos bellum in Gallia cum regibus Gallorum gesserunt, nunquam tamen in eam necessitatem Galliæ reges compulerunt, vt vel ad indignas Gallico nomine pacis conditiones descenderent,

an. 1465.

Belforest lib. 5. cap. 122. 124. Commæus comment. lib. 1.

Histoire de la Val. li. 6. Surius an. 1567.

vel

vel immoderatis tributis, aut clerum aut populum attenuarent, etiamsi eo tempore & Galliæ regnum duplo esset quàm nunc est angustius, & Gallicæ Coronæ reditus decuplo essent quàm nunc tenuiores. Nam de Carolo V. rege tanquam insolens & inauditum antea, narratur quod de vino & sale tributum populo imposuerit, etiam eo tempore quo quinque simul exercitus varijs in locis Anglorum irruptionibus opposuit. Nec minus insolens erat vnam & alteram decimam à clero longè quàm nuper erat opulentiori exigere. At Hugonotæ quàm iniquas & absurdas conditiones regibus suis obtrudere sunt ausi? Quoties Carolum IX. vel inuitissimum ad ea quæ voluerunt concedenda pertaxerunt? Quoties à rege suo multa Gallicanæ Coronæ turpissima flagitarunt, adeò vt totus orbis Christianus eorum prodigiosam impudentiam obstupuerit? Talia siquidem aliquando suis cum eo pactionibus postularunt, vt *iniquiora regi & commodiora sibi exigere non potuerint, nec si rex ipse, si tota regia progenies, si omnes amici, si cuncti qui regi bene cuperent, ferreis catenis vincti & in teterrimos carceres detrusi* ad Cõdæi aut Ministrorum nutum, mortis vel vitæ sententiam fuissent accepturi. Tributa autem quàm grauia, quàm extraordinaria, eædem Hugonoticæ rebellions à clero populoque expressérunt! quorum ille præter aliquot centena aureorum millia annui reditus vendita & perpetuò alienata, præter ordinaria subsidia permulta, sexaginta milliones quindecim annorum spatio persoluit. Populus autem vniuersus quàm immensam vim pependerit dici non potest ex eo autem æstimari aliquatenus potest, quòd vnica ciuitas Parisiensis cum vicino agro præter multa extraordinaria, eodem temporis spatio triginta sex milliones numerauit. Et tamen rex post

Haillan de l'estat de France lib. 1. anno 1370.

Vide proximum cap. §. 2.

Surius in Comment. an. 1575. pag. 880.

Pecunia à Gallis exacta.

ab anno 1560. ad 1575.

Poplin lib. 40. fol. 293.

Ibid. lib. 43. fol. 343.

hæc omnia recepta, se plusquam centum millione
debere in amplissimo Galliæ conuentu Blesensi pro-
testatus est. Num verò perdiuturna Anglorum bel-
la ita Galliam afflixerunt? An quando sub Franc-
co primo perpetua ferè bella triginta annis cu
potentissimo Christianorum Imperatore & Ga
rum hoste, in Italia Mediolani, Neapoli, in Ge
nia, in Prouincia, in Flandria, in Lucembur
Ducatu, in Picardia magnis exercitibus sunt g
ita exhausta est Gallia, ita exinanitum regis æra
Quin potius Franciscus ille decedens nemini q
quam ferè obæratus, reliquit successori in comm
nibus regni thesauris plusquam quinque mil
nes. Plures autem Gallos infinitè in his Hugono
cis bellis quàm in illis vel Anglicis, vel Hispa
cæsos fuisse, si debita proportione bellorũ diu
nitatem & magnitudinem æstimes facilè liquet
quando toto eo tempore quo inter Franciscum p
mum & Carolum V. acerbissimè pugnatum est, o

Bodin de la republ. li. 5. cap. 4.

*Iouius hi-
stor. lib. 42.
prope finẽ.*

centa tantum millia hominum ex vtraque parte cæs
historici annotarunt. At in Hugonoticis bellis
solis Gallis decuplo plures intra decem annos cæ
disse, ipsi Hugonotæ quodam modo gloriãtur. Co-
lignius si quidem in oratione qua paulò ante mor
tem Carolum regem ad pacis fœdera cum Philippo
rege rumpenda hortatur, non magis ad Galliæ po
tentiam prædicandam quàm ad suam impietatem
testificandam aptè & egregiè affirmat, *quamuis Gal-*

Strages Gallorum.

Histoire de P. plin. lib. 27.

rum in his seditionibus vicies centena millia fuerint occi
Galliam nihilominus Gallorum multitudine pa
sim redundare. Quamobrem in Hugonotis si obe
dientiam erga reges & leges, si curam gallicanæ re-
pub. respicias, nihil est Gallicanum. Et denique
vel theologicè, vel philosophicè, vel politicè, vel
thnicè, vel ex communi ratione, vel ex omnium na-
tionum

tionum consensu, Gallum definire velis, constabit Hugonotas multò minus esse Gallos quàm vel Hispanos, vel Burgundos, qui & religionem Gallicanam habent, quæ est primaria populi Gallicani nota, & magis reges & rempub. Gallicanam amant & tuentur quàm Hugonotæ, quod proximè è veris gallis requiritur, quorum vtriusque Hugonotæ sunt inanissimi, & quibus nihil prorsus Gallicanũ superest præter sola locii in quem ex maternis viscerib̃ effusi sunt conditionem, in qua canes & equi & asini gallicani Caluinistis gallicanis pares sunt. Ideòque si remotis præiudicijs recta ratione rem expendimus, quemadmodum in theologia conclusum est hæreticos omnes, & potissimùm Caluinistas esse veram Christianæ reipub. monstra, Centauris & Chymæris poëticis deformiora: ita in re politica non minus certum est Hugonotas vera esse in repub. populoque gallicano prodigia & portenta, & qui non magis cum populo gallicano quoad veram eius naturam communicant, quàm simia cũ homine, quàm vlcus & cancer cum sano corpore, quàm lupus cum oue cuius carne vescitur cuius sanguine pascitur; quemadmodum Hugonotę ruina, strage, & vastitate populi gallicani eas ciuitates obtinuerunt, eámque sibi potentiam parauerunt, qua nunc in Gallia elati cristas suas erigunt; & quẽ corporis magnæ parti iam pridem intulerunt, eundem reliquo toti corpori interitum se breui illaturos nequiter sperant, & superbè comminantur.

Hugonotæ nulla ratione Gallus magis quam canis Gallicus.

Supra fol. 326.

Rex Nauarræus quum sit hæreticus, maximè talis qualem superiùs descripsimus, non potest esse Christianorum Rex.

CAPVT VII.

1 *Ex ijs quæ superiùs explicata & probata sunt, p*
tur Nauarræum, qui est manifestus Galliæ proditor, an
Alençoniæ Duce ab omnibus Gallis damnato longè deter
aut aliquem Caluinistam non posse constitui Gallorũ Ch
stianorum regem.

2 *Edicta a rege Galliæ ad eius perduelliones excusa*
extorta, nihil ei prosunt: potius eorum quæ postulau
regi imposuit indignitas, magis eum suosque omnes a
uincit esse perduelles multò quam fuerunt antea execra
liores.

3 *Nauarræus & Nauaristæ, omnes Galliæ Ordines h*
bent pro proditoribus Coronæ Gallicanæ, Regem, No
les, clerum, populum, ciuitates, quibus aperte vindicta
cædémque minantur, si quando ad regnum peruenerit.

4 *Ius regni Gallicani & consuetudo semper obserua*
arcet Nauarræum a regno qui nec vllam consecrationis
giæ partem suscipere potest, nec vllam partem regij mu
menti præstare. Vbi refellitur quidam eius aduocatus, q
negat requiri vt rex Galliæ ab episcopis sacretur, & ita a
regnum admittatur; qui item propter S. Ludouici memo
am censet eum regem admittendum, quem tamen S. Lu
douicus si viueret è regali throno totaque Gallia expellere
quod ex rebus à S. Ludouico contra Comitem Tolosanum
gestis perspicuè demonstratur.

5 *Si fingamus Nauarræum regem Gallorum admitt*
regnabit contra morem & leges omnium, tum bonorum
orbis Christiani Imperatorum, tum Christianissimorum
Gallia

Galliæ regum, quibus ille & quoad facta & quoad leges erit aduersarius: qui item iuxta Gallicani regni mores & politiam, nec Equitem S. Michaelis vel S. Spiritus creare potest, nec ipse eius honoris potest esse particeps; vt nihil Francis vel turpius, vel absurdius, vel damnosius esse possit quam talem regem admittere.

6 *Omnia iura legesque arcent hæreticum à regno. 1. leges ciuiles Imperatorum. 2. leges & decreta Pontificum. 3. leges & Canones Conciliorum, quæ omnia vel à minimo officio inter Christianos gerendo talem hominem amouent, multo magis à regno capessendo; quod etiam manifesta ratio conuincit.*

7 *Scripturæ omnes testamenti noui manifestè prohibent hæreticum à regno Christianorum: id quod ex Christianæ fidei & Catholicorum, adiunctaque hæresis & hæreticorum descriptione in nouo Testamento tradita clarè ostenditur. Idipsum probatur ex scripturis Testamenti veteris.*

8 *Ecclesiæ primitiuæ patres hoc idem certò statuerunt & crediderunt: hancque fidem ex literis sacris Testamenti noui & veteris hauserunt, ex quibus abundanter probant Christianis commercium & communicationem omnem cum hæreticis regibus, etiam quoad ciuilia esse interdictam.*

9 *Non est fidendum libertati religionis quam Nauarreus pollicetur, sed nunquam præstabit: & si præstat, siue cum Catholica solam Caluinianam admittat (quod fieri non potest) siue hæreses omnes promiscuè; ea libertas Galliæ interitum afferet.*

10 *Exemplo Angliæ hæreticæ quæ vicinas regiones, Scotiam, Galliam, Flandriamque sua hæresi corrupit, & consilijs, auxilijs, opibusque vastauit, coniici potest Galliam si hæretica euadat futuram toti Reipublicæ Christianæ longè perniciosissimam. Eodemque exemplo Angliæ vbi sub Henrico VIII. Nobiles promiscuè nullas ob causas trucidabãtur, Galliæ Catholici cuiuscunque generis, maximè Nobiles,*

certò præscire possunt sub Nauarræo rege crudelissimam mortem ipsis esse perferendam.

11 *Extincta religione Catholica, Mahometismum in Gallia plantandum esse, & aliarum regionum exempla, & Caluinistarum dicta factaque probant: quem secutura est necessariò totius Galliæ ruina & vastatio; nisi Galli constantissimè statuant Caluinistam quemcunque à regno repellere, ad quod omni ratione, omni iure, & diuino & humano obligantur.*

QVOD si hæc adeò sint inter se apta & cohærentia, & singula rationibus & theologicis & politicis tam euidenter confirmata, si verum est Caluinistam esse hæreticum, ideoque & in Caluinistam conuenire quæcunque in communes antiquis temporibus hæreticos ab Ecclesia & episcopis dicta sunt eos nimirum esse Gentiles, Ethnicos, Iudæos; imò Gentilibus & Iudæis longè nequiores: si verum est præterea Caluinistam esse inter alios omnes hæreticos tantò magis pernitiosum, quantò cicer aut pestis inter morbos, quantò inter serpentes, reliquorum princeps ille regulus vel basiliscus, qui ipsos etiam serpentes inficit, longéque à se suo pestilentiore afflatu.

Lucan. *Pellit, & in vacua regnat basiliscus arena;*

Si certum est quod est certissimum, omnes qui à primis Gallicanæ reip. iactis fundamentis rebelliones in Gallia concitarunt, & qui propter eas dem in historijs Gallicanis maximè famosi sunt, præterea que omnes hostes externos internòsq; omnes Germanos, Burgundos, Hispanos, addo etiam Normanos & Saracenos, tantas regibus Gallicanis iniurias, tantas regno Gallicano vastitates, tantas ciuitatibus Gallicanis ruinas & direptiones, tantas populo

Gallica-

Gallicano cædes atque strages, tanta denique Ecclesijs & clero Gallicano inaudita tormenta, exquisita supplicia viuorum, barbara & immania incendia mortuorum, tam crudeles euersiones templis & sepulchris, conflagrationes reliquijs, libris, bibliothecis; denique omnibus quæcũque mille ducentis annis, vel episcopi sanctè, vel reges magnificè, vel populus vniuersus piè ad Christi gloriam, & religionis Christianæ honorem extruxerunt, tam immanem spolitationem non attulisse, quantam Caluinistæ fecerunt paucis his annis dum eorum secta per Galliam grassata est: tum verò non dubito quin illud ex his antepositis perspicuè & necessariò consequatur, talem Caluinistam in regno Gallicano reipub. eius principem nullomodo posse fieri. Quid enim? Tu hominum bonorum communitati peditum sicarium, ouium gregi sanguinarium lupum, Catholicorum cœtui nefarium hæresiarcham, sanorum multitudini lepræ contagio infectum, naui in portum dirigendæ archipiratam præficies? Tu reipub. Christianæ corpori quo nihil est speciosius, nihil propter summam pulchritudinem spectatu admirabilius, caput belluinum affiges quo nihil cogitari potest deformius? Tu regno Galliæ, populo Christiano, regem dabis non Anglum, non Burgundum, non Hispanum, quod lege Salica interdictum putas, & recte; non Turcam, non Saraceenum, qui Christianos Christianè in suis Imperijs patiuntur viuere, sed Caluinistam Turca & Saraceno longè nequiorem, & Catholicæ Christianæque tuæ religionis hostem longè magis capitalem & implacabilem? Quid? itáne à communi sensu derelicti sumus, vt corporis principale membrum velimus constituere partem non modò putridam, & spiritu vitaque carentem, sed etiã partem pestiferã

Nauarræus Caluinista non potest esse Catholicorum rex.

& venanatam, quæ reliquas partes sine dubio sua
tabe corrumpet & contaminabit? An qui vites suas
modicas cum omnibus externis Galliæ hostibus,
cum Flādris, cum Germanis, cum Anglis, cum Ar-
rangio, cum Casimiro, cum Bipontino, ad alteram
Galliæ prouincias ferro flammaque depopulan-
coniunxit; ei maiores vires trademus, vt quæ su-
sunt reliquas Galliæ prouincias omnes iisdem
pulationibus, flammis, & stragibus deformet? Le-
tur in annalibus Galliæ Ioannem Valesium duc-
Alençonium principem sanguinis regij, gentis
sententia nobilium Galliæ Parium, omniumque
hoc regno iurisconsultorum alicuius nominis du-
natum fuisse, vt ipse caput amitteret, omnes su-
ædes vsque ad primam contignationem disturb-
rentur, omnibus eius oppidis deijcerentur m-
ri, in omnibus eius syluis & lucis succiderent-
arbores vsque ad humanæ staturæ altitudinem
palatiorum eius fossæ iniecta humo complanare-
tur, pontes pensiles destruerentur, bona & fun-
regio fisco cederent, liberique & posteri eius om-
nes nobilium ordine moti, rusticani & ignobil-
haberentur, eò quòd Anglos Galliam inuadentes
suis oppidis recepissent, suisque opibus & consil-
iuuissent. Atque hoc iudicium eo tempore factum
est, quo Angli plurimum in Gallia poterant, Nor-
manniamque totam ipsamque Parisiorum Lutetia-
am plurimasque præterea in Campania & Pictau-
ensi agro ciuitates obtinerent, & de iure Anglorum
regis in quibusdam Galliæ partibus vbi Ducis A-
lençonij fundi positi erant nemo Gallus dubitaret;
rexque Angliæ tum in Gallia suum habebat Prore-
gem, qui eius nomine Galliam administrabat, idq-
que Angliæ rex Lutetiæ, Gallorum Rex coronatus
est; adeò vt præclara species iuris in regno Gallicano

Haillan de l'estat de France lib. 1. fol. 73.

Iudicium Parium Galliæ in Ducem Alençonium fœderatum Anglorum contra Gallos.

Sub Carolo 7.

penet

penes Angliæ reges maneret. Neque tamen hæc vel si quæ alia pro minuendo Ducis crimine non improbabiliter dici poterant, quicquam apud prudentissimos Galliæ consiliarios valuerunt, quo minus eum nequissimum patriæ proditorem censerent. Neque aliquid eos mouit loci quem tenebat amplitudo & celsitas, quo minus hanc tam insignem infamiam ipsi totique eius posteritati inurerent. Quò enim regem propriori sanguinis cognatione attingebat, eò fuit illi acrius pro regis honore & regni libertate dimicandum, omniaque quæ in Anglicana ditione vel Anglicani regis beneficio possidebat, funditus erant proijcienda potius, quam vel tantillum ab officio patriæ regique debito recedendum. Qui ergo Elizabetam Angliæ reginam, nullam vel vmbram falsi tituli Galliæ regno prætendere valẽtem, vel per se vel cum magistro suo Colignio in Galliam euocauit, qui portus gallicanos Anglis militibus tradidit, qui Anglos milites in acie contra gallorum legitimum & indubitatum regem duxit, qui præterea ad ipsum gallorum sanguinem exorbendum quantam maximam poterat Aurangianorum rebellium & Germanicorum prædonum colluuiem, in ipsa Galliæ viscera immisit, & per hos gladiatores è regia nobilitate multos, è populo innumeros trucidauit, ipsumque regem, in maximũ regni admittendi discrimen adduxit, hæcque admisit omnia nulla iniuria lacessitus, nulla probali causa commotus, sed tantum vt vnius & alterius è lacu Geneuensi sordidi balatronis & impurissimi Apostatæ contra Deum patrem, & filium, & spiritũ sanctum, & Christum crucifixum, totamque Ecclesiam Apostolicam blasphema & Satanica inuenta per Galliam ferro flammaque plantaret: hic vir etiamsi (vt Alençonius ille) esset regi Gallorum sanguine

Belfor. li. 6 ca. 79.

Nauarræ. sceleratissimus Galliæ proditor.

proximus, quanto tamẽ magis est indignus qui gallicanum aërem spiret, qui lucis & solis vsura in Gallia fruatur! quanto magis meretur vt ipse cum suis habeatur quouis colono & miserrimo bubulco vel suario ignobilior! Nam regnum Gallicanum qui sanæ mentis putet ei posse aliquo iure contingere cui viliſſimum in Gallia gurguſtium nulla ratione potest competere. Et si Gallis veteres Gallorum sint spiritus & animi, fieri non potest vt de tali Galliæ turbine ad regnũ Galliæ euehendo vlla aliquando incidat controuersia.

2. 2. Neque vero quidquam prodest ad Nauarræũ & suos hoc immanium & tragicorũ scelerum flumine eripiendos, quod regem Gallorũ ad ea remotenda vel dissimulanda compulerunt, id quod eorũ parasiti tanquam inuictum præsidium opponunt. Ipsa potius postulatorum indignitas, & quòd regi suo tam grauia atque intolleranda obtrudere ausi sunt, & nisi ea rata haberet, maiora Galliæ damna atq. incendia minarentur, multo magis eos atrociſſimæ contra galliam & galliæ regem perduellionis convincit, & quales in Gallia procellas & tempestates turbulentiſſimas concitauerint demonstrat.

Apologie Catholique part. 2. pa. 206.

Caluinistæ quàm impudenter regi Galliæ præscribũt.

Vide enim quid regi suo præscribunt 1. *Vt Caluiniana religio non minus quàm Catholica per totam galliam sine vllius loci exceptione prædicetur. 2. Vt rex a Pontifice Rom. & Duce Sabaudiæ requirat, liberã omnibus fieri eiusdem Caluinismi professionem in tota ditione Ducis Sabaudiæ & in regione Auinionensi 3. Vt Caluiniani fratres a Parlamentis galliæ & inferiorib. quibuscunq; iudicijs immunes sint, nouaque eorũ cõtrouersys audiendis erigantur tribunalia.* Hæc illi primùm multis articulis dilatant, & magna contentione vrgẽt. Et quid est hoc aliud quam nouũ sibi Deum, nouã religionem, noua Parlamenta veteribus gallicanis planè contraria, & nouam

Histoire de Popin. lib. 39. f. 2.

3. *Art. 39.*

uam penitus reipub. formam introducere, quæ in his duobus, religione & iustitia potissimũ versatur. Progrediuntur deinceps eadem insolentia, postulantes vt quæ defunctus paulò antea rex Carolus IX. iustissimis causis adductus, plenis Parlamẽti Parisini comitijs, expetente Senatu, desiderante Nobilitate, omnibus Ordinibus suffragantibus de Admiralio constituerat, *ea irrita & infecta habeantur*, & vt Catilina ille, fidelissimus regi & Coronæ Gallicanæ declaretur. Vt quæ Caluinistæ *germanis* Galliam inuadentibus, *præmia & stipendia debebant, ea rex quantacunq. essent persolueret*, & Caluinistas ab ea obligatione liberaret, & præterea ijsdẽ Caluinistis ad priuata debita quæ in hoc regno contraxerant dissoluenda, aliquot centena librarũ millia penderet: interim omnes prouinciæ à Caluinistis occupatæ, Pictauiensis, Xantongensis, Angolesmẽsis, Rochellensis ora, & tota Guienna, Languedoca, Delphinatus, ab omnib. vniuersè vectigalibus, subsidijs & pecunijs quocunque modo regi contribuendis ad sex annos immunes essent. Quas Caluinistæ obtinebant arces & ciuitates, eas rex illis relinqueret, nec in eis quicquam immutaret, sed præterea in quauis regni gallicani prouincia duas alias à Caluinistis eligendas traderet, in quibus Caluinistæ præsidium militare suorum fratrum imponerent, sed quibus rex è suo ærario numeraret stipendium. Præter hæc autem militum præsidia, in toto Galliæ regno reliqua omnia dimittantur, nec vlla vspiam ferantur, nisi tantum in extremis regni finibus, vbi ex antiqua consuetudine talia disponi solent. Sic illi. Quæ omnia manifestè probant, quod vt prius nouum Deum & nouam Rempublicam, sic his postulatis nouum prorsus regem regnumque sibi fabricant, vel potius priori regi tanquam mancipio suo vincula inijcientes,

Art. 44.

Art. 45.

Art. 65.

66.

600000.

67.

80.

Art. 81.

Impudens insolentia Nauarræi & suorum.

tes, seipsos absolutos regis dominos & reges constituunt. Cùm enim in tot vrbibus per totum hoc regnum suas armatas copias plane dominari reperiunt, regem autem inermẽ ex ipsorum libidine & quam priuatum agere; cùm ipsi exercitus germanorum aduocant, regi autem potestatem faciunt stipendia numerandi; ipsi debita vndique ad bella mouenda contrahunt, sed quæ rex è suo ærario pendat. & omnes interim prouincias sibi obedientes à quibuscunque vectigalib. & subsidiis regendis, immunes esse volunt: quàm perspicue regiam sibi potentiam vendicant, & regi nihil largiuntur nisi vt quæstoris pro eius fungatur munere. Cæterùm quod ego potissimum noto, & quo eos semper fuisse & adhuc manere nequissimos gallicæ proditores ostendo, ideoque vel minimo quouis in publia beneficio maximè indignos, illud demum quòd in eadem articulorum suorum serie superbissimè vt antea, volunt nũquam sibi crimini vertisse æterna obliuione deleri, omnes hostiles actiones quas aliquando in his tumultibus susceperant, vt

Proditoria facinora Nauarræi & Hugonotarum.

Art. 71. *quòd exercitus conduxerint, pecuniam fabricauerint, tormenta constauerint, vel ea ex armamentarijs regijs abstulerint, communiuerint vel diruerint ciuitates & castella, demolierint & euerterint Ecclesias & domos, erexerint iudicum sedes & tribunalia; quòd miserint legatos, inierint fœdera, conuenta, contractus cum principibus & ciuitatibus externis,*

Art. 73. *quòd externos milites in Galliæ ciuitates & varia loca introduxerint:* sed maximè & præcipuè, *quòd primo, secundo, tertio, quarto, & quinto, item hoc motu* (sic enim suas rebelliones nuncupant) *cum principibus externis & nominatim anno Domini 1562, cum regina Angliæ* (quando portum Gratiæ totius Normanniæ commodissimum ei vẽdiderunt) *egerunt & negotiati sunt.* Hæc illi remitti omnia & obliterari postulant. Et ii qui-

quidem ea humilitate & dolore animi hanc improbitatē deteſtantes qua par erat hoc requirerent, cō-donari fortaſſe poſſēt ea quamuis immenſa ſcelerū & perduellionum moles. At cùm nihil eiuſmodi *Ibidem.* præ ſe ferunt, ſed potius imperiosè flagitant ea probari *quaſi iuſtè facta ad defenſionem & conſeruationem ſubditorum regis* cùm piraticam mari, & latrocinium *Art. 74.* terra, iniuſtiſſimaſque terra & mari coactas prædas, comprobari quoque à rege volunt, *tanquam legitimè & benefacta* hoc oſtendit eos in rebellionibus ſuis & reliquis illis ſacrilegijs ita fuiſſe obfirmatos, vt dum ſimulant ſe præteritorum veniam petere, in noua *Impoſſibilia Hugenotarū à rege poſtulata.* rurſus ſcelera prioribus nihilo inferiora ſe ingurgitent, ſimulque ea à rege petunt, quæ non modo regis, ſed omnium quoque mortalium, omnium etiā in cœlo diuorum poteſtatem ſuperant. Latrocinia enim cædes, piraticam ſuſceptam contra Venetos, Luſitanos, Chriſtianos omnes qui *Rochellenſis non erant religionis*, etſi Galliam Galliæve regem facto aut *Supra fol. 381.* verbo nunquam offenderant, quaſi iuſtè exercitam approbare, hoc quid eſt aliud quàm *malum dicere bonum, & tenebras lucem*, quàm vertere *amarum in dulce*, *Iſai. 5. 20.* & omnium rerum naturam inuertere? Et niſi primò Caluinianum Deum, hoc eſt Satanam loco veri Dei adoremus, hanc in rebus mundanis inuerſionē *Supra fol. 291. 292.* nemo galliæ, vel etiam Europæ aut totius orbis terrarum rex approbare & præſtare poteſt. Eo autem poſito (de quo apud iſtos fratres arbitror nullam eſſe controuerſiam) tum quidem ex eodem principio manare agnoſco, vt iſta omnia, ſiue ſacrilegia erga Deum, ſiue latrocinia erga homines, legitima & gloriosa exiſtimentur, vtpote Deo ſuo ad hæc illos impellente, trahente, & inſpirante. Sic item quòd ſua cum Anglis & Germanis inita fœdera, vrbeſque illis proditas, & aſcitos ad regem populumq. galliæ oppu-

oppugnandum ex Anglia Germaniaque milites, à rege declarari volunt, *iuste facta ad defensionem & conseruationem subditorum regis*; quid hoc aliud est quàm palam asseuerare regem ipsum iniustè fecisse & ad exitium & vastationem suorum subditorum actiones omnes suos direxisse? Quid hoc aliud est quàm regem Carolum, & tot Principes sanguinis regij mnemque nobilitatem Gallicanam, (ipsumq. ini Condæum & Colignium suum) proditores & p duelles vocare, qui Anglos illos ex maritimis Normanniæ portubus expulerunt, qui Germanos & los Bipòntini milites prælio commisso fortissimè cæciderunt, qui omnem operam suam nauarunt ad comprimendos Admiralij & aliorum rebellium conatus. Quod si hic sit istorũ hominum sensus & sententia (quod est verissimum) si hæc sunt decreta è quibus Caluinistæ putant Nauarrę um dignissimum esse diadematis Gallicani hæredem, serio cogitent & aduertant Galli, qualem sibi principem assumunt, quum ex Caluinistarum grege aliquem in regio Galliarum throno collocant. Si adhuc priuati tam insolentes spiritus gerunt, vt ab his opprobrijs in regem & nobilitatem, & vniuersum populũ gallicanum effundendis non abstineant, ij si quando reges euaserint, quas strages ædent, quæ supplicia de talibus proditoribus sument?

Supra fol. 400.

3. 3. Neque vero putet aliquis captiosè hoc & sophisticè concludi, quòd isti Caluinistæ reliquos omnes Galliæ siue nobiles siue plebeios, existiment non suos modò sed ipsius quoque Dei, & totius reipub, Gallicanæ proditores & hostes perditissimos. Recordentur enim an non liquidò hoc professi sint atque illud ipsum & regi & toti corpori reipub. Gallicanæ simul exprobrauerint. Recogitent historiam Parlamẽti Blesensis penultimi, vbi antiquissimo

An. 1577.

mo more à primis imperij Gallicani inititijs ducto omnes regni ordines conuenerunt, vbi rex, regina mater, cognationis regiæ principes, duces, episcopi, viri nobiles, & plebei grauissimi, magno numero è tota Gallia accurato delectu conquisiti, regis iussu de rebus communibus deliberaturi confluxerunt. adeo vt quemadmodum in Concilijs generalibus Ecclesiæ Catholicæ fidem, ita in his regionum singularum conuentibus, sententiam & authoritatem particularis eius regionis attendere debeamus, si vspiam illam putemus existere. Misit rex cum huius conuentus authoritate ad Condensem principem legationem per honorificam. Episcopũ qui nomine cleri, nobilem qui pro nobilitate, & præsidem Pictauiensem qui pro plebe, regis & conuentus desiderium principi exponeret. Illi sese accingũt itineri, & tandem ad Condensem perueniunt. Hic legatos à rege totoque regno ad eum tanquam ad magnum aliquẽ Monarchiam tam humaniter & gloriosè missos quemadmodum excepit? Ita nimirum, vt eos *nec audire voluerit, nec literas quas secum attulerãt recipere.* Dicebat enim *non esse illos à quibus legati venerant, Ordines Gallicanos, sed subornatos quosdam homunculos, corruptos & instigatos à turatis Gallicæ Coronæ hostibus; imo non esse aliud quam sentinam quandam hominũ corruptissimorum, è quibus maiorem partem clerus & nobilitas contaminauerant. Regem primò egredi suæ potestatis limites, qui prius edicto publico, & deinceps iuramento, religionem reformatam* Caluinianam *perpetuo in Gallia se conseruaturum, & principibus domesticis & externis promiserat. Quo edicto cùm ius principibus illis acquisitũ sit, sine eorum principum assensum; rex ius illud non potest reuocare. Quoad alios verò, tam Clerus & Nobilitas, quàm tertius plebeiorum ordo, profitentur omnes religionẽ Romanã, eamque defendunt contra reformatam* (Caluinianam) *cuius sunt*

Nauarrista habent omnes Gallicæ status & ordines Catholicos pro perduellibus.

Histoire de Poplin. l. 42.

La Val. li. 34. f. 194

Arrogantia principum Condæi contra statum Gallia.

Ramus de corruptis.

ſunt iurati inimici, quapropter habiles aptique non ſunt ri
vt eligant alios qui hæc controuerſa examinent, vel mi
ad ea tractanda eligantur. Et vt quis in ſuaipſius cau
dex ſit, eſt contra omne ius & rationem. nec quidquam
ſurdius eſt quàm eum admittere correctorem, qui i
corrigendus: Præterea qui illic conuenerunt, ſunt amu
miliares, penſionarij & fautores ordinis Eccleſiaſtici
lici Romani, ideoque à nobis recuſantur. Hæc & huiſ
neris multa cùm ſtomachosè diſſeruiſſet, Lega
tem viciſſim eorum qui huic conuentui interc
ſingularem & prudentiam, & integritatem, &
Poplin. vbi ſupra & la Valdi. 33. fol. 866. ſcientiam commendarent, & denique eorum
nium nomine ſupplicarent, vt literas ab eis m
recipere, & ipſos legationis ſuæ ſummam na
ros, audire dignaretur, Condæus in ea qui
Nauarræi aebaccha- tio in Ordi nes regni. rat opinione obfirmatus eos inauditos dimiſit,
hac tam contumelioſa reiectione contentus, ſ
ex voluntate regis Nauarræi ſcriptum emiſit, in q
cerrime inuehitur contra totum illud Conci
Bleſenſe, quod *ſubornatũ & corruptum* vocat, in
impij regis Conſiliarij, diſſipatores reipub. Gallicanæ, pe
narij Regis Hiſpani, authores plurimarum in Gallia ca
& homicidiorum, concluſerunt de abolenda religione
mata, vt poſtea imponant miſerrimis Gallis barbaræ
nidis iugum crudelius quàm vnquam aliquis populus
qui item deſignarunt vel per arma, vel per venena &
tas inſidias, nobiliſſimarum in Gallia familiarum
qui deinceps proponunt prorſus abolere veteres &
huius regni conſuetudines, efficere nobilitatem
exhaurire ciuitates, eaſq; opprimere & deripere &c. &
nique poſt huius generis multa Catholicis fur
quodam poëtico attributa, quæ ipſum & factio
Caluinianam cum ſuis Anglis & Germanis per
tos quindecim annos verè perpetraſſe, omnibus
totam Europam cæcis & ſurdis eſt notiſſimum,
clam

cludit demum Condæus se arma contra conuentū illum Blesensem sumpsisse *authoritate regis Nauarræi primi è regia stirpe principis, & protectoris Ecclesiarum reformatarum, vt liberet populum Gallicanum à seruitute infami & tyrannica qua opprimuntur*, denuntians eos omnes qui sibi repugnauerint, esse & suos hostes, & rebelles Coronæ Gallicanæ: quos item ministri prædicantis more sobriè tanquam ex Cathedra Geneuensi monet, *recordentur quàm parum hactenus profecerint: vt Israëlitæ sine armis Philisteos benè armatos profligauerint, vt Gedeon cum trecentis hominibus fuderit Madianitarum immensum exercitum, vt Angelus Domini vna nocte occiderit Assyriorum centum octoginta quinque millia*, quales victorias Deus Hugonotis vel hæreticis contra Catholicos in Gallia, Flandria, aut Germania, nullas aliquando nostra memoria dedit, Catholicis autem, & Lusitanis in India contra Paganos, & Hispanis in America contra Barbaros illos & ijsdem sæpenumero Hispanis in Belgio contra Libertinos, Geusios, & catholicis gallis contra Caluinistas & Atheistas gallogræcos, multas pro sua infinita misericordia contulit. Neque certe dubium cuiquam est Christiano, quin quod fortissimus & prudentissimus Imperator Carolus V. cùm vastum illum Lutheranorum Smalcaldici fœderis exercitū cuius ille cū suis omnibus Hispanicis, & Italicis, & germanicis, & Flandricis delectibus vix mediā partem æquare potuit dissolutum videret, ipsumque fœderis principem Ducem Saxoniæ captum quod (inquā) eo tempore optimus Imperator dixit, VENI, VIDI, DEVS VICIT; idem nuper multi Catholici principes in Francia Flandriave iustè vsurpare potuerunt. At verò Hugonotā extitisse aliquem in Gallia, vel Geusium in Flandria, qui idem iustè prætexere potuerit; aut si leuē aliquando glo-

Ibid. fo. 866. 867.

Singulares victoriæ Catholicorum cōtra hæreticos.

Carolus V. Imperat.

Surius in Comment. an. 1547.

riandi occasiunculam habuerit, qui tamen Deo per angelos opem ferenti fœlicitatem talem attribuerit, arbitror nunquam fuisse auditum, imò verò in istorum Euangelio idololatricum censetur talem aliquam potentiam angelis adscribere. Et qui Sanctorum animas cum corporibus dormire credunt, verisimile est de angelorum (quibus Saluator Sanctos assimilat & exæquat) vigilantia nihilo prudentius existimare. Ideoque & hic minister vel secretarius Principis Condensis videtur oblitus Calumniæ sui. Cæterum vt theologicis missis ad politica redeã, videt ex hoc nobilitas Gallicana, vident episcopi, videt plebs tota, videt denique rex ipse, hoc est videt Reipub. Gallicanæ corpus vniuersum, quo loco ab istis *Ecclesiæ Caluinianæ protectoribus* habeatur. Qui enim vniuersum hunc conuentum tam probrosè appellant, qui singulas eius partes, & Regem, & Episcopos, & Nobiles tam indignè lacerant, qui Nobiles & Consiliarios regis, proditores regni vocant, pensionarios regis externi, iuratos religionis hostes, homicidiorũ authores, tyrannidis inducẽdæ studiosos, oppressores populi, rebelles coronæ Gallicanæ, qui denique totum eum cœtum ad infideles illos Philistæos, Madianitas & Assyrios aggregãt, ad quos occidione occidẽdos, tanquã alter Gedeon & angelus domini, Henrici duo Condæus & Nauarræus diuinitus spiritu Dei (non Christianorum) sed Caluinistarum afflati sunt, qui à rege & tam celebri conuentu nec literas missas attingere, nec legatos audire sustinuerunt: isti si quando supremam in Gallia potestatem adepti fuerint, quis turbas dabunt, quales tumultus tota Gallia ciebunt, quo furore contra Episcopos, & nobiles illos regisque consiliarios fulminabunt, quos iam dudum præiudicata sentẽtia damnarunt tanquam hostes

Supra fol. 209. Mat. 22. 30.

Aduertãt hæc Galli Catholici & in primis Nobiles.

hostes suos iuratos, proditores regni, & coronæ Gallicanæ rebelles!

Quemadmodum autem erga Episcopos & nobiles his suis comminationibus se demonstrant hostiliter affectos; ita erga ciuitates Gallicanas non minus stomachosè & impotenter odium suum hostile protestati sunt. Cuius rei inter alia illustre argumentum est illa acerbissima Condæi principis in Senatu Rochellensi oratio. Rochellenses enim cum primò regem Nauarræum ciuitatem illam inuisere volentem admittere recusassent, nisi certo cum comitatu quinquaginta vt plurimum famulorum accederet, ex quo item numero nonnullos eius domesticos nominatim excludebant, paulóque post principi Condæo eò venire cupienti perdiu accessum negarent, tandem permitterent quidem, sed multò durioribus conditionibus ei impositis, adeò vt nouem tantum famulis eum comitantibus in vrbem receptus sit: is de hac iniuria in Senatu conquestus, inter alia. *Quanquam* inquit *nuper similis mihi iniuria facta sit à ciuitate Burdegalensi, eam tamen mollius & æquiori animo tuli, eò quod Burdegalenses sunt mihi hostes iurati, contra quos apertè bellum gessi, & in posterum gerere paratus sum quũ occasio me impulerit. Et præclara quidem me tenet spes affuturum aliquando diem quando eã iniuriam vindicabo, & quando ciues illi suo malo experientur, quàm indigne tractauerint regalem* Condæorũ *sanguinem.* Quam item vindictam & vltionem ijsdem ciuibus Burdegalensibus ob similem causam, verbis asperrimis coram & in os Nauarræus minatus est, quemadmodum in vulgaribus Gallorum historijs scribitur. Hoc autem quod isti tam furiosè contra vnam licet eam principalem quidem & Parlamentarem Galliæ ciuitatem effuderunt, idem necesse est vt sibi denunciatum interpretẽtur aliæ ci-

Maximum Nauarræi & suorum odium in præcipuas Galliæ ciuitates.

Histoire de Poplin. li. 41. La Val. li. 32. fol. 853. anno 1576.

Ibid. fol. 833.

ulitates omnes, quæ parem indignandi occasionem istorum alterutri præbuerunt. Ergo Perona, Ambianum, omnesque Picardiæ ciuitates, & generaliter tota illa prouincia, quæ vt nuper Nauarræũ suũ regem, ita olim Condæum gubernatorem ijs destinatum suscipere recusauit, quæ portas ciuitatum suarum illi occlusit, quæ tam indignè tractauit regalem Condæorum *sanguinem*, vt inde in Guiennam profugere coactus sit; Tolosa item, Angolesmum, Rupellam, Montauium multæq, aliæ celebres Guiennæ vrbes quæ eodem prorsus peccato horum vtriusque Maiestatem offenderunt; multo autem magis ciuitas Parisiensis quę in primis tumultibus excluso principe Condęo & rege Colignio, maximis honoribus excepit Regem Carolum & Ducem Guisium, quæ liberam fecit vnicuique potestatem occidendi Caluinistã quicunque Ecclesiasticis bonis diripiendis sacrilegas manus admoueret, quæ quinquaginta aureorũ millia decreuit tãquam honorarium præmium percussori Gasparis Colignij primi in gallia *Ecclesiarũ* Caluinisticarum Regis & *protectoris* (cuius in eo euangelico honore Nauarræus proximus est successor) quæ tot millionibus aureorum regias partes contra illã nefariam Atheorum factionem corroborauit; tota quoque Burgundia (quam deinceps multæ prouinciæ secutæ sunt) quæ prima omnium sacrato fœdere & iuramento cõtra istorũ Atheismum se communiuit, *vbi Diuoni in regia domo publicus ad tria millia hominũ conuentus habitus est, & confraternitas iurata contra adulterinos principes*, Condæum & Admiralium: Cænomanenses item, *vbi complurimi Romanæ religionis nobiles & Barones similem societatem obsignarunt*, de quibus Condæus, scriptis ad regem literis acerbissimè conquestus est; & denique plurimæ ciuitates aliæ, quas ad exemplum Parisiensis notissimo illo die

S. Bar-

La Val. li. 31.

Ibid. li. 31. fo. 817.

Belfo. li. 6. ca. 94. 95.

ann. 1569.

La Val. li. 13. anno 1569.

Supra fol. 380. 391

Digeon. Status religionis sub Caroli 9. pag. 181. 182.

S. Bartholomæi, iniustè & immaniter fratrum Euangelicorum sanguine commaculasse manus suas isti vociferantur; in quo numero ad spem vindictæ notant & recensent diligenter post Parisiensem ciuitatem, Rotomagensem, Aurelianensem, Lugdunensem, Tolosanã, Burdegalen. Pictauiensem, Diuionensem, Trecensem, Andegauum, Turones, Nãtes, Senones, Bituriges, Diepam, Meldas, præter alias quas generaliter huius stragis faciunt participes, à quibus intra vnum mensem aiunt (quàm veré ipsi viderint, plerique certè non dubitant esse mendacissimum) aiunt tamen, & in historiis suis scribunt plus quàm triginta millia Caluinistarum fuisse occisa, cuius tragœdiæ recordationem isti altissimè in animis suis insculpserunt, & ministri crebra commemoratione redintegrant ne vnquã possit elabi, iste ciuitates populique certissimò sibi persuadeant eas minas quæ contra Burdegalensem ciuitatem iactantur, ipsis omnibus & singulis (cùm non minùs quàm Burdegalenses Nauarræum & Caluinistas reliquos offenderint) eadem ratione intentari: in quorum auribus perpetuò insonare debet hæc denũtiatio, Nauarræum & Nauarristas eos habere omnes *pro suis hostibus iuratis, & coronæ Gallicanæ rebellibus*, & qui propterea nihil aliud meditantur, nihil ardentius expectant, quàm illũ diem, quo iniurias illatas vindicent, & quo isti ciues omnesq. alij eorũ confœderati suo sanguine luant quas promeriti sunt pœnas, atq. ita demũ experiantur, quàm *indignè tractauerunt regalem Condæi & Nauarræi sanguinem*. Et tamen ecquis verus gallus ita maiorum suorum, & nominis Gallici, & communis rationis obliuiscitur, vt tales Furias tantò antea nihil nisi cædem & stragem Gallorum spirantes, ad Gallicanum diadema voluerit extollere? Et cùm antiqui Galli

Histoire de Poplin. li. 29.
Status religion. sub Carolo IX. li. 10. à 10. 36. ad 55.

Supra fol. 75. prudentissimè Carolum Austrasiæ regem & proximum Galliæ hæredem regia successione priuarunt, quòd Germanis contra Gallos opem qualemcunque prębuerit, num eorum filij tam longè à patrum prudentia recedēt, vt Henricum istū Carolo illo & Ecclesiæ & populo Gallicano hostem infinitè capitalorem, suis ceruicibus ad communem Reipub. Ecclesiæque ruinam imponant? Illi Carolum C*Supra fol. 74.* sum, qui rempub. diù præclarè administrauit, à plicis gubernaculis remouerunt, quòd contra Gliæ honorem dedecorosè cum Normannis hostibus pactus est: & vos Henricum istum ad publica gubernacula assumetis qui multo turpius fœdera cum Aurangio perfido & periuro tebelle contra Gall percussit; qui cum illa bellua, solenni sponsione Gallos omnes regis Caroli subditos, simulque Christianos omnes Coronæ Gallicæ fœderatos, Hispanos, Flandros, Italos, Lusitanos, Venetos, terra marique persequutus & promiscuè depopulatus cunctos, nisi qui Aurangij diplomate essent instructi, adeò vt eius duces nec suo ipsorum indulgentissimo regi parcerēt ne tum quidem cùm ex Polonia ad eos amicissimè complectendos & securatiquillitate afficiendos venerat? Nam & tum eius domesticum comitatum armata manu inuaserunt, *Poplin lib. 39 fol. 383.* & quam ex Polonia Itáliaque aduexerat supellectilem omnem sunt prædati. Et qualis tandem erit reipub. Gallicanæ facies, quum istiusmodi regnatores regale sceptrum capessent! vbi inuersa penitus reipub. forma, populus Gallicanus Catholicos habebitur rebellis, rebelles Caluinistæ soli fideles regi æstimabuntur; cùm principes vicini potentissimi, & in fœderibus seruandis summæ fidelitatis, Pontifex Romanus, Imperator, Hispaniarum rex aliique, publici hostes iudicabuntur; solus autem Aurangius

gius sceleratissimus,& fidei erga Deum desertor, & fidelitatis erga regem suumproditor,pro iusto principe censebitur! Quænam hæc confusio, quæ calamitas & miseria, & rerum omnium inexplicabilis conturbatio futura est, cum hæretici Catholicorum,rebelles fidelium subditorum, Athei Christianorum sacrilegi piorum, ipse in membris suis non Pilatus sed satanas, Christi Iesu Iudex erit & princeps; cùm locum iustitiæ iniquitas, honestatis impudentia, religionis impietas & Atheismus inuadet, cùm regis iusti & æqui, & iuxta leges suum cuique absque ira,& vlla in alterutram partem propensione tribuentis tyrannus iniustus & iniquus,& leges omnes nefariè conculcans,& suis Hugonotis omnia indulgens, & Catholicorum omnium odio immani & immortali flagrans tribunal occupabit, & in regno omnia antiqua regni iura, mores & consuetudines cum religione antiqua, & extra regnũ omnia cum principibus vicinis gentium iura & fœdera; simul cum eadem religione explodentur. Neque verò dicat aliquis hæc à me suspiciosè & accusatoriè colligi,quasi incertò euentura sint,quæ potius summa & ineuitabili necessitate esse in vniuersum regnum redundatura, & ipsa hæresis natura,& omnium vicinorum Angliæ,Scotiæ, Fladriæque populorum experientia,& huius inprimis Nauarræi mores,& tot annis continuata ad ruinã Galliæ cum hostibus Galliæ cõspirationes atque fœdera mathemathicè cõuincunt Iste enim qui per tot annos in istiusmodi sceleribus & periurijs inueteraruit, qui vna cum lacte matris crudelitatem suxit, qui sub Admiralio ad omnes fraudes & sacrilegia instructus talẽ habitũ nequiter agendi cõtraxit qui nihil à natura differat, *quã etiamsi furca expellere* conaretur, *tamen vsque recurret*, iste *quum ita didicit malum*, non

Mirabilis rerum in Gallia inuersio sub Nauarræo rege

Horat.

Ierem. 13. v. 23.

non potest (Spiritu sancto testante) *magis benefuere, quam AEthiops potest mutare pellem suam, aut pardus* maculas suas versiculores. Quinimo pridē perfid Apologeticum, omnibus Galliæ catholicis hæc ipsa crimina perfidiæ, rebellionis, cædium tota Ga commissarum exprobrauit, & tanquā præconis ce indicto bello, Catholicos omnes suo sangu luituros denuntiauit. Et hæc ego popularia a vulgaria, in cōmunibus historijs posita, nemin dico Gallo, sed nec Flandro, nec Anglo, nec Germ no, nec (vt opinor) Afro aut Asiano incognita p stringo. Domesticos autem mores, Agenensia cō uia & ludos, priuata Biernēsis territorij edicta, qu Anglicanis & Flandricis Isabelis & Aurangij fra tis (quos ille vt solos Euangelicos Christiani ord principes suspicit) simillima esse credibile, imò co tum est, & quæ idcirco barbara, impia, Antichrist na esse necesse est, quia à barbaro & Antichristian Bezæ & Caluini Euangelio hausta: item illud de adulterinis eius natalibus; vtrū Minister Merlin matri eius, absente patre, familiarissimus nobilem hunc Caluinistam genuerit, vti post Rochellens Ministros (qui olim, quum Catholicū Nauarræ iste vel seriò ageret vel hypocriticè fingeret, id se probasse iactarunt) alij multi asserunt, & argumē valde probabilibus disputāt, & æditis libris procla mant, hæc ego omnia libens prætermitto, & Gallis vicinis, qui ea certius intelligunt, diligentius inue stiganda & maturius consideranda commendo, qui quò altius & accuratius in istius siue facta siue stu dia penetrabunt, eo maiora comperient obstacula, cur iste ad Gallicanum sceptrum nullis sit conditio nibus recipiendus.

Belloy en l'Apolog. Cathol. par te 2. a pa. 212. ad 222.

4. 4. Cæterum pergamus à personis & moribus ad ipsa regnorum Christianorum iura, & dispiciamus

vtrum

vtrum Iudæus aliquis aut Saracenus non æquè sit atque Nauarræus aut Caluinista aliquis ad regnum galliæ capessendum habilis. Quid in regno adeundo regi sit faciendum, quid post Coronam susceptam eidem sit præstandum, strictim percurramus. Fingamus ergo Nauarræum, tanquam magni Clodouæi, aut Ludouici sancti, aut Henrici qui nuper regnauit hæredem Rhemos inaugurandum regno gallicano accedere. Fingamus ei sacram & augustam Rhemensem Ecclesiam, ingressuro Archiepiscopum Rhemensem nō aliter quàm olim Ambrosium Theodosio Imperatori post cædem illam Thessalonicensem in qua septem millia hominum furore militari trucidata sunt, obuiam procedere. Fingamus (inquam) nostrum hunc Ambrosium, Henricum istum tanquam alterum Theodosium, Theodosij nomine in Nauarræum mutato sic alloqui. *Est verisimile* (Princeps Nauarræe) *te ignorare cædis à te perpetratæ* & aliorum scelerum tuorum magnitudinem. *Nam regius fortasse principatus peccatum agnoscere non siuit, & potestas quam obtimes offundit rationi caliginem. Sed considerandum est quod illis imperas qui & eiusdem sunt naturæ tecum participes, atque adeò qui sunt conserui tui. Vnus enim est Dominus omnium & rex, & huius vniuersitatis fabricator Deus. Quibus igitur oculis intuebere templum illius qui est omnium Dominus? Quibus pedibus sanctum illud solum calcabis,* qui tot eius augustissima templa à pijssimis gallorum regibus antiquitus fundata, tuis istis seditiosissimis bellis nefariè euertisti? *Qui quæso manus iniusta cæde & sanguine respersas extendere audebis, & ijsdem sacrosanctum corpus Domini accipere? aut quomodo venerandum eius sanguinem ori admouebis, qui furore iracundia tantum sanguinis effudisti?* Qui non septem millia, sed plus quàm septingenta millia Gallorum istis tuis funestissimis

Nauarræus non potest coronari rex Franciæ.

Theodoret. lib. 5. cap. 17.

Ambrosij verba accommodata ad Nauarræum.

rebellionibus trucidasti. *Recede igitur & ne conamini uo scelere scelus ante editum augere, sed capesse vinculum quo vt ligeris, Dominus omnium cœlitus sententiam* & qui tanquam putridum membrum supremi storis sententia à corpore Christianorum omn præciſum indignum te pronuntiat huius Ecc ingreſſu, in qua iuxta vetuſtam & probatiſſim Gallicani regni conſuetudinem veris Gallorum gibus, ius huius Coronæ conferendum eſt. Archiepiſcopo Rhemenſi eadem cum Ambr poteſtate prædito dicenti, Nauarræus princep cum Chriſtiano illo Theodoſio Imperatore e dem haberet fidem, ſtatim gereret morem: ſcie

Matt. 16. que à Chriſto ligatum in cœlo quem Epiſcopu gabat in terra, pœnitentia grauiſſima priorum lerum remiſſionem ſibi fieri humilirer ſupplica Sed quoniam hæreſis facit vt nihil tale à Nauarr debeamus attendere, neque verò hæc Ambroſi ratio ſatis aptè in eum quadrat, qui *pro corpore* mini nihil niſi panem à propôla, *pro ſanguine* ni aliud quàm vinum è cupa iuxta Caluinianæ ſyn gogæ fidem in Eccleſia percipere ſe exiſtimat, circo permittamus ei ingreſſum Eccleſiæ, quem

Theodoret. vbi ſupra. men Ambroſius Theodoſio propter vnicam illam Theſſalonicenſium cædem, vel cum certo capi ſui periculo ſe prohibere velle aſſerebat. Ponam huic homini Eccleſiæ ianuas patere, eumque ma à veneranda epiſcoporum, Canonicorum, & ſacer dotum (quorum tot millia crudeliſſimè excarnifi cata obtruncauit) multitudine cum ſolennibus illi Eccleſiaſtici decoris ornamẽtis, ſacris veſtibus, cru cibus & vexillis (quorum ille aſpectum ferre nõ po teſt) recipi. Proximum eſt vt ſacris altaribus proni lutus ab Archiepiſcopo Rhemẽſi benedicatur. Hoc regulus iſte quemadmodum ſimulabit? qui altaria

Summa eorum quæ fiunt in rege Galliæ ad regnum admittendo.

in omni-

in omnibus suæ ditionis locis improbissimè demolitus est, & Archiepiscopum vt Antichristi ministrum exhorret? Quomodo iste oleo sanctissimo cœlitùs ad primum Gallorum Christianum regem vngendum demisso, & mirabiliter ab eo tempore ad omnes Gallorum reges vngendos conseruato se inungi patietur, qui hoc totum cum ministris suis Caluino & Beza, tanquam impium, falsum, & Antichristianum irridet? An ille Diaconi more sese induet Ecclesiasticis vestimentis significantibus eum *participem fieri sacerdotalis ministerij*, qui sacerdotalis ordinis se æternum professus est hostem? An ille pacem ab episcopo Rhemensi accipiet, qui perpetuum cum illo, & episcopis omnibus bellum gessit? An ille pura confessione ad communicādum Christi corpus cum episcopo Missam celebrāte se prępărabit, qui nec confessionem probat, nec corpus Christi in Missa dispensari credit, & Missam ipsam tanquam Christianæ religionis scopulum abominatur? ideoque nec si imperium totius Europæ lucrari posset, Missæ interesse vellet si aliquam haberet religonis curā? Et quis ille est Archiepiscopus Rhemēsis, vel omnino Archiepiscopus aut Episcopus Gallicanus (si tamen verè Episcopus) qui huic homini gladium tradet: quem ab infantia videt gladijs & tormentis bellicis Ecclesiæ viscera dilaniasse, & quem quocunque modo arripere potuit gladium, ad solam perniciem & Ecclesiæ & reipūb. Gallicæ conuertit. Aut quemadmodum ille gladium hunc qui verè *Ecclesiasticus est*, & ab Ecclesia datus, & pro Ecclesia exerendus, & ad Ecclesiæ defensionem penitus & omnino conferendus recipiet & tractabit, qui in Montalbanensi suorum ministellorū Synodo professus est se perpetuum fore Synagogæ Caluinianæ defensorem, quæ

Supra fol. 48.

Supra fol. 56.

An. 1584.

quæ est Ecclesiæ Catholicæ, vt lupos oui& Christo, hostis immortalis. An Catholici gniter stupidi & stipites erunt, vt gla ium p ad sua ipsorum iugula incidenda? Aut iste frons, & ad omnem extremam nequitiam pr est vt Ecclesiasticum gladium ad episcopor fensionem ab episcopis velit accipere, quem

Bulla Sixti 5. contra Nauar.

in eorum viscera est adacturus? Et quinam pi pares huius capiti diadema imponẽt, quo coporum Episcopus Christi vicarius iustiss causas anathemate deuouit, & qui priores uarræo qualicunque diademate tam nequa Gallicanum vastandum abusus, vtroque & N ræo & Gallicano se fecit indignissimum? H mirum modo Christiani omnes reges, & Ga potissimum diadematis sui possessionem adsc aliter radix & sator Borboniæ domus Lod Sanctus ad tractandum sceptrum hoc acces nec vnquam illud voluisset attingere, si eum fices Christiani propter hæresim ab eo mun iudicassent; si vt Theodosium Ambros eum Archiepiscopus Rhemensis ob aliquod lare peccatum suum à Rhemensis Ecclesiæ imp repulisset.

Sed ista omnia dicet aliquis sunt cæremo quæ non ita necessariò ad regem Gallorum r runtur, vt sine ijs non possit ad regnum gube dum ascendere. Id vt ita sit, vt demus posse ea quando accidere rerum conditionem, cùm ille aliqua possint prætermitti, (vt multa, imò veri raque nunquam possunt) veniamus ad ea in qu essentia, & vis, & ipse cardo regalis officij verti veniamus ad ipsum contractum & stipulation reciprocum regis & regni consensum, sine qu rannus est non rex, per fenestram irrumpit occ

trat

trat per ianuam, quisquis Christiani alicuius regni capessit gubernacula. Primò *admota manu vtraque sacrosanctis Christi Euangelijs*, iurat velle se *Episcopis & eorum Ecclesijs conseruare priuilegia Canonica, ius & iustitiam debitam; Episcoposque omnes, & singulas eorum Ecclesias tueri.* Quemadmodum hoc iurabit ille qui epiſcopis & epiſcoporum Eccleſijs, tot iniurias, vaſtitates, incendia intulit, quot hiſtoriæ Gallorum omnes commemorant, & nos eorum perpauca ſuprà perſtrinximus. Reædificet ergo prius Eccleſias quas deſtruxit, reſtituat Eccleſijs epiſcopos qui ex Guienna, Bierna, Nauarra, Gaſconia, multiſque alijs locis eius impietate exulant, vtantur fruantur illi ſuis priuilegijs canonicis: tum fidem faciat ſe in poſterum ab iſtiuſmodi ſacrilegijs temperaturum, atque ita demum ad hanc regalis iuramẽti partem præſtandam erit idoneus. Quanquam neſcio an ſic quoque iurare poterit, qui Caluiniana ſuperſtitione impeditus, tactis Euangelijs omnino iurare non poteſt. Aliam enim nouam vel à Iudæis vel à Gentibus ſumptam iurandi formam iſti à magiſtro ſuo didicerunt, quam ita mordicus premunt, & à Catholico iurandi modo vſque adeò abhorrent, vt in ſuis iniquiſsimis cum Chriſtianiſsimo rege fœderibus expreſsè caueant, ſi quando ipſis in iudicio iurandum ſit, nolle ſe Catholico more iurare, ſed nouo & diuerſo, quem Ioannes Caluinus eorum Apoſtolus inuenit. Sed reliquum regis Gallicani iuramentum attendamus, cuius tria diſtinctè ſunt capita. Primum, *vt Eccleſiam Dei in vera pace conſeruet*: alterum, *vt prohibeat rapinas & iniuſtitias in omni hominũ genere*: tertium, *vt bona fide laboret quò ex omnibus terris iuriſdictionis ſuæ expellat hæreticos*; non quos conſiſtorium Rochellenſe aut Montalbanenſe, vel ſynagoga Geneuenſis, ſed *quos Eccleſia Catholica hæreticos declara-*

Supra fol. 46.

Iuramenti regij Narratus partem nullam præſtare poteſt.

Poplin lib. 40. anno 1576. art. 12.

declarauit, inter quos primum locum obtinent Cal-
uiniſtæ, & nominatim Theodorus Beza & Ioann
Caluinus, quos iſte vt Apoſtolos diuiniſſimos ve-
rat. Huius ille iuriſiurandi vel minimæ partis
quemadmodum ſatisfaciet? Abſurdiſſimum e
eſt de *pace* quam ille Eccleſiæ conſeruabit
Abſurdiſſimum eſt cogitare de *rapinis & in*
eius opera prohibendis, qui ipſe tot vrbes in
conia & Guienna poſſidet iniuſtiſſimis rapi
Corona Gallica populoque Catholico auul
ſuis ducibus rapaciſſimis ſubiectas. Abſurd
mum & ſtultiſſimum eſt vel in cogitationem
mittere, quòd is *bona fide* conabitur *hæreticos*
Gallia expellere, qui peſſima & proditoria fide
reticorum millia ex Germania, Anglia, Flandria
Geneuenſi lacuna in Galliam inuitis Gallorum
gibus induxit, qui ſi *bona fide hæreticos quos*
declarauit expellere voluerit, ſe ipſum cum ſuo
dæo vltra Garamentas & Indos debet primò
lere, quos nominatim Eccleſia *hæreticos, & hæ-*
rum duces manifeſtos, publicos, ac notorios, iræ filios,
feri miniſtros, læſæ Maieſtatis diuinæ reos, & ortho-
dei Chriſtianæ hoſtes iam pridem declarauit. Quòd
ſi hæc omnia iureiurando ſanctiſsimè prius
mauerit, nunquam conſenſu populi rex acclam
poteſt, nunquam ab Archiepiſcopo Rhemenſi
cœleſti inũgitur, nunquam ab epiſcopis Gallica
diadema capiti eius imponitur, nunquam iure
ordine geſtat ſceptrum & Gladium regalis Maieſ
tis inſignia ab epiſcopis eiſdem tradita: nunqua
ab eis dici poteſt, *hæc omnia tibi tanquam legitimo hæ*
di authoritate omnipotentis Dei traduntur, per nos qui
adſumus, epiſcopos. Ille fortaſſe eodẽ iure quo alia per
multa, hoc eſt vi, furore militari, iure latronum
prædonum quia potentia valet, iſta poteſt inuolare.

Declaratio Sixti 5. contra Hæreticum Borb. anno 1585.

Vide Sacrũ & modum conſecrationis regis Galliæ en l'hiſtoire Françoiſe de M. Pig. lib. 1. cap. 3. 4.

Suprà fol. 48.

At iu-

At iure reipub. Gallicanæ, iure Christiano, iure Ecclesiastico, eo iure quo omnes hactenus à magno Clodouæo Galliæ reges legitimè alij alijs successerunt, populi nimirum & nobilitatis & cleri libera voluntate non potest ista adipisci. Denique quæ aliarum omnium summa & conclusio est, illa cæremonia ad Regem à Tyranno destinguendum inprimis necessaria, qua annulum solenni consecratione & benedictione sacratum Archiepiscopus Rhemensis eius maritali digito induit, & tanquam virum vxori, maritum coniugi, sic eum reipub. Gallicanæ quasi sanctissimo matrimonij fœdere copulat, nunquam in eum potest conuenire, nisi priora illa antecedant quibus solis legitimus vtriusque partis cõsensus exprimitur. Quemadmodum enim vt suprà monuimus, iure ciuili & naturali, consensus partium qui generaliter verbis præsentibus explicatur, inter virum & fœminam legitimum & honorabile perficit matrimonium; non aliter iure Christianarum nationum hæc regis electi quòd regnum suum iustè & Christianè administrabit iureiurando sancita professio, & post eam professionem populi declarata voluntas adiunctus nobilium assensus, episcoporum in toto eo coronationis sacro testificata suffragatio, plenè matrimoniũ hoc regis cum regno perficit atque absoluit; quæ si desint, vt raptor, vt adulter, vt incestus, fœminæ non suæ thorum, sic iste Reipub. non suæ regimen inuadit, neque deinceps Rex sed Tyrannus, non pater populi sed hostis, non legibus cõstitutus princeps qui regit suæ fidei commissa, sed iniusta violentia & tyrannide prædo vsurpans aliena habẽdus est. Neque verò mihi obijciat Caluinista aliquis tacito consensu reipub. approbari Nauarræ imperium, eò quòd quum illa maiores huius, reges Galliæ ad hãc regalem

Vera differentia regis & tyranni.

Suprà fol. 55.

Quid maximè requiritur ad verum regem.

Obiectio.

regalem maiestatem extulerit, simul omnes p
ros, suis quemque temporibus succedentem, ea
occulta stipulatione consensúque reges admi

Respons. Hoc enim nihilo maiore probabilitate dic
quàm si quis Italos Turcæ Constantinopolim
perij Romani sedem occupanti obedientiam d
re contenderit, eò quòd Constantino Cath
Imperatori, eiusque Constantinopoli succesl
obedientiam promiserint. Nec enim (vt supr

Supràc. 4. & 5. dè docuimus) maior est inter Constantinum
stianum Christianos defendentem, & Amu
Mahometanum Christianos persequentem,
inter S. Ludouicum Borboniæ domus author
hunc Nauarræum Condæosque Caluinistar

Obiectiones Nauarristarum cõtra ritum sacrandi reges. terinos iam sancti Catholicique ataui nepot
similitudo.

Quòd verò eiusdem regis patroni reth
tur, hanc regis consecrationem, vni ciuitati
mensi, vel etiam Archiepiscopo illi nõ esse af
sed Suessionibus & Aurelijs & alibi aliquand
se factam; nec verò vnctionem semper esse n

1. riam, 2. veteresque reges ante Carolum Ma

2. *Apolog. Cathol. pa. 115.* hanc cæremoniam nesciuisse; huiusque & v
nis & consecrationis vsum esse, non vt reges

3. at, sed 3. *vt testimonium sit eos esse Christianos &*

4. *Ibid. pag. 116. & 117.* *licos*, 4. denique reges Francos ante Christum
Pagani essent, sine his ritibus fuisse veros reg
his omnibus satis iam antea dictum est, & r
verbis facillimum est respondere. Sunt enim p
puerilia & friuola, partim crassa & aperta m
cia. Nam etiamsi non semper Rhemis reges G

1. *Respons.* cani vncti & sacrati sunt, at semper ab aliqua
scopo Catholico, vel Suessionensi, vel Aurelian
vel Senonensi, vel Legato Pontificis Rom. vel a
so Pontifice Rom. hac cum cæremonia &

Catholicę professione, Catholicique Gallorum populi consensu, reipub. huius regimen traditum acperunt. Et si isti episcopum Aurelianensem, aut Suessionensem, aut Senonensem, aut Pontificis Legatum, aut ipsum Põtificem Romanum potius quàm Rhemensem adire desiderant, siquidem illud leges Galliæ pemiserint, faustam & fælicem illis peregrinationem talem exopto. Quæ autem sit necessitas, vt ab aliquo episcopo rex sacretur, antea demonstratum est, & hîc otiosum est repetere. Veteres autem reges ante Carolum Magnum hunc inungendi & sacrandi ritum nesciuisse, luculentum est mendacium, quando ipse D. Remigius Gallorum Apostolus scriptum reliquit se magnum illum & primum Christianissimum Regem Clodouæum *primum baptisasse, tum duo septiformis Spiritus consignasse, & deinde per eiusdem sacri Chrismatis vnctionem ordinasse in regem.* Quòd si hic ritus *testimonium sit regem Gallorum esse Christianũ & Catholicũ, tũ certè* Nauarræus eundẽ negligens & conténens, manifestũ argumẽtum præbet se esse hæreticum & Paganum. Et Paganos quidem ante Christi fidem reges, sine hac consecratione veros fuisse reges non nego. Fuerunt item veri reges sine baptismo, sine fide Christi, aut Dei patris, aut Spiritus sancti, cum quibus in eadem infidelitate coniunguntur & conspirant amicè isti Caluinistæ. Ideoque & Caluinistam aliquẽ Paganorum regem fieri posse non prorsus inficias iuero; at verò Christianorum & Catholicorum, quorum præcipua de fide Christi cura & solicitudo est, rex esse nullo modo potest. Sed quid in istis leuissimis nugis refellendis vllam horulæ partem insumo? Vrget iste miserabilis Nauarræi aduocatus, *quemadmodum regnum Iudæ propter merita Dauidis penitus à posteritate eius non est ablatum, sic nec regnum*

Cap. 2. §. 2.

2. *Reges in Gallia per episcopos in vngendi mos antiquissimus.*

3. *Histoire de l'eglise de Rheims li. 1. cap. 16.*

4.

Nota obiectio & longè petita. Apolog. Cathol. pa. 126. 3. Reg. 2. 11.

S. Ludouicus. *Gallorum à Nauarræo esse eripiendum propter memoriam sanctorum regum Capetianæ stirpis, potissimum propter S. Ludouicum quem Ecclesia in Sanctorum numerum retulit, cuius (inquit hæreticus iste) memoria nobis Catholicis debet esse adeò sancta & honorabilis, vt nequissimi sint perfidi, ingrati, & rebelles, si admittamus in animos nostros vllam cogitationem de mutando aliquid in eius posteris.*

Respons. Quæ verba sapiũt phrenêsim & amentiam potius quàm hominem sanum & sobrium. Sed respondeo

Vide posteà cap. 9. paucissimis. Salomonis posteri propter idololatriam ordinaria Dei lege toto regno priuandi fuerunt, extraordinaria autem Dei clementia & prouidentia quia Messias ex regia Dauidis familia erat oriturus, quinque regni partibus ablatis, sexta posteritati Dauidicæ condonata est. Ex Nauarræi posteris in suo Caluinismo persistant, nunquam Christum expectemus, qui deinceps non nascetur. at Antichristum inde exoriturum multò est probabilius. Nam Caluinistas esse Antichristo proximos &

Stapletonus in oratio. quod libet. dam quasi sanguinis & generis, doctissimorum hominum disputationibus egregiè probatum est. Dauidis posteri ex duodecim tribubus decem cum dimidia amiserunt, vnam tantùm & dimidiam propter Dauidis memoriam, Deo sic præcipiente, retinuerunt. Ergo præclarè secum actum putet Nauarræus, si iuxta huius patroni sui proportionem, decem partibus regni Gallicani mulctatus exiguo aliquo territorio propter memoriam D. Ludouici, & tot aliorum sanctorum Capetiæ stirpis regum relicto potiatur. Quanquam qua fronte vel vnam ciuitatulam aduocatus iste regi suo propter D. Ludouicum, exemplo Dauidicæ posteritatis flagitare potest? quando illic expresso Dei mandato pars aliqua regibus Iudeis est assignata, hic expressio eiusdem mandato regna hæreticis regi-

cis regibus sunt auferenda: nec D. Ludouicus vllum Gallicani regni iugerum hæretico cuicunque ab alio dari postularet, nec si viueret erat ipse concessurus, qui cum Raymundo vltimo Tolosatum Comite & Principe, sed hæretico & Albigensium (quos Caluinistæ suos in Domino patres & fratres agnoscunt) protectore bellum gerens, nunquam pacificari voluit, priusquam principem illum ad has pacis conditiones compulisset.

Belforest lib. 4. cap. 2.

S. Ludouicus Nauarræi & omnium hæreticorum hostis æternus. 1.

De tout son effort De telle vermine.

Primùm Ecclesiæ Romanæ, & deinceps regi Gallorum ad mortem vsque obediet. Persequetur & punietpro virili sua hæreticos, eorumque fautores, & patronos, sine vllo respectu cognationis aut amicitiæ; & purgabit terram suam à talibus quisquilijs, regique Ludouico auxiliũ præbebit ad eosdem è Gallia profligandos.

Biennio proximè sequenti, publico præmio suis omnibus proposito, inuitabit eos ad hæreticos capiendos, sic vt qui vnum comprehenderit, certam pecuniæ summam percipiat; qui duos, eandem duplicatam, & pari proportione assurget, si quis decem & viginti ad Comitem puniendos adduxerit. 2.

Non permittet deinceps claues & censuras Ecclesiasticas contemni, sed prohibebit suos subditos versari cum excommunicatis iuxta sanctorum patrum canones. Quòd si qui integrum annum excõmunicati permanserint, nec se Ecclesiæ Catholicæ submiserint, eos Comes bonis omnibus despoliabit, & vsque eò eiusmodi rebelles persequetur, quoad illi Ecclesiæ satisfecerint, & ad diligenter exequendum, suos magistratus & ministros omnes iuramento obligabit. 3. *Ibid.*

Denique si Comes in hæresim rursus inciderit, 4.

, vel aliquod horum pactorum non præstiterit; so
, nũtur subditi à iuramento fidelitatis quod ei fe
, runt, & subiiciuntur Ecclesiæ & regi: & nisi Com
, admonitus ante 40. dies se submiserit iudicio E
, clesiæ & regis, priuatur suo iure in subditos & C
, mitatum Tolosanum.

S. Ludouici iudicium de Nauarræo & Calumistis.

Hæc & similia cùm D. Ludouicus præsente L tificis Romani legato à principe illo exegerit, cu hæreticos è tota Gallia eijciendos magna cura ſe gerit, cùm eos *ſtercora & quiſquilias* reipub. Chri næ duxerit, cùm hæreticos *ſine vllo reſpectu ſa aut cognationis* perſeqendos ſenſerit, certo cer est eum nunquam voluisse vt Nauarræus alic particula regni Gallici frueretur, quem suæ fa liæ & generis labem, & æternum dedecus existi ret. Quòd si nec Deus vt in historia Dauidis quam regni partem Nauarræo decernat, & S. L douicus eum propter hæresim omnibus bonis e tendum iudicet, an iste qui ob Dauidis & S. Lu uici memoriam; huic hæresiarchæ amplissim Galliæ regnum prodendum statuit, & eos qui s vel *cogitant tantum, nequiſsimos, perfidos, ingratos* pellat, iste (inquam) an homo communi se præditus, & non potius stultus & excors, imò a Arcadicus potius quàm homo existimandus si, talibus exemplis suo idolo patrocinari studet. C stianus lector iudicet. At quid multa? Si aduoc tus iste extraordinarie Galliæ prouincias aliqu tanquam duas Iudæ & Beniaminis tribus Naua ræo vult vendicare, proferat vt in historia Dauid extraordinariam aliquam Dei præscriptionem: ordinariè S. Ludouici & aliorum qui Nauarræ maiores fuerunt, Galliæ regum iure nititur, patu tur ergo Nauarræum suum non nisi per legitimam episcoporum consecrationem in regale solio asci dere,

dere, quo iure maiores eius Hugo Capetus, eiusque filius Robertus, & nepos Henricus, & pronepos Philippus, & abnepos Ludouicus, & reliqui ad S. Ludouicum, & deinceps ad eum qui nuper regnanit Henricum tertium, in regni possessionem sunt ingressi. *Supra fol. 54. & 6.*

5 Cæterùm quoniam isti adeò auidè & hiante ore regnum captat quod nullo iure possunt attingere, istas difficultates scopulosque omnes præteruehamur, & in solio Ludouici Sancti, Catholici, hanc eius naturalem sobolem Henricum Nauarræum impium, Caluinistam, hoc est, in throno Constantini Magni Mustapham Turcam in Cathedra D. Chrysostomi Calipham Mahometanum, in solio Christi Antichristum, siue iure siue iniuria collocemus. Prospiciamus quemadmodum ille regnum hoc gubernabit, quibus legibus Christianos sibi subditos moderabitur. Num ille cum primo Imperatore Constantino à rebus Ecclesiasticis tractandis abstinebit, earumque iudicium solis episcopis permittet? Aut cũ Martiano schismaticos episcopis præfractè repugnantes, regia authoritate mulctabit? aut cum Iustiniano fatebitur *sacerdotium & regnum vtrunque à diuina clementia conferri, sed illud diuinis ministrans, hoc autem humanis præsidens; & quoties sacerdotum sententia quosdam indignos sacerdotio de sacris sedibus deposuit, Nestorium, Eutichem*, Lutherum, pseudocardinalem Odettum Castilionæũ, Spiphamiũ Niuernensem; num toties rex iste *suã sententiã & ordinationem sacerdotum authoritati apponet, impiosque illos è suis Ecclesijs expellet* vti Iustinianus fecit, & imperatoribus vniuersis in more & officio fuisse positum perspicuè attestatur? Quid? num iste cum Theodosio, Valentiniano, Gratiano, & alijs illis laudatissimis in primitiua Ecclesia Monarchis sanciet, 5.

Suprà fol. 124.

Constitutio 6.

Suprà fol. 125.

Leges veterum Imperatorum pro Catholica Ecclesia & contra hæreticos.

Suprà fol. 226. 227. Ne quis cuiuslibet conditionis ea quæ sanctè in Concilijs ... neralibus, Nicæno, Chalcedonensi, Lateranensi, ... dentino, *definita sunt, reuoluat & publicè disputare* ... dat? Et si quis contra Conciliorum eorum decr... libros emittat, num iste *libros, eiusmodi incendat &* ... *fectissimo interitui mancipabit, illisque qui libros eos hab...*

Suprà fol. 227. *& legere sustinuerint vltimum suppliciũ infliget?* Nu... conuenticula hæreticorum interdicet? num omn... illorum ministris concionum loca eripiet *ne vlla exercendam animi obstinationis dementiam illis patea... casio?* Num decernet vt *damnatis portentosæ sustenta... nis authoribus* Luthero, Zuinglio, Caluino, *nota...*

Ibid. *grui nominis eorum inuratur gregalibus, ne Christiano...* & Fidelium, & Euangelicorum *appellatione ... tantur, sed quemadmodum Ariani ab Ario lege Constan... ni magni, & Porphiriani à Porphirio nuncupati sunt, ... isti* Lutherani, Zuingliani, & Caluinistæ *voceni... vt quorum scelera in deferendo Deum sunt imitati, ... rum nomina iure videantur esse sortiti?* Num de... que ab omnibus ducibus & magistratibus suis ... get vt iurent *per Deum omnipotentem & gloriosam ...*

Supra fol. 231. *genitricem Mariam, sanctosque Archangelos, quod C... tholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ nunquam vlla in re ... modo aduersaturi sunt?* Sin minus, num illis & hic ... *futuro sæculo imprecabitur partem cum Iuda, & lepra... Giezi, & tremorem Caini, præter alias pœnas iure ... constitutas?*

Gallia regum leges & acta pro Ecclesia Catholica. Aut verò si maiores suos imitabitur, quorum ... hæredem vocat, & quorum vestigijs insistere & ... empla sequi magis fortasse gloriosum putat, num... le cũ Carolo Magno excellentissimo Gallorũ mo... narcha leges & diplomata sua sic exordietur, *Ego Carolus gratia Dei rex, & rector regni Francorum, & de... uotus sanctæ Dei ecclesiæ defensor humilisque adiutor &...*

Capitula Caroli. hæc & illa præcipio? Aut constituet episcopos in quauis

quauis ecclesia omnium Galliæ prouiciarum *ob vitæ meritum, secundum statuta Canonis*, quemque ex suæ diœcesis sacerdotibus, cum approbatione Romani Pontificis eligi? Id quod post Carolum magnum, & eius Filium Ludouicum Pium, plurimi consequuti reges. Philippus Augustus, Ludouicus Sãctus, Philippus Pulcher, Ludouicus Hutinus, Ioannes primus, Carolus septimus, Ludouicus vndecimus, eiusque filius Carolus octauus nouis subinde repetitis & confirmatis legibus sanciuerunt? Et denique ne nimius sim & in infinitum beam, num magnum Clodouæum primum Gallorum regiæ stirpis principem & authore sibi exemplum proponet cui se cõformet, à quo vt omnes deinceps reges seriem & ordinem successionis numerant, sic item par est vt eius fidei, gubernationi & legibus, suas quoque leges faciant consentaneas? Non dico vt cum Clodouæo coronã auream gemmis fulgentem Romani ad honorem S. Petri eiusque Ecclesiæ transmittat, nec vt Rhemensi ecclesiæ fundos & pretiosa vasa largiatur, nec vt Cathedralẽ aliquam ecclesiam à fundamentis ædificet, quemadmodũ idem Clodouæus Argentinensem: sed vt Clodouæum regem in illis legibus sequẽdum sibi norit, quæ ita cum regis officio sunt coniunctę, vt sine illis rex muneri quod Deus & ecclesia & Respub, ab eo flagitant nõ possit satis facere. Profecturus siquidem egregius ille princeps cum immenso exercitu contra Alaricũ regem Gothorum Arianũ, qui Aquitaniã, Languedociam, Tolosam & reliquas illas Galliæ prouincias vltra & Rhodanum & Garumnam iacentes occupauerat, quas eadem hac tempestate Caluinistæ non aliter quàm Ariani illi deuastarunt, primum omnium de disciplina militari & sanctarũ Ecclesiarum conseruatione ita edixit: *Omni exercitui nostro præcipimus*

Vide Iornal. in hist. franc. lib. 2. anno. 1561.

Hincmarus Rhemensis in vita S. Remigij. Histoire de l'Eglise de Rheims lib. 1. cap. 13. Naucler. 2. volum. generat. 17.

Vide Concil. 1. Aurelian. in præfat.

vt nullus aliquid surripiat de ministerio Ecclesiarũ, Item, vt *nullus clericis vel qui cum clericis in ipsorum domo consistunt, aliquam violentiam vel damnum inferat*. Hæc & eiusmodi cum vetutissimis Christianæ Reipub. & Gallicani regni imperatoribus atque regibus an aliquis credat regem hunc Nauarræum sua regali potentia firmaturum, & non potius ista euersurum omnia, & his planè opposita & regugnantia, vi, imperio, ferróque impositurũ? Atqui nemo Christianus qui vel micam habet humanæ prudentiæ, & qui principis huius Biernensis tragicas actiones vel primoribus labris gustauit, dubitare potest, quin vt Henricus Borbonius istis omnibus regibus & imperatoribus non minus quàm Catholicis Galliæ sacerdotibus & Ecclesijs quo ad fidem capitalis est aduersarius, ita istis maximè item contraria decernet: contra Constantinum, ipse se *rerum Ecclesiasticarum* in suo regno *supremum* efficiet cum regina Anglicana *caput*: contra Martianum, schismaticis episcoporum Cathedras, episcopis veris excurbatis committet: contra Iustinianum, *sacerdotum non à Deo* sed à diabolo intruductum per suos ministros debacchabitur, & quos *sacerdotium sententia indignos sacerdotio de sacris sedibus deposuit*, eos iste vt suo Ministerio dignissimos ad supremas Ecclesiæ dignitates euehet: contra Theodosium, Valentinianum, & Gratianum, omnium veterum Conciliorum decreta & canones rescindet, cum quibus eius nouis Synodis Rupellensi, & Nemausensi, & Montalbanensi & similibus impurissimorum scurrarum coitionibus non magis conuenit quàm aquæ cum igne, sui cum amaracino, aut satanæ cum Deo: contra eosdem imperatores, non modò libros hæreticos non incendet, eorúmque studiosos vltimo supplicio non

Nauarrei regu leges omniũ regnum Christianorum legibus necessario futuræ sunt contrariæ.

non plectet, sed potius eos solos amplexabitur, eos suis Euangelicis cómendabit, & si qui libros huiusmòdi, vel in Ecclesia, vel in familiari colloquio reprehenderit, hos ille vt Euangelismi sui inimicos, vt publicæ pacis turbatores, vt suos infestissimos hostes ferro flammaque persequetur: *Portentosæ superstitionis authores* Lutherum & Caluinum nō modò non damnabit, nec eorum sequacibus interdicet ne *Christianorum* nomen sibi vendicent; sed contrà veris *Catholicis* & *Christianis* nomen hoc dettactum, suis illis nequissimis Epicuræis & Atheis attribuet, aut si nomen illud non ita magnifaciunt (quod quidem vt ex scriptionibus apparet, dedignari iam atque respuere videntur) *Fideles, Euangelicos, Reformatos, Fratres, Religiosos* eos nominari permittet, nec hanc appellationem vllis Sectarijs tollet; siue Lutherani sint, siue Caluinistę, siue Ariani, siue Trinitarij, siue Libertini, siue porsus Athei, quorum omnium greges & examina per Galliā sub hoc generali *Euangelicorum*, & *Fidelium*, *& religiosorum* nomine & huius Nauarræi regis talium *Fidelium protectoris*, authoritate volitant. Denique tantùm abest vt cum Carolo illo Magno seipsum fateri velit *deuotum sanctæ Ecclesiæ defensorem humilemq; adiutorem*, tantum abest vt cum Philippo Augusto & reliqua illa glorioſa Gallorum regum corona Episcopos Canonicè iuxta veterum Canonum præscriptionem eligi volet; tantum abest vt cum Magno illo Clodouæo militibus suis imperaturus sit ne *quid Ecclesijs eripiant, ne vllam clericis inferant violentiam damnumve, aut etiam eis qui ad clericorum ædes auxilij gratia profugerint*, vt contra illos reges iam nunc profiteatur totaque adeò vita professus sit, se Catholicæ Dei Ecclesiæ oppugnatorem; tota vita Episcoporum nomen atque ordinem iuxta Geneuensis Euangelij doctrinā ex Ec-

His nominibus Beza & Gallasius vtuntur in suis quos inscribunt Comment. de statu religionis & reipub. in Gallia.

clesijs delere atque extirpare conatus sit; tota vita & ipse Ecclesias clericosque spoliauit, & milites suos talibus prædis locupletes & copiosos reddidit, & quoscunque è Flandria, Anglia, Germania, Heluetiaque latrones (latrones enim æquissimo iure eo qui absque iusta causa, sub iniusto principe, contra iustissimum regem militant) corrogare potuit, eos omnes ad Ecclesias & Ecclesiasticos despoliandos quasi signo erecto & clarissimo buccinæ cantu inuitauit. Ergo nec quoad leges, in quibus vel maximè suspiciéda est regia maiestas quidquam nouo huic regulo cum vetustissimis vel Imperatoribus vel regibus cõueniet, nec quoad opera regalia, ædificandi monasteria, extruendi Ecclesias, extirpandi hæreticos, protegédi Catholicos, quid quá illis habebit simile, sed omnia planè contraria facturus est.

Quid verò? an cum priscis illis regibus minorem regis decora, hominem bene meritum nobilitare, auratum equitem Sancti Michaëlis, aut Sancti Spiritus (quem ordinem tanta solicitudine & cura paulò ante mortem commendasse illi dicitur charissimus eius frater Henricus Valesius) creare potuerit? Nec istud quidem, cùm ad talem equitem efficiendum primum omnium requiratur sincera fidei Catholicæ professio, & huius vtriusque ordinis capita plæraque circa religionem Catholicam stabiliendam versentur. Et quemadmodum ille suis Caluinianis ducibus quos hoc ordine honorare voluerit præcipiat vt *cum primùm audierint aliquem ex ea societate mortem obijsse, viginti missas pro defuncti anima curent celebrari?* Quemadmodum, vt distribuant certas eleemosinas pauperibus; vt ij pro omnium eius ordinis equitum defunctorum animabus orét? Quemadmodum vt solenni illo festo D. Michëlis, eius Archãgeli patrociniũ implorent, cuius semper imagi-

Belforest. hist. lib. 5. cap. 132.

Nauarrus neminem potest nobilitare.

Articuli Ordin. S. Michaelis.

Artic. 18. &c. 6. aureos.

imaginem collo suo appendentem circumferant? Quemadmodum illi eo festo, solenni missæ intererunt, eòque & sequenti die, sacra precesque absoluent ad quæ tam accuratè generalibus eius ordinis regulis adstringuntur? Sed quorsum particularia capita consector? Quum enim vt aliorum Christianorum in Hispania, Lusitania, Anglia, Germaniaque Equitum, sic ille ordo Sancti Michaëlis imprimis institutus sit *ad amplificandam fidem Catholicã statumque sanctæ matris Ecclesiæ, & prosperitatẽ Reipub Gallicanæ*: cùm referatur *ad gloriã & laudẽ Dei ad honorem gloriosæ virginis Mariæ & S. Michaelis*, cùm interea propter quæ aliquis etiamsi iam olim Eques creatus & clarissimis in bello facinoribus illum honorem promeritus ab eo tamẽ ordine deiicitur, principem locũ tenet, *si sit reus hæresis vel erroris alicuius contra fidem Catholicam*, vel si *propterea pœnã aliquam publicam sustinuerit*: secundum deinceps, si contra regem suũ crimen læsæ maiestatis cõmiserit: & denique si ex prælio aliquo turpiter & ignominiosè profugerit: quẽadmodum poterit vel Caluinista rex hanc nobilitatẽ dare, cuius ipse nulla ratione est capax, vel Caluinista miles eam recipere, qui eius quod præcipuè in dignitate illa attenditur nullum habet specimen aut vestigiũ? Et quid veteris ordinis instituta vrgeo contra eum, qui nec nouitij istius à charissimo suo Henrico Valesio, in ipsius & suorũ Caluinistarũ gratiã fortassis inuẽti potest esse particeps, nisi mirabiliter & planè proditiosè ordinis eius primas & leges & præceptiones inuerterit. Ad cũ enim nemo nisi Catholicus põt assumi, nemo quinõ sanctissimo iureiurãdo promittit *se perpetuò & viuere & mori velle in religione & fide Catholica, nec vnquã discedere ab vnitate sanctæ matris Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ Romanæ*, cuius isti Caluiniani vt ipsius quoque Spiritus sancti qui

Art. 33. 34. & 35.

Præfatio institutionis ordinis.

Hæresis prima causa nobilem quemuis nobilitate priuandi. Art. 15.

Nauarreus non potest esse particeps Ordinis S. Spiritus.

Hist. Francoise de M. Fig. lib. 4. cap. 18.

ea in

Ioan. 16. *ea in omnem veritatem dirigit*, hostes sunt immortales, ideoque nec Nauarræus ipse nec eius satellites hi ordinem vllo modo suscipere possunt. Et qualis ille rex Christianus erit, qui nec Eques Christianus esse potest? Et quid illi relinquitur nisi vt cũ Eccl sijs,& monasterijs,& religione veteri, veteribus Galliæ regibus, has etiam Equitum dignitates d struat,& nouas excogitet, per quas contra Spiritum sanctum, contra CHRISTVM, contra beatam Virginem, cõtra Archangelum Michaëlem & re gionem Catholicam, iuramentis & Canonibus

Comment. de statu relig. sub Carol. IX. lib. 9 fo. 263. senatu Caluiniano fingendis obligentur! Quid iste Princeps iam olim in tertia generali rebellione paulò ante cladem Monguntiranam inchoauit, cum allectos in adulterinum quendam milit Equestris ordinẽ certos nobiles Germanos & Gallos, partim Lutheranos, partim Caluinistas (de religione enim modò ne Catholici essent nihil laborabatur) ad æternum cum rege & populo Gallicano bellum gerendum deuinxit, nisi eas quas ipsi volebant pacis conditiones à rege extorquerent. Et qualem (bone Deus) non regem, sed laruam & idõlum imò portentum & prodigium regis habitura est Gallia, si talem aliquando (quo ego eum nomine appellem?) in solio sanctissimorum olim Galliæ regum considere patiatur, qui nouo prorsus modo cõtra omnes hactenus reges atque imperatores dominabitur, qui illis omnibus & singulis contrarias leges statuet, qui extirpabit quod illi plantarunt, euellet quod illi seuerunt, damnabit ad inferos quos illi suspexerunt vt sanctos, Catholicam fidem Ecclesiamque omnibus modis destruere molietur, pro qua defendenda illi vitam & sanguinem suum profundere duxerunt glorioſissimum, æternaq. à Deo mercede coronandum! Hæc omnia facturum Nauarræum,

Nouus ordo equitũ à Nauarræo inuentus.

uarræum,& hæresis quam profitetur natura, & satellitum eius quibus stipatus incedit improbitas,& Ministrorum qui eius auribus continuò talia insusurrant impudens immanitas, & ipsius ætas à primis cunabulis,in talibus flagitijs enutrita,& perpetua tot annorum experientia euidentissimè confirmant. Quare cum principem illum tot eius contra rempub. Gallicanam suscepta facinora impia & proditoria, conuincant Corona Gallica esse indignissimum,etiamsi aliàs fidem Christianam & Catholicam religiosissimé coleret;quũ deinde tot eius contra Ecclesiam perpetrata sacrilegia, tot ab eo & eius *Fidelibus* Caluinistis disseminatæ & contra Deum & Christum opiniones, non tam hæreticæ quàm Apostaticæ, Turcicæ, Tartaricæ, & prorsus Satanicę demonstrent eum esse in Gallijs aliquo honore infinitè indigniorem, etiamsi pro Gallicanæ reipub,salute & dignitate contra hostes eius in mille discrimina vitam caputque suum iniecisset: iste autem nec sani aliquid credit in fide, nec fortiter aliquid gessit pro republica, sed innumerabilib. flagitijs, & suam particularem Galliæ regionem,& totum Christianum orbem, & in primis Ecclesiã Catholicam ita offendit vt non aliter quàm illa Danielis statua,ex luto,ferro,ære,diuersisque metallorum generibus, sic iste sacrilegiorum, & periuriorum, & proditionum, & hæresum, & blasphemiarum importunitate videatur esse concretus; quàm monstrosum est de eo ad regnum Gallicanum attollẽdo cogitare,qui si regis personam veteribus omnium imperatorum & regum moribus definiamus,ad regium locum non magis est idoneus quam bos ad lyram,aut simia ad purpuram! vel(iuxta Saluatoris nostri dictum)quàm *vt Camelus per foramen acus ingrediatur*. Eò enim ne pertranseat non magis camelum

Nauarr. nullo modo idoneus ad regnum Gallicanũ.

Daniel. 2.

Matt. 19. 24.

lum impedit sua granditas, quàm istum ne alijs ꝛ
gendis præficiatur, prohibet scelerum quæ per
vel suos commisit sine numero horrenda diritu
quàm (inquam) abominandum est illi iuris publi
legúmque custodiam committere, omniúmque
regno amplissimo Christianorum vitam in eius po
testatẽ tradere, qui omnes leges iuraque sua liber
te Euangelica cõculcauit, & cui iura quecũque v
vnius horæ vsuram ad viuendum negarent sin
causa eius decideretur! Si enim ius naturale, vel c
uile, vel Ecclesiasticum, vel diuinum valeret: si v
ius quod apud Turcas ex praua veritatis Christia
æmulatione in vsu est. vel quo olim respub. Iudæo
Dei iussu regebatur, vel quo Christianæ respub
iuxta Christi legem, spiritus Sancti afflatũ, & Apo
stolorum Patrumque omnium doctrinam tempe
rantur, in Gallia vigeret (nam & Alcoranus leg
eius desertores, & lex Mosaica, legis eius transgre
sores; vel etiam summi sacerdotis imperio rebelles
præsente morte mulctauit; idemque contra hæreti
archas & Apostatas in omnibus Christianis regnis
iuxta Euangelij regulam & plurimarum synodor
canones, inueterato multorũ sæculorũ vsu recepti
est) Nauarræus nec aërem quidem Gallicanum spi
rare sineretur. Quemadmodum igitur sine summo
scelere regnum eromінabimur, cui nulla æquita
te, nullo iure vita conceditur? Quàm absurdè el
gubernationem magnæ instructæque classis assi
gnabimus, cui leges in vnâ triremi nec vilissimum
vel inter remiges locum permittunt, sed obtorto
collo abripiendum, & in profundum mare cen
sent esse præcipitandũ! Quæ cogitans põderánsque
fortissima & Christianissima quondam Gallorum
natio, tandem aliquando desinat ambigere & vacil
lare animo, quasi ad depellendum à ceruicibus suis
gladium

Omnia toto orbe iura prohibẽt Nauarrã à regno Gallia.

Deuter. 13. & 17.

Ad Gallos, ne disputẽt de Nauarr. rege ad-mittendo.

gladium prædonis magna aliqua deliberatione opus esset. Præscindant & reiciant inanes formidines, & si vel vitæ corporis vel animæ, si vel honori suo vel maiorum suorum, si vel particulari Galliæ commodo, vel generali reipub. Christianę bono consultum cupiant, si se vel homines Christianos, vel omnino homines esse meminerunt, firmiter apud se constituant, tale reipub flagellum, nunquã ad reipub. gubernacula esse admittendum. Humanum enim est imminẽtia capiti suo pericula depellere, & ciuium est reipub. ingruentia mala omni diligentia auertere, & Christianum est scire quod Apostolus docet, à modico fermento totam mãssam infici, hæresimque inueteratam velut gangrænam aut cancrum esse incurabilem, & ad sanorum mẽbrorum ineuitabilem perniciem serpere. Cùm ergo Nauarreus & vobis particulatim mortem, & reipub. toti vastitatem machinetur, imò vtrũque apertè comminatus sit, cùm profiteatur velle se cancro illo pestilentissimo Atheismi Caluiniani patriam vestram inficere; si homines estis, capita & latera vestra à sicarijs ea petentibus defendite; si Galli estis, hostem qui adeò apertè atque hostiliter Gallicanis ciuitatibus denuntiauit spolia & incendia procul à Galliæ finibus repellite; si Christiani estis, fidem vestram in qua sempiterna vel vita vel damnatio animarum & corporum vestrorum cõtinetur, ab omni hæresis cuiuscunque & inprimis Satanismi illius Caluiniani contagio puram seruate. Respub. vestra fuit hactenus perpetuò, & est hodierno die, quamquam nonnihil ab istis locustis deformata, est tamẽ quoad maiorem eius partem reipub. Christianæ per orbem terrarum diffusæ membrum pulcherrimum. Quantum ergo & vobis ipsis dedecus & reipub. Christianę vulnus inflicturi estis, si membrum hoc à

1. Co. 5. 6.

In synodo Montalbanensi anno 1584.

hoc à reliquo corpore auulsum, contraria quàm re-
liquum corpus vniuersum fide, contrarijs legibus,
contrario rege, contraria anima & spiritu guberna-
ri patiamini! Vos ipsi nullo modo laturi estis, v
vrbs aliqua in media Gallia, vt Aurelianensis, v
Pictauiensis ad regis Hispani arbitrium cõtra Ga-
licanos mores & leges administretur. Et ferre pote-
stis Galliam reipub. Christianæ tanquam cor & m
ditullium à Caluinista gubernari, qui Catholicæ
Ecclesiæ ruinam multò ardentius desiderat, quam
aliquis vnquam vel Hispanus, vel Anglus, vel Ger-
manus licet ambitiosissimus ad dominatum alicu-
ius in Gallia ciuitatis aspirauit?

6. 6 Proponite vobis ob oculos veterum principum
Christianorum qui respub. Christianas suis sanctis-
simis legibus primi formarunt, singularem sapien-
tiam; qui quũ & diuina gratia qua erãt mirifice il-
lustrati, & humana perspicacitate qua supra vulgi
rem aliorum mediocritatem plurimùm emineba
hæresis ingenium indolémque perspicerent, sol
que legibus eam reipub. Christianæ perpetuitatem
stabilire vellent, quam Christus in Euangelio pro-
miserat; hoc vnum inprimis cauerunt vt hæretici
ab omni munere publico magno vel minimo lon-
gissimè repellerentur, Sic enim Theodosius, Hono-
rius, & Arcadius, Christiana & valde laudabili seue-
ritate contra Manichæos & Donatistas, qui sue
tempore Caluinistis & quoad fidem & quoad opera
similimi grassabantur decreuerunt: *Huic hominum*
generi nihil ex moribus, nihil ex legibus commune sit. Et
primùm quidem hæresim eorum volumus esse publicum cri-
men, quia quod in religionem diuinam committitur, in om-
nium fertur iniuriam, quos bonorum etiam publicatione
prosequimur. ipsos quoque volumus amoueri ab omni liber-
talitate & successione quolibet titulo veniente. Præterea nõ
donandi,

Leges ciuiles Imperatorum prohibent Nauarræ, ab omni publico munere

Cod. li. 1. tit. 5. de hær. c. Manichæos. 1.

Hereticus

donandi, non emendi, nō vendēdi, non postremò cōtrahendi cuiquam conuicto reliquimus facultatem. In mortem quoque inquisitio extendatur. Nam si in criminibus Maiestatis lasæ licet memoriam accusare defuncti, meritò & hic debet subire iudicium. Ergo & scriptura illius irrita sit siue testamento, siue codicillo, siue epistola, siue quolibet alio genere reliquerit voluntatem, qui moriens Manichæus (Caluinista) fuisse conuincitur. Sed nec filios hæredes eis existere permittimus nisi à paterna prauitate discesserint. Seruos insuper extra noxam esse volumus, si dominum sacrilegum euitātes ad Ecclesiam Catholicam transierint Sic illi. hæc autem lex eodem in loco, non solùm ad alios hæreticos vniuersè, sed etiam ad eorum fautores imperiali iudicio atque authoritate extenditur. Sic enim sequitur, Credentes præterea, receptatores, & fautores hæreticorum damnamus. firmiter statuētes vt postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso iure sit infamis, nec ad publica officia, seu consilia, vel ad eligendū aliquos adhibeatur, neque ad testimonium admittatur, sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Quòd si forte Iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatē, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur si tabellio, instrumenta peripsum confecta nullius penitus momenti censeantur. Quod autem de liberorum successione priores Imperatores paucis perstrinxerant, id Iustinianus postea fusius hoc modo explicauit. Sancimus vt in ijs casibus, in quibus alter tantùm, vel vterque parens orthodoxæ religionis non est, hi tantummodò liberi ad eorum successionem siue ex testamento siue ab intestato vocentur, & donationes siue aliæ liberalitates his accedere possint, qui orthodoxorum venerabili sunt nomine decorati. Cæteri liberi eorum qui paternam vel maternam impiam

Hæretici in repub. Christiana nihil prorsus agant.

Ibidem ea. Credentes.

Ibid. cognouimus.

affectionem sequuti sunt, ab omni beneficio sint repellendi.

Navarr. ab omni hæreditaria successione exclusus.

Liberis autem orthodoxis non existentibus, ad agnationem vel cognationem eorum (orthodoxas tantùm) eædem res successiones perueniant. Hæc ille Firmissimè nimirum persuasum erat istis prudentissimis mortalibus hæreticorum moribus ciuilem Christianorum vitam, non aliter quàm serpentis alicuius pestiferi halitu vicinum aërem corrumpi, vt tum demum beatissimè cum populis sibi subditis agi sciret, cùm nullus inter eos hæreticus aliquid auferret, aut venderet, aut contraheret, aut donaret, aut legare posset moribundus, nec ab eius testamento aliquid percipere superstes hæres vt ita cum ipso mortuo eius quoque damnata memoria (quod fieri posset) ex hominum mentibus tolleretur. Atqui ô terque quaterque miserandum Galliarum gnum, si quando ei præfuerit rex talis, qui in

Navarr. qualis rex iuxta leges Imperatorum.

hæc antiquissima Christiani populi iura, nec emere nec vendere, nec abiectum aliquod vel tabellionis officium in repub. exercere poterit. O insignem turpissimam reipublicæ maculam, si quando principem eius *ipso iure erit infamis & intestabilis!* quando is qui legum ferendarum caput & fons esse debet prorsus exlex vetustissimo Christianorum iure decernitur, qui nec *ad testimonium dicendum* admitti potest, & cuius iudicis sententia illo ipso Christiano iure, *nullam obtinet firmitatem.* Nec est quòd

Legibus Imperatorum Navarr. hæreticus declaratur.

fideles ministri pro illo suo rege *fidelium protectore* cauillentur se non esse hæreticos sed Euangelicos, ideóque has Imperatorum leges ipsos neutiquam attingere. illi enim principes satis prouidè talibus nugis occurrunt, & cùm has ineptissimas nominum latuas suis legibus eripiunt, sanciuntque sectarios quoscunque, non *Christianos*, aut etiam *Euangelicos*, sed *Arianos*, *Lutheranos*, *Caluinistas* ab eo quem auctos

authorem suæ hæresis sectantur nominari, qui mos omnibus temporibus in Ecclesia Christiana inoleuit: & cùm præterea Gratianus, Valentinianus, & Theodosius interpretandi gratia addunt, *hæreticorum autem vocabulo continentur, & latis aduersus eos sanctionibus succumbere debent, qui vel leui argumento a iudicio Catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deuiare*. Isti ergo qui non leuiter à Catholica religione deflectunt, sed manifesta Apostasia Catholicam religionem & Ecclesiam in omnibus ferè capitibus deserunt, qui Ecclesiam primitiuam Satanica planè superbia impugnant, qui generalibus catholicorum Concilijs, & sanctissimorum patrum choro vnum Ministellum & sicarium Geneuensem anteponunt, isti si hæritici dicendi non sunt sed Christiani: ergo nec Iudas Christi proditor, apostata, sed Christi Apostolus atque amicus, & Lucianus cum Simone Mago vocentur *Euangelici*, qui in multò certè paucioribus quàm isti Caluinistæ fuerunt hæretici. Quòd si Iudas sit apostata, certè & *Caluinistæ omnes sunt hæretici*, & proinde *hæreticus est Nauarræus*: ex quo fit vt sit ipso iure *infamis* & *itestabilis*, cui adiunctum est deinde, vt nec ille nec aliquis alius hæreticæ Caluinistarum communionis, vel iudex, vel aduocatus, vel tabellio in regno Gallicano effici possit, si iure, si lege, si ratione cum eis agatur. Et tum ecquis ita stupidus est vt eum regē Gallorum eligi posse arbitretur, qui infimi ministri officium in Gallia non possit exequi?

Supra fol. 115.

Cod. lib. 1. Tit. 5. ca. Omnes.

Quòd si quis Ecclesiasticam vocem audire desidetat, & cum Imperatorio iure & sententia, Pontificale item ius iudiciumque coniungi postulat nouerit is Ecclesiæ nō minus quam Imperij principes semper in hoc conspirasse, semperque de hæreticis tanquam de maximè pernicioſis Christianissimi

Leges Ecclesiasticæ Nauarræi arcent à regno Galliæ.

hostibus ex Christiana repub. exterminandis diligentissimè elaborasse, ideoque nihilo minori quàm imperatores & vehementia & solicitudine, ciuiles honores officiaque hæreticis quibuscũque interdixisse. Alij enim *superiorum Pontificum documenta sequentes*, statuunt *ne hæretici, credentes illis, receptatores, fensores, & fautores eorum, ipsorumque filij, vsque ad cundam generationem ad aliquod beneficium Ecclesiasticum seu publicum officium admittantur: quod si secus factum fuerit, sit irritum & inane.* Alij hæreticos bonis omnibus euertendos esse decernunt, suique decisionem firmam ex iure ciuili, & ex theologia quoque sanctiori afferunt. Nam cùm propter minima peccata, latrocinia, raptus, incestus, qui ea flagitia admiserunt *rerũ suarũ proprietate, ipso iure priuentur, fisco earũ proprietas acquiratur; bona* (inquiunt illi) *hereticorum qui grauius, horribiliùs, ac detestabilius prædicti delinquunt, ipso iure, de fratrum nostrorum consilio decernimus esse confiscata,* adeò vt nec ad filios, amsi Catholici fuerint eorum bona transeant. *enim secundum legitimas sanctiones reus Lesæ maiestatis nitis capite bona confiscentur, eorum filijs vita solum ex misericordia conseruata; quanto magis qui aberrant in fide, verum Dei filium Iesum Christum offendunt, pite nostro quod est Christus, Ecclesiastica debent distrone præscindi, & bonis temporalibus spoliari; cùm long grauius æternam quàm temporalem lædere maiestatem.* Alij iuri diuino & Euangelij Christi regulis intentes, ostendunt obedientiam subditorum cum hæresi non posse cõsistere, sed illam ab ista tãquam contrariam à contrario, vt frigus à calore, vt lucem à tenebris expelli. Cùm enim Christus Christianum Ecclesiæ rebellem non aliter quàm *Ethnicum & Publicanum* abominari suis præcipit, cùm Apostoli eius consortio longissimè fugiendum, nec aut

Sextus decret. lib. 5. tit. 2. ca. Statutum & ca. Quicunque.

Hæresis omnium peccatorũ maximũ. Ibid. c. 19. Cum secũdum. Decre. Greg. lib. 5. tit. 2. c. 10. Vergentes.

Christiani non tenentur obedire principibus hæreticis.

Matt. 18. 17.

cendum monent, quemadmodum ei possumus ser- *Tit. 3. 10. 2. Ioan. v. 10.*
uire, famulari, obedire, eius nutu bellum cum Christianis gerere, pacem facere, ad eius præscriptum Christianos vincire, liberare, iudicare, ciuitates & prouincias regere, quem vt Ethnicum & publicanum iubemur declinare, quem nec alloqui possumus, nec salutare! Quare stabili fundamento literarum sacrarum insistit canon iste Pontificis Cõcilijque Romani: *Nos sanctorum prædecessorum nostrorum statuta tenentes, eos qui excommunicatis fidelitate aut sacramento constricti sunt, Apostolica authoritate à iuramento absoluimus, & ne fidelitatem obseruent omnibus modis prohibemus, quousque ipsi excommunicati ad satisfactionem veniant.* Cuius sententiæ ratio ab alio antiquiore Pontifice ad hunc modum redditur. *Etsi tales subditi sacramentum iurisiurandi prætenderint, moneantur tamen oportere Deo magis seruire quam hominibus; fidelitatem enim quam Christiano principi iurarunt, Deo eiusque sanctis aduersanti & eorum præcepta calcanti, nulla tenentur authoritate persoluere.* *Decret. 2. par. causa 5. quæstio. 6. cap. Nos* *Ibidem ca. iurato.*

Quod si ex Cõcilijs vel generalibus vel prouincialibus excerpere velim quæ huic rei inseruiunt, quę hęreticos ab aliquo officio inter Christianos gerẽdo repellunt, facile esset vel ex illis solis fortissimã cõtra Caluinistas aciem instruere, quando vix vnum est à primo Hierosolimitano, vsque ad postremum Tridentinum, quod non perspicuè hanc veritatem docuerit. In eo enim quòd singula excommunicarunt hæreticos in vno aliquo capite à fide Catholica aberrantes, in eo quòd anathema illis dicunt, in eo quòd commercia fidelium cum illis prohibent, in his omnibus eos ad officia aliqua reipub. assumi non posse euidenter concludunt. Imò non solùm cùm directè hæreticos execrantur quod semper & vbique faciũt, sed etiã quoties Paganos vel Iudæos, *Omnia Ecclesia Concilia repellunt Nauarr. a regno.*

ad præfecturas in ciuitatibus Christianis elegi
posse decernunt, toties hæreticos ab eisdem præ
cturis abiudicant, quos constanti sententia per
tuò duxerunt Iudæis & Gentibus quoad multa
res, quoad plurima nequiores. Vnde Christiani
scopi qui in antiquis Concilijs constituunt, vt
officia publica nullatenus appetant, quia sub hac occa
Christianis iniuriam faciunt, ideoque iudices prouinc
cum sacerdotibus officia publica eos agere non permitta
si quis autem hoc permiserit, velut in sacrilegum excom
nicatio proferatur, & is qui officium fraudulenter obti
publicis cædibus *deputetur: cum* sanciunt Iudæos
posse habere seruos Christianos, quia nefas est vt mem
Christi seruiant ministris Antichristi: & Hispaniæ
in magna regni sui synodo ante annos nongent
cùm fatetur à maioribus suis regibus & episc
se omnesque successores suos reges sub perpetua maledi
nis censura obstringi, quicunque eorum mancipium Chr
anum Iudæo seruire vel famulari permiserit, isti om
hoc ipso, quid nobis faciendum sit vbi de hæret
agitur præclarè admonent. Et si hodierno die vi
rent, hæresisque Caluinianæ horribilem impie
tem, & furorem viderent, multo maiori feruore
zelo Gallicarum *prouinciarum rectoribus & sacer*
bus denunciarent, vt Caluinistam publicum aliqu
officium genere *nullatenus permitterent*. Quod si q
conniueret, *& tale quid fieri dissimulando pateretur*,
eum tanquam sacrilegum excommunicationem pro
ferrent, & hæreticum illum iniustè officio potiri
publicis cædibus deputarent. Quique prohibuerũt Chr
stianum seruire Iudæo, multò magis prohiberent Chr
stianum seruire Caluinistæ, quia *nefas est vt mẽbra* Chr
sti seruiant Antichristo. Denique ij qui vel ipsos reg
Gallorum sub perpetua maledictionis censura ponerent,
quis eorum *Christianũ Caluinistæ famulari permitteret*

Concil. Toletan. 4. ca. 64.

Ibidem.

quanto

quanto magis nobiles, episcopos & priuatos Gallos execrarentur si vniuersam ciuitatem ei subijcerent, omniú autẽ maximè si amplissimũ regnũ eius seruili & intolerabili iugo mãciparent. Hæreticum enim quàm Iudæũ, Christianis & religioni Christianæ hostẽ esse capitaliorem, & patres perpetuò senserunt, & nos superius abunde confirmamus. Ergo summa & suprema, quæ cogitari possunt in orbe Christiano iudicum tribunalia, Ecclesiæ, Imperatoris, Pontificis, Episcoporum Concilia, tota denique Theologia Christiana Nauarræum & Caluinistam quemcunque à quacunque successione in repub. Christiana reijcit. Apud infideles, apud Ethnicos, apud Canibales aut Calecutios, vbi Christi nomen ignoratur, vbi Ecclesia sordet, vbi Ecclesiæ disciplina nulla est, vbi sola consideratio sanguinis (quem è nobilissimo & glorioßissimo, vt pote S. Ludouici, à quo manauit, diuinis virtutibus sanctificato, isti suis hæresibus sordidissimum & inquinatissimũ reddiderũt) aliquid fortasse possunt prætẽdere. At apud Christianos vbi primo loco ad Christi fidem respicimus, deinde ad Ecclesiæ canones & Christianæ reipub. generalem disciplinam oculos intendimus, & tum cum illis singularũ prouinciarum particularia statuta & successiones cõponere edocemur, hîc prioribus illis quæ grandissima sunt postrema quæ illorũ comparatione minuta sunt modificantur. & vbi Christus & Ecclesia Catholica priuatis alicuius regni statutis offenditur, ibi nisi Dei vltionẽ æternasque gehennę pœnas nobis conscisscere velimus, proterendæ sunt municipales cõsuetudines, vt Dei gloriæ & totius corporis Catholici saluti prouideatur, nõ aliter quàm de brachio adurẽdo vel incidẽdo vel etiã abscindendo, non multũ hæremus, cùm ita totius corporis sanitas & conseruatio requirit.

Suprà fol. 112. & 10. capite 4. & 5.

S. Ludouic. sanguis in Nauarræo corruptissimus.

Nunquid enim si regis Galliarum vel Hispaniarum filius vnicus, verbi gratia Henricus aliquis (sit enim appellemus, quoniam & Henricum Condæum principem vt pro impetrandis ad Euangelium defendendum auxilijs Turcicis, Turciæ tyranno submitteret ministri hortati sunt) in Turciam militum comparandorum vel rerum visendarum gratia profectus, illic à ministris Turcicis seductus Christianismum abiuraret, & Alcorano fide data pro Henrico Mahometus vocatus circuncisionem acciperet, & postea morte paterna & moribus patriæ regnum Hispaniarum vel Galliarum ad eum deuolueretur, ecquis Gallus, ecquis Hispanus ... Alcoranizat, vt huic non iam Christiano sed Mahometano quia sanguinis iure proximo regnum paternum tradendum sentiat? Non opinior. Quia ita? quia sanguinis dignitati fides Christiana est postruenda, & illam ingenitam sanguinis claritatem ista Apostasia & Mahometana infidelitas ita turpis cauit, vt alius planè effectus sit, non aliter quàm quis generosum vinum infuso aconito destruat, vt deinceps non vinum sed venenum sit appellãdum. Eadem ergo ratione hæretici de suo Caluinismo & Caluinista, iudicent & vel negent Caluinismum esse Turcismo deteriorem (quod suprà breuiter ostendimus, & cum volent, vel fortasse priusquam volent, clarissimis argumentis vberrimè comprobebitur) vel concedant Caluinistæ propter sanguinem nihil iuris illic posse suppetere, vbi Mahometista propter eundẽ sanguinem nihil sibi iuris possit arrogare.

Caluinismus deterior Turcismo.

7. 7 Sed pronocabunt vt suspicor Caluiniani ministri iuxta suum solenne ab hominibus ad Deum, à scriptis Imperatorum & Pontificum ad literas sacras, de quibus tãquã securo portu & asylo suo solet

Obiectio.

trium,

triumphare. Neque (vt ipsis cachinnari in more est) minores istos Deos multum formidabunt, modo Deum Opt. Max. habeant fautorem. Quasi verò credibile sit istos Stygiæ veneris ministros, istos in fœdis libidinibus volutantes Sardanapalos Bezas & Caluinos, altius in diuina mysteria penetrare, quàm optimos, optismisque consilarijs instructos Imperatores, quàm Episcoporum copiosos & diuinos cœtus, quàm Catholicæ Ecclesiæ summos præsides, quibus Christus ipse perpetuâ Spiritus sancti præsentiam & aspirationem in omnibus cõtrouersijs & difficultatibus certo promisit. Sed quoniam ab hæretico modestiam & humilitatem requirere, perinde est ac si è pumice expectes aquam, cùm hoc ipsum vt maiores suos superbè despiciant, hæreticis quatenus hæretici sunt innatum sit & insitum, non aliter quàm rebus terrestribus grauitas, aërëis leuitas: omniumque hæreticorũ, nostra præsertim tempestate hic communis morbus est, vt repudiatis patribus solas scripturas quarum sunt imperitissimi glorioſè venditent, paucis hæc Pontificum, Episcoporum, & Imperatorum iudicia probemus cum diuina auctoritate vel maximè congruere. Recolligamus ergo, quibus nominibus Spiritus S. Christianos & Ecclesiam Christianorum describit, & tum consideremus, quales idem Spiritus S. hæreticos cuiuscumque generis depingat, atque ita deinceps æstimemus quam probè hæretici Christianis principes imponantur. Christus ipse Ecclesiæ suæ author & fundator, eam vocat *regnum suum, regnum Dei, regnum cœlorum, ciuitatem supra montem positam, agrum in quo ipse bonum semen seminauit, thesaurũ pretiosum, plantationem patris cœlestis, vineam Domini, cœtũ suarum ouium*: & Christianos, *filios Dei, natos ex Deo, filios lucis.* Apostoli qui Ecclesiæ extruendæ operi per Christũ

Ioan. 14. & 16. Matth. 28

Responſ.

Ecclesia Catholica & Catholici quibus nominibus in scriptura appellentur.

Matt. 4. v. 17. Matt. 13 31. 32. Ibid. 3. 2. Ibid. 5. 14. Ibid. ca. 13 14. 34. Ibid ca. 15 13.

Ibid.c. 20. 41. cœpto succeſſerunt, eamque per oēs mūdi regiones
Ioan. 10. 1 propagarunt, vocāt eam *gregē Chriſti, multitudinē*
2.3. *dentium, domū ſpiritualē, ſacerdotiū regale & ſanctū ge*
Ioan. 1. 12 *ſanctā, populū acquiſitionis, populū Dei qui ex tenebris*
13. *mirabile lumen vocatus eſt, tēplū Dei & ſpiritus ſanctus*
Luc. 16, 2. *taculū Dei, Domū Dei, Eccleſiā Dei viuentis, columnā &*
2. *mamentū veritatis, corpus Chriſti, cæleſtē Ieruſalē,*
Ioā. 12. 37 *ſanctā, ciuitatē Dei viuentis, vxorē agni, ſpōſam Chriſti*
Act. 20. *ginem caſtā.* Idem quoque Apoſtoli Chriſtianos
28. *pellant filios Dei & lucis, filios promiſſionis & libere,*
Act. 4. 32 *ex Deo, ſanctos, à Deo ſanctificatos, reges et ſacerdotes*
& 5. 14. *fideles, hæredes Dei, & cohæredes Chriſti.* Talis fidelium
1. Petri 2. 5. 9. ctedentium, & filiorū Dei Eccleſia, à Chriſto
1 Cor. 3. 16 petram firmiſſimā ædificata, ad quā euertendā
2. Cor. 6. portæ & poteſtates inferorū, etiāſi omnibus vim
16. & 5. cōniterentur nihil tamē efficerēt, à Chriſto &
23. ſtolis in oēs terras diffuſa eſt, & per ſucceſſiones
1. Timoth. tiſſimas Epiſcoporū ad hunc vſque diem cōtinuata
3. 15. Vt autē Chriſtus ipſe in mūdo exiſtens ſuū
Ephe. 1. 23 aduerſariū Satanam, & Apoſtoli Iudæos & Simonem
& 5. 23. Magos, ſic Eccleſia habet hoſtem infideliū Synagogam,
Heb. 12. 22. gam, eorū maximè, non qui apertis armis Eccleſiæ
Apoc. 21. 9. inuadūt & fidem labefaciūt, vt Pagani, Iudæi, Turcæ;
Apoc. 19. 7. cæ; ſed qui fucato nomine Eccleſiæ & Chriſtianorum
Gal. 3. 26. ſe ipſos obtegūt, qui nomen Chriſtianorū profitentur,
Galat. 4. 28. 31. 1. tur, cùm tamen reipſa ſint hoſtes eius infeſtiſſimi.
Ioan. 3. 9. & 5. 1. Hos autem qui communi nomine *hæretici*, nomi-
Ioan. 2. 3. ab ipſis Apoſtolis impoſito vocantur, quemadmo-
Heb. 10. 10. 14. dum Chriſtus & Apoſtoli deſcribunt? *Attendite*
1. Pet. 2. 3 quit Saluator, *à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in*
Apoc. 16. & 5. 10. *ſtumentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: a*
Rom. 8. 17 *ctibus eorum cognoſcetis eos.* ſunt *alieni* & contrarij
Matt. 16. 18. Eph. 3 ris paſtoribus. ſunt *fures & latrones* qui idcirco
15. niunt *vt mactēt & perdant*, ſunt *hædi* quia libidinibus
Hæret. Eccleſiæ Chriſti hoſtes naturales. Hæretici quemadmodum deſcribuntur à ſupra modū dediti, ſunt *pſeudochriſti & pſeudoprophetæ*

qui Christianã & propheticã doctrinã simulabunt, quã tamẽ spurcissime corrũpẽt. *In agro dñi* dũ paterfamilias & coloni dormiunt *superseminant* diabolo instigante *zizania*. Apostoli aũt, vt veræ Ecclesiæ satorẽ & authorẽ prædicant Christũ, ita huius synagogæ architectũ ponunt, *draconẽ, diabolũ, & Satanã* quã sub specie *meretricis Babilonicæ* sola terrena & voluptaria cõsectantis depingunt, in qua *versari & habitare omnes dæmones & spiritus immundos* aiũt, quia nihil est eo grege turpius, nihil inquinatius, ut etiã de suis libidinib. contra aliorũ hominũ naturã gloriari non erubescat. Huius aũt meritricis asseclas appellãt *homines hæreticos, canes, bestias, antichristos, seductores, operarios dolosos, ministros diaboli, filios infidelitatis, & tenebrarũ*, quanquã se conantur *transformare in angelos lucis: inimicos crucis Christi, seruos ventris, cupientes videri legis doctores, sed non intelligentes quæ loquũtur nec de quib. affirmant, naufragos circa fidem nõ manẽtes in doctrina quã acceperũt, superbos nihil scientes, filios diaboli, vasa iræ, vasa ignominiã sibi ipsis coaceruantes doctores iuxta concupiscẽtias suas, habentes cauteriatas conscientias, aberrantes a fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorũ, homines seipsos amãtes, cupidos, elatos, superbos, blasphemos, parentibus non obedientes, ingratos, scelestos, sine pace, incõtinentes proditores, tumidos, voluptatum amatores potius quàm Dei, habentes spectẽ pietatis sed virtutẽ eius abnegãtes, corruptos mente, reprobos circa fidẽ, proficiẽtes in peius errantes & in errorẽ mittentes factis negantes Deũ, infideles & inquinatos & abominabiles & ad omne opus bonũ reprobos, quibus nihil est mundũ, velut irrationabilia pecora ad corruptionẽ tendentes, post carnem in concupiscentia immũditiæ ambulantes, oculos habentes plenos adulterij dominationis & iusti principatus cõtẽptores, muta animalia, arbores infructosas, bis mortuas, eradicatas, fluctus feri maris despumãtes suas cõfusiones, sydera errãtia quib. procella tenebrarum*

Christo & Apostolis. Tit. 3. 10. 15. Mat. 7. Ioan. 10. 1 5. 10. Mat. 24. 25. Mar. 13. 22. Mat. 13. 25. Apoc. c. 12 & 13. Apoc. c. 17 3. & 18. 2 & 13. Tit. 1. 36. Phil. 3. 2. 2. Pet. 2. 21. Tit. 1. 12. 1. Ioan 2. 22. & 4. 3 2. Ioan. 7. 2. Cor. 11. 13. 15. Ephes. 2. 2. 1. Ioan. 2. 5. 9. Phil. 3. 18 19. 1. Tim. 1. 7. 19. 2. Ioan 9. 1. Tim. 6. 4 Act. 13. 10. Rom. 9. 22 1. Tim. 4. 1. 2. 2. Pet. 3. 31. 2. Tim. 3. 1. 28. 2. Timoth. 3. 13. Tit. 1. 16. 2. Petr. 2. 12. 10. 14. Iudæ 10. 11. 12.

2.2.10.14 Iudas 16. 21.22. neris nominibus & notis Apostoli describit nos hæreticos quæ etiamsi in omnes omnium ætatum hæreticos aptè conueniant, tamen in nostrę tem- statis Lutheranos & Zuinglianos, sed potissim Caluinistas tam exactè & ad amussim quadrant, eorum propriè hypotyposim, & imaginē quand artificiosè & ad viuum suis coloribus expressam præsentare videantur, vt facile patebit siquis ha-

Cap. 4. 5. & 6. Apostolicam descriptionem cùm eorum Apostas fide & operibus, quæ suprà suis locis percursa su comparare voluerit. Et quæ est vna ferè vocula his vniuersis quæ non ostendat absurdissimum e ut reipub. Christianæ, rex hæreticus imponat

Euangeliū Christi clarissimè excludit Nauarræū à regno Galliæ. Vultis in regno Galliæ Christianissimo regem p clamare Nauarræū Caluinistā? eadē ergo opera h minibus imperare iubetis *canem*, ratione præd

Philip. 3. 2. Pet. 2. Iudæ in Epist. Ioan. 10. Psal. 79. 14. *bestiam, pecudem rationis expertem*, templum Dei uentis prostituitis *Satanæ*, in domum Dei induc *latronem*, qui eam spoliet, & *furem* qui domesti eius mactet, in vineam domini immittis trucul tum *aprum*, qui eam vastet & depascatur. Neq; v blateret quis hæc esse opprobria & cōtra princip contumelias. Nihil enim aliud nec alio mod quor quàm loquitur Petrus, quàm loquitur Paul quàm loquitur ipse Saluator noster Christus fel & Spiritus Sanctus. Rursus vrgeo, vultis Chri nissimam Galliæ rempub. principi Caluiniano gendam committere? Ergo cōmittere vultis cas simam Christi sponsam, immaculatam virgin

» turpi prostibulo, infami meretrici Babylonicæ, » lios Dei & lucis ministro diaboli, vasi iræ, filio » brarum; fideles infideli, religiosos blasphemo, ou » lupo, Christum Antichristo, hæredes Dei & cohæ » des Christi, homini habenti cauteriatam conscien » tiam, reprobo circa fidē, inquinato & abominabili

qui

qui nunc viuens ad inferos damnatus est, *cui procella tenebrarum* cum Satana patre eius *in æternum reseruata est.* Nunquid clariorem Dei vocem hoc interdicētis audire cupitis? At quid clarius, quid vocalius sonare potest, quàm hoc quod adeò spissè & dēsè in omnibus ferè Euangelij & epistolarum Apostolicarum paginis reperitur, quod ex ipsa hæresis turpitudine, & Ecclesiæ Catholicæ specie atque splendore, ex illius natura viperina huius sanitatem vbi potentior est sine dubio perimente colligitur: vbi hæc duo vt prorsus contraria, tanquam album & nigrum, tanquam ignis & aqua, vita & mors, regnum Christi & imperium diaboli, oppositis quasi frontibus mutuò in se incurrentia diffiniuntur, vt alterum necessariò semper de alterius pernicie & interitu, ipso naturæ suæ impetu & inclinatione laboret. Quare si in clarissimo spiritus sancti iudicio acquiescere vultis, audite & parete eius Apostolo *denuntianti* vobis *in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis* 2.Thessa.3 v. 6. vos ab omni fratre qui se Christianum vocat *ambulante inordinatè & non secundum traditionem quam Ecclesiæ acceperunt ab Apostolis.* Audite eundem Apostolum acerrimè increpantem Corinthios quòd *iudicio contendere vellent apud infideles*; vos autē hæreticum Re- 1.Cor.6.1. gem creādo, infidelem eumque Pagano longè infideliorē omnium causarū & controuersiarū vestrarum supremum iudicem constituitis. Audite rursus eundem Apostolum hunc peruersissimum errorem (si tamen quis adeò à communi sensu derelictus sit, vt Caluinistā sibi Catholico regem cooptare velit) cum admiratione & stupore refellentem cúm præcipit, *nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas lucis ad* 2.Cor.6. 14. *tenebras? Aut quæ conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli* Christiano *cum infideli* hæretico? *Aut quis consensus*

Apoc. 18. 2. *consensus templo Dei cum idolis ? vos autem* Christiani *templum estis Dei viui, sicut dicit Deus*. hæreticus autem
Mat. 12. 45. eodem Deo attestante est *habitaculũ dæmoniorum*, qui
Supra fol. 180. septuplo plures & nequiores spiritus incolũt quam
Mat. 18. 17. vllum Paganum. Recordamini saluatoris iubentis suos, vt ab eo qui Ecclesiæ obedire recusat abhorreant tanquam à *Publicano & Ethnico*.

Religio Iudæorum si quis omnes eius partes ceremonias & sacramenta intueatur, longè multumque ab excellentia Christianæ religionis aberat. Et
Heb. 9. 10. enim versabatur in quibusdã *cibis & potibus, & variis*
Ibi. & 10. 1 *baptismatibus, & iustitijs carnis adusq; tempus correctionis*
tempus videlicet noui testamenti *impositis*. *Vmbram* nimirum *habebat lex futurorũ bonorum, non ipsam imaginem rerum*, vt Euangelium. Purgabat exterius cor-
2. Cor. 3. 6. 7. nem, non purificabat interius conscientiam, erat *litera*, non *spiritus, scripta in lapidibus*, non *in cordibus, erat ministerium mortis & damnationis*, non *iustitiæ & salutis*, vt fusè declarat Apostolus. Quia tamẽ diuinitus
Gal. 3. 24 populum illum seruilem in pædagogia quadã continendum institituta fuerat, quàm enucleatè cauetur ne rex eam vlla ex parte infringeret, & ne vllus ad quando rex admitteretur qui ab eadem religione
Deut. 17. 15. esset alienus ? *Quum* (inquit Deus ad populum suum) *regem tibi constituere voles, eum constitues quem dominus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius*
Test. vetus excludit Nauarr. à regno Christianorum. *gentis hominem facere regem qui non sit frater tuus*, ejusdem & cognationis & religionis. Quum porro solium regale ascenderit, num fas ei erit de legis cæremoniis pro suo arbitratu disponere ? Nihil minus, sed
Ibid. diserte adiungitur, *vt postquam sederit in solio regni sui, describat sibi Deutronomium legis huius, accipiens exemplar à sacerdotibus leuitice tribus, quod habebit secum, legetque omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere dominum Deum suum, & custodire verba et cæremonias eius quæ in lege præcepta*

cepta sunt. Non declinet in partem dexteram vel sinistram. Quinimo paulò prius in eodem capire decernitur omnes de lege quæstiones controuersas ad sacerdotum Leuiticorum tribunal esse perferendas, eorumque sententiæ standum, nec ab ea deflectendum. *Quòd si quis superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel*, inquit lex, à qua nec ipse rex excipiebatur, Cuius legis summa, teste Iosepho optimo Iudæi moris & gubernationis interprete, eò generaliter spectabat, *vt rex plus legibus & Deo quam suæ sapientiæ tribueret, nihilque præter Pontificis & Senatu sententiam faceret.* Et quis eum Christianum, & non potius Antichristianum & planè Epicuræum existimabit, qui non saltem parem de sua Christiana fide conseruãda solicitudinem habebit? Iudæi neminem nisi Iudæum & Iudaicæ religionis hominem regem sibi poterant adoptare. Et Catholici hæreticum, Christiani Caluinistam sibi volunt regem assumere? Ille rex non poterat leues & carnales quasdam cæremonias transgredi, sed eas omnes exactè debebat seruare, vt *nec ad dexteram*, *nec ad sinistram* vel latum vnguem deflecteret. Et nobis is rex erit, qui ex diuinis & cœlestibus Ecclesiæ Catholicæ sacramentis quinque & verbo & resustulit, duo tantum reliquisse se simulat, quorum tamen vim & efficientiam ipsamque adeò naturam penitus euertit, vt inanissimis & antiquatis iam Iudæorum cæremonijs nihilo sint meliora? in reliquis autem doctrinæ Christianæ articulis, in libro arbitrio, prædestinatione, extremo iudicio, præmio meritorum, supplicio scelerum & cœlo, inferno, CHRISTO redemptore, pro veritate orthodoxa, monstra quædam blasphemiarum per suos Geneuenses inuexit, & Mahometis instar gladio ferroque per Galliam semi-

Ibid.

Ioseph. li. 4 Antiquit. cap. 8.

Supra fol. 316. 317.

seminauit? Ille nihil facere poterat præter Pontifi*senatusque Leuitici sententiã*, iste nihil fecit, nec fac rus est, neque verò ex impietate hæresis suæ fac potest, nisi contra Pontificis, & senatus Christ iudicium. & à prima sua infantia, quidquid in & pace gessit, cõtra Pontificẽ eiusque Senatũ C stianũ, cõtra leges veterũ regũ, cõtra Cõcilia g ralia, cõtra fidẽ, sententiàmque totius orbis Christ omnibus etatibus illud gessit vniuersum. Quar solùm ius ciuile & imperatoriũ, nec ius Eccles cum & Pontificium, sed etiam ius Diuinum, ip dico Testamentum vetus nouumque manifes reticum Caluinistam, quocunque titulo subrep ab adipiscendo inter Christianos regali diadem repellit, omnèmque ei spem radicitus præscind aliquando ad eam celsitatem aspiret.

8. 8 Et hæc quidem satis superque fortia arbitr neruosa, tum ad conuincendum hæreticum, tum instruendum Catholicum, quid hic omni modo tare, & quid ille nullo modo attendere debet, se dem simpliciter & sincera conscientia vterq Dei in sacris literis patefactam voluntatem se formare vellet. Quoniam autem aliquis scrupu vel obijcere vel suspicari possit, ijs quæ modò c sunt scripturarum locis, regum diademata non obnoxia, neque ijs adeò clarè determinari, qu in hac sublimi controuersia sequendum: quo item Caluinianum & hæreticũ est literis sacris uatos sensus affingere, & ex quibuslibet quid que libet elicere, vt in innumeris istis nostræ pestatis sectis perspicimus, idcirco breuiter ost dam hanc esse Catholicam harum scripturarum relligentiam, & in vno primitiuæ Ecclesiæ epis po, sed plurimorũ causam agente & à plurimis a probato, communẽ illius Ecclesiæ & Græcæ & L

Consensus patrũ primitiuæ Ecclesiæ per scripturas repellit Nauarr. à regno inter Christianos

sine fidem Christiano lectori proponam. In grauissima illa Arianorum sub Constantio persecutione. Lucifer Sardiniæ Metropolitanus qui aliquando à Liberio Pontifice Romano ad eum Imperatorem legatus fuerat missus, *vir miræ constantiæ, & animi præparati ad martyrium* teste D. Hieronymo, *episcopus bonus & vir religiosus clarissimæ confessionis*, iuxta D. Athanasium & Hilarium, ad eundem imperatorem de rebus communibus scribens, illum Deuteromij locum explicans de occidendo homine qui sacerdotis imperio se præberet refractarium; & altero item qui præscribit *Regem non alienigenam sed fratrem eligendum*, sic Imperatorem Constantium affatur. *Præceptum est tibi Imperator hoc loco Deuteronomij non solùm dominari Episcopis, sed & ita obedire eorum statutis, vt si subuertere eorum decreta tentaueris, morte mori iussus sis. Et quomodo dicere poteris iudicare te posse de Episcopis, quibus nisi obedieris iam quantum apud Deum, mortis pœna fueris mulctatus?* De altero autem loco, *præcipit* (inquit) *Deus alienigenam non fieri principem, ne scilicet ad suam sectam trahat alios, ne reuocet in Aegyptum, hoc est ad idolorum cultum: quasi dicat, quis es tu Constanti, qui tibi vsurpasti hanc authoritatem, quam tibi Deus non tradidit, & si tradidisset, primo in loco Christianum te esse oportuerat, quia scelus est alienigenam seruos Dei iudicare, inimicos religionis domesticos Dei,* Idem explicans præceptum Christi de admonitione fraterna quæ peccantem fratrem vult coram duobus aut tribus testibus argui, & deinde nisi se correxerit apud Ecclesiã accusari, *Tu* (inquit) *Constanti, dicis Athanasium deliquisse, sed ecce inueniri non potest in quo deliquerit, siquidem neque tu, neque consacrilegi tui, filij meretricis, hæresis Arianæ, potestis testes admitti contra Catholicum Episcopum. Dominus enim loquebatur de tribus Catholicis testibus, vt illis crederet beata Ecclesia, non*

Hieron. in Catholog. Hilar. in lib. contrà Constantiũ Augusst. Athanas. in epistol. ad solitariã vitã agentes.

Deuter. 17 Lucifer lib. 1. pro S. Athanasio.

Lex dei iubet regem hæreticum interfici.

Ibid.

Hæreticus non potest esse rex Christianorum. Math. 18.

Ibid. lib. 2. pro S. Athanasio. Rex hæreticus non potest esse testis contra Episcopum Catholicum.

vobis prophanis ex adulterio de meretrice natis. Etenim si ita acceperimus domini præceptum, poterunt & [illegible] & omnium idolorum cultores admitti testes contra domesticos; poterunt & comblasphemi tui a Deo [illegible] sine lumine, vt tu es, Iudæi. Si enim vos hæretici & [illegible] omnium sectarum admittendi estis testes contra Christianos, debent & Ethnici & Iudæi. Execramur enim [illegible] sim vestram Arianorum sicut & omnium [illegible] hæreticorum, & tales vos iudicamus quales & Ethnicos cultores videlicet omnium dæmonum, & sic abominamus quomodo & Iudæos qui inueniuntur esse sine Deo, qui negauerunt vnicum filium Dei. Ita nec Imperatoris gis quàm vulgarem quempiam hæreticum [illegible] Catholicum Episcopum iuxta literas sacras [illegible] admitti posse rectè disputat, & eundem hæreticum etiamsi totius mundi Imperator fuerit, & regnauarræo quoad ditionis amplitudinem multo amplius augustior, à quouis tamen idololatra quouis Ethnico & Iudæo in causa religionis quidquam discriminat. Quam sententiam [illegible] Imperatores postea approbarunt, & tanquã ratam in suas leges ciuiles retulerunt, in quibus ne distinctione personarum in testimonio [illegible] Catholicum dicendo, hæreticum siue summum infimum Iudæo æquant, & contra Catholicos [illegible] se litigantes, *siue vtraque pars orthodoxa sit siue nemini hæretico vel Iudæo* testimonium dicere [illegible] dunt. Omnem autem ciuilem communionem commercium cum hæreticis etiam regibus Dei interdictum esse Chtistianis, densa scriptorum phalange & ex veteri & ex nouo testamento ad hunc modum idem Episcopus probat. Ex [illegible] ii: *Legisti* (inquit) *ô Imperator Deum dixisse ad Moysen & Aaron, secedite è medio populi huius indisciplinati & Num. 16. tumacis, & disperdam eos. Quid igitur nos vult facere*

Idem lib. de non conuenendo cum hæreticis.

Cod. lib. 1. tit. 5. ca. Quoniam.

Lex Dei prohibet omne commercii cũ rege hæretico.

vt vos fugiamus, ne simul vobiscum pereamus, sicut illi qui Lucif. lib. de non conueniendo cum hæreticis.
rum Core Dathan & Abiron fuerant coadunati, perierunt.
Rursus: *In Deuteronomio dicit Moyses, Cum gentibus Ca-*
naanæorum non imbis fœdus, nec misereberis earũ, neque so-
ciabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eius, nec
filiam illius accipes filio tuo, quia seducet filiũ tuũ ne sequa-
tur me, sed vt magis seruiat diis alienis, trascenturque furor
Domini, & delebit te citò. Cum hæc mandet fieri, quomo-
do possumus vobiscum conuenire, vobiscum pacem habere?
Rursus, *Cùm videas Deum dixisse per Moysem de Moabi-*
tis & Ammonitis, Non salutabis eos pacifice omnibus die-
bus vitæ tuæ vsque in æternũ, quomodo simul esse Ariani & Deuter. 7.
Christiani potueramus? cumque audias Moysem omni loco
comonere, vt omnis adulter interficiatur; & tolletis, inquit,
malũ à vobismetipsis; si carnale adulterium ita execratur Ibid.
Deus, vt iusserit omnes morte puniri adulteros, quãto magis
vestrum spirituale adulteriũ execratur! Et denique, ex eo
quod sæpenumero in veteri testamento reges Iudæ
cum regibus Samaritanis, populus ille fidelis cũ his Deut. 23.
schismaticis & idololatris quoad externæ vitæ offi-
cia communicare prohibetur, vnde & Propheta
Dei à rege Samariæ hospitaliter inuitatus, vt *cum*
eo prandaret recusauit, quam hospitalitatem postea 3. Reg. 13. 8.
ab alio propheta Samaritano fraudulèter oblatam
quoniam admisit, à leone interfectus est; & Ibi. v. 24.
Iosaphat rex Iudæ, quod cum Achabo rege Sama- 2. Par. 19.
riæ in bellum contra Syros profectus fuerat, seue-
re à propheta reprehenditur, quẽ morem (vt nimi-
rũ Iudæi à mutuis officiis populo Samaritano præ-
stan dis abstinerent) videmus diligẽter vsque ad Sal- Ioan. 4. 9.
uatoris tempora obseruatum ex hoc doctissimus
iste vir concludit, multò magis in Testamento no-
uo prohiberi Christianos ne cum hæreticis qui-
buscunque, vel regibus vel Imperatoribus quoad
domesticam vel ciuilem agendi consuetudinem

2. Paral. 20. 36. 37

communicent. Cui conclusioni (ne plura in m
dium adferam) hoc vnicum exemplũ sufficiat. I
saphat rex Hebræorum *cum Ochozia Rege Israel m*
amicitias, & particeps fuit vt faceret naues quæ s
maritimum quoddã iter aggrederentur. Prophet
autem Eliezer ad Ioſaphat, dicens, quia habuiſti fœdus
Ochozia, percuſſit dominus opera tua, contritaque
naues, nec poterunt ire ad Tharſis. Ex quibus sic infer

Lucifer de non conuenie. ndo cum hæreticis. pag. 179.

piscopus iſte: *Si regi Ioſaphat illa dicuntur à domino, q*
ad fabricam nauium ſocium habuiſſet vię impium rege
quid nobis dici poſſet ſi te (Conſtanti, vel potius Nau
ræe) *deſtructorem domus Dei, te Catholicæ fidei perſequ*

O si episcopi Galliæ ut huius ef. sent fidei.

rem, amicum, Dei ſacerdotes haberemus! Si illius opera p
cuſſit Deus, quòd iniquo fuiſſet iunctus, nos verò iam
mine fuiſſemus credo diſſipati, ſi tibi blaſphemo no
iunxiſſemus. Nam quomodo potueramus nos ſerui Dei
vobis ſeruis diaboli vnum conuenire, quando ſic inter n
vos ſeparatum eſſe voluerit Deus, quomodo inter lumen
tenebras, inter vitam & mortem, inter dulce & a
rum, quomodo inter ſanctos Angelos Dei ſemper cl
tiam eius magnificantes, & inter illos Apoteſtatas, q
æternũ tecũ viſurus es torqueri niſi temet ab eis erip
Quomodo (inquam) nos vobiſcum eſſe potueramus Dei
ui cum ſeruis ànticriſti; quando Amaſiæ regi Iud

2. Paral. 25. v. 7.

ctum eſt à Deo, non ibit tecum exercitus Iſrael. Non
dominus eſt cum Iſrael & cunctis filijs Ephraim. Qui
ce territus bonus rex, & ſi multa pecuniæ vi eſſ
centum millia ſchiſmaticorum illorũ in auxil
ſuum conduxerat, qua de cauſa tantum ſuppler
tum iam paratũ, ſibi detrahi ægrè moleſtèque f
bat, audiens tamen prophetam denuntiante, h
dominus vnde tibi dare poſsit multa his plura, ac ſi dice
Melius eſt pecuniã tuã perire & demergi in altiſſ
mari quàm ſchiſmaticorũ opera vti, illos omnes
dimiſit, nec de repetẽda pecunia verbulũ vnũ fe

Ex nouo autem testamento non minus densè & seriò contra hanc nefariã communicationẽ dimicat. E Petro monente Christianos, vt se *eriperent a generatione praua Iudæorum. Quid igitur* (inquit) *oportuerat nos facere, nisi secundum B. Petri præceptum, recederemus à vobis sacrilegis qui cum Iudæis negatis vnicum Dei filium.* Ex Paulo tradente Satanæ incestuosum Corinthium, & reprehendente Corinthios quòd illum à sua communione non segregassent, *Si*, inquit *Apostolus illum hominem iussit tolli è medio, ne videlicet per illius societatem omnis corrumperetur Ecclesia, quantò magis dignum erat vt vos fugeremus blasphemos! Si ille Satanæ traditus est, quantò magis vos iam Satanæ traditos esse scire debetis?* Ex Ioanne iubente vt *hæreticum nec in domum nostram recipiamus nec Aue ei dicamus*, infert *quomodo fieri poterat, vt nos tecum atque cum tuis essemus milites Dei cum militibus Antichristi, cùm nec salutari vos permiserit spiritus sanctus, ex quo quàm sis Deo odibilis cognosce (Imperator) quando nec Aue tibi dicere simus permissi.* Denique & ex hoc & alijs cõcludit obstupendam esse Constantij impudentiã, quòd in populum Dei ausus fuerit imperiũ sibi atrogare. *Cum*, inquit, *Antichristum susceperis pro Christo, qua fronte nisi adulteræ dominari voluisti populo Dei, subijcere Ecclesiam Dei, tuo regno; quæ illius tantum diuinam maiestatem metuit tuo futili imperio?* Alibique eòdem applicans historiam Oziæ, violentis manibus à templo per sacerdotes exturbati, quód *adolere volebat incensum super altare thimiamatis*, & qui propterea plaga lepræ à domino percussus est, ex eo contra Constantium ita concludit: *non aliter quam Ozias, & tu Constanti morbidus es, pestifer es, Arianus es, lepra est in te, ideoque vrgemus te secedere à populo Dei sicut illi sacerdotes domini de templo Oziam compulerunt egredi. Si enim Dei sacerdotes Oziam pellebant ex aula Dei quia meminissent diuino præ-*

Actor. 2. Lucif. ibi sup. Apostoli prohibent omne commercium cũ rege hæretico.

1. Cor. 5.

Ioa. epist. 2 Rex hæreticus nec salutandus a Christiano.

Iecus lib. 1 pro S. Athanasio.

2. Paral. 26. 16.

Idem lib. de non parcendo in Deum delinquẽti.

cepto leprosos ne templum ingrederentur prohibitos, quam magis dignè nos te pellimus ex Ecclesia Christi, de domo domini, quia non est licitum hæreticũ conuenire cum Catholico insanum cum sanis, plenum immundis spiritibus, cum quibus inhabitat spiritus Dei. Plurima huius generis Episcopus ille ex Euangelijs & Actibus Apostolorum, ex Epistolis Pauli Petrique & aliorum Apostolorum ad hunc eundem finem accumulat, quæ mihi non videtur necessarium singulatim perlegere, quando hæc pauca abundè docent quis sit iuxta primitiuæ Ecclesiæ sententiam sanus scripturarũ sensus & intelligentia; eademque abundè conuincunt scripturas & veteris & noui testamenti, generaliter hæreticos eodem modo damnare, nec inter magistratus & subditos, si hæretici sint quicquam distinguere, nisi fortè in eo quod regis hæretici peccatum longè sit atrocius & horribilius, eò quòd propter regis potentiam reipub. Christianæ multò est periculosius & pernicioſius. Quod si hoc diuino spiritu instructi Episcopi hodierno die in Gallia viuerent, tales scripturarum sacrarum interpretes existerent an de rege Nauarræo nouis inter Christianos honoribus amplificando, vlla fieri potuisset quæstio? illi disputarent nouum diadema fabricandum eius capiti ornando, cui præscindendo secutum Deuter. 7. v. 12. Dei constitutam fuisse nihil debebant ambigere. Num illi consultarent de præcandi illi fœlicem tam de acclamando Viuat rex, quẽ nec salutare sunt, nec in domũ suam priuatã recipere, nec cum eius vel manducandi tantùm gratia ingredi? Num illi de eo quũ nõ sit rex ad regnũ extollendo deliberarent, quem certò scire debebant etiamsi rex esset tamẽ propter hæresim à regni fastigio esse deturbandũ? Breuiter nũ illi si de fide sua Christiana, de sacrificio, de sacramẽtis, de ecclesia, de hæreditate Christi de

de salute animarum de diuinissimis Christianorum mysterijs tam augustè existimarent, quàm rerum ipsarũ dignitas & admirabilitas requirit, vnquam in controuersiam vocari paterentur, vtrum *alienigena, Ammonites, Moabites, Iudæus, Ethnicus, blasphemus, apostata, seruus Antichristi, cultor dæmonum* quinimo non homo, sed ex homine factus *bellua, serpens, scorpius, canis* (hæc enim omnia ex sacris literis petita, & in hæreticos dicta, Constantio licet Imperatori, tamen hæretico, episcopus iste attribuit) ad populum Catholicum Christianum regendum possit coaptari?

Rex hæreticus qualis iudicio Ecclesiæ primitiuæ.

Nam si quis adeò simplex vel potius stupidus sit vt hæc probra & contumelias esse dicat episcopi grauitati indecoras, is quantopere fallitur & quãto in errore versatur, perspicuè suo loco explicabitur. Interim Christianos optimos primitiuæ Ecclesiæ, has non contumelias sed orthodoxas veritates credidisse, vel hoc vnico testimonio manifestè liquet. Cùm percrebescens vbique de his libris ad Constantium Augustum missis fama, ad magnum Athanasiũ & Confessores multos vnà cum eo propter veritatem Catholicã in exilium pulsos matureperuenisset, ijque illorum exemplar à Lucifero orantes obtinuissent, & perstudiosè perlegissent: concordi sententia fassi sunt se in eis perspexisse *imaginem Apostolicam, fiduciam propheticam, doctrinam veræ fidei, triumphos æduersus hæresim Arianam, traditionem integram patrum, regulam rectam Ecclesiastici ordinis, vt omnes eum verum templum saluatoris in eo habitantis, & hæc per eum loquẽtis, omnes enim illis temporibus alterum Heliam existimauerunt:* ipse Athanasius eum alloquens, *Crede, inquit, mihi Lucifer, non tu solus hæc loquutus es, sed Spiritus S. in te. A quo enim nisi à Spiritu Sãcto est hæc memoria scripturarũ, sensus & intellectus earũdem*

Vide ca. 8. in princip.

Luciferi scripta cõtra Cõstantium probata a patribus eius ætatis.

Athanasius in epist.

Ibidem.

dem integer, tanta hortamenta in viam cœlestem, [illegible] contra diabolum, & probationes aduersus hæreticos. [illegible] quiter ergo miseri homunciones, & vel ex imp[illegible]tia vel ex improbitate errant, quicunque hanc [illegible]ledicentiam vocant, quam sanctissimi Confes[illegible] & inter eos magnus ille Athanasius, vt *fiduciam [illegible]phæticam*, & libertatem Eliæ suspiciunt, & in quo[illegible]ro hæc proferente ipsum *Christum Spiritumque [illegible]ctum loqui* asserunt, & in cuius libris dum hoc m[illegible] contra Imperatorem hæreticum fulminat, *mu[illegible]scripturarũ sensum atque intelligentium* fatetur eluc[illegible]

9. 9 Quare cum ea sit quam diximus & hæretico[illegible] generaliter vilitas, atque impietas, & eorum n[illegible] natim hæreticorum qui hodie Gallicano r[illegible] imminent immanitas, & ad illud capessendum [illegible] dignitas; maturè expendant Galliæ principes C[illegible] stiani, considerent ciuitates, animaduertat G[illegible] rum multitudo vniuersa, quã inexpiabile scelu[illegible] cipiunt & contra posteritatem suam, & contra [illegible] pud. Ecclesiamque Gallicanam, & contra fini[illegible] nationes, & contra Christianos omnes, Eccle[illegible] que Christianam toto orbe diffusam, & cõtra C[illegible] stum Deum fidèmque & redemptionem eius [illegible] guine nobis partam, si nõ dicam eligant. sed v[illegible] tiantur sibi præfici Caluinistam: imò nisi & c[illegible]

Nauarrus nulla cõditione admittendus rex. An. 1574

lio & auxilio suo, & prensandis amicis, & soli[illegible] dis vicinis principibus, & ipso capitis vitæque [illegible] riculo ad eum expellendum collaborent. N[illegible] enim tam libera est in vtranque partẽ electio, [illegible] erat ante paucos annos in Poloniæ regno, vbi [illegible] Ernestum Austriacum, siue Stephanũ Batho[illegible] siue nobilem aliquem Polonum eligere debe[illegible] difficilis fortasse poterat esse deliberandi materi[illegible] consultatio tantum erat vter regno illi gerendo [illegible] aptiss[illegible]

aptissimus, cùm omnes essent commodi & idonei. Nam hic nihil eiusmodi est, quin enim iste hæreticus cum sit, & regno & religioni futurus sit perniciosissimus, nulla est quæstio. Quin nobilitati Catholicæ & viris optimis mortem inferet, quos iam pridem vt hostes suos & Gallicanæ rebelles Coronæ damnauit, nihilo maior esse potest dubitatio. Quæ autem prædatio & populatio præcipuis Galliæ ciuitatibus impendat, non opus est coniecturis assequi, cùm ipse & per se, & per suos, minacibus inuectiuis ad omnium cognitionem missis sit contestatus. Quòd verò cum tali hæreticorum imperio religionis Catholicæ interitus sit coniunctus, id est reliquorum omnium certissimum & euidentissimum. Neque quidquam valet, si (quod plærique iactant) libertas religionis ab isto cuique concedatur. Nam prætequam quòd hoc est fallacissimum, & ab omnibus hæreticis semper promissum, à nemine autem vbi Catholicis potentior euaserat obseruatũ; cũque ex eius fide pẽdeat qui fidẽ nullã habet, nullã potest securitatem Catholicis tribuere; ipsum regis exemplum & inclinatio ad destruendam religionem quantam vim habeat quis ignorat? Vt enim nullæ pro Caluinismo, nullæ contra religionem Catholicam leges condantur, quorum vtrumque cogitare stultissimum est, ipsa tamen regis aula, regis vita, studium, fauor, & exemplum ad destruendam religionem incredibilis est momenti. Ita vbique in omnibus regnis, & fortassis in Gallicano plusquam in alio quouis, verum reperetur illud,

Libertas religionis à Nauar. concedenda erit Galliæ pernicioſiſſima. Vide poſt cap. 11.

Exemplum regis quãta ſit momẽti.

Totus componitur orbis
Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent quàm vita regentis.
Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus.

Claudian. de inſtitut. Principu.

Et veriſſimè D. Gregorius Nazianzenus contra

Iulianum Apostatam, non tam scriptis legibus, quàm voluntatis inclinatione Christianos oppr-

Nazianz. oratio. 1. in Iulianum.

mentem, *Quid*, inquit, *interest, vtrum per-* *Christianis edicas atque promulges, an præ te feras te Christianorum persequutoribus delectari? Velle etenim Imperatoris, lex est non scripta, imperij & potentiæ patrocinio* *nixa; & quidem scriptis legibus, quæ potentia non fulcitur, longè firmior atque valentior.* Ita etiamsi publicæ quædam leges videantur Catholicis fauere, ea tamen *velle regis*, voluntas regis Caluinistæ Catholicis fauere non possit, illæ leges scriptæ nihilo magis Catholicis proderunt quàm pictus in pariete ignis homini frigescenti. Hæc autem regis voluntas *legibus scriptis longè firmior atque valentior*, & quæ legibus vitam atque animam præbet, & sine qua leges scriptæ magis ad speculationē quàm ad præsens valent, decipiunt pueros & fatuos, non satisfaciunt viris & prudentibus; hæc volūtas legibus illis scriptis à regis voluntate dissentaneis omnem vim atque efficaciam prorsus adimet.

Qualis libertas religionum in Gallia est expectanda.

Et qualem libertatem tribuet rex Caluinistis? Vt omnes liberè quàm velint hæresim sequantur, an vt soli Caluinistæ supressis Lutheranis, Vbiquetarijs, Brentianis, Melanchthonistis, Trinitariis & similibus Euangelicis fratribus, suam solā in Gallia perfidiam spargant? Si primum, quæ hæresum sentina, qualis cloaca futura est Gallia, vbi omnes hæreses, omnes à mundo condito hæretici, Athei, Epicuræi, Diaboli liberè possint grassari! Si secundum, quanto miserius cum Gallis agetur, vbi hæreticorum generibus minus scelestis exclusis, quædam sectæ alijs infinitè detestabiliores suæ triumphabunt! vbi molles Adiaphoristæ, moderati Melanchthonici, multæ Germanorum sectæ, quæ tria vel quatuor sacramenta prædicant,

realem

realem in Eucharistia præsentiam credunt, operum ad salutem necessitatem vrgent, Christum verè meritòque redemptorem dici, eiusque passionis dignitatem & efficaciam probant, è Gallia exterminabuntur; soli Caluinistæ, qui nulla habent vera sacramenta, sola audacia & confidentia cœlum sibi promittunt, Christi mortem nihil profuisse asserunt, eum in cruce blasphemasse & damnatum fuisse contendunt, qui nec in Deum credunt Patrem, nec Filium nec Spiritum Sanctum, nec de iudicio futuro quidqua cogitant, & resurrectionem corporum anile putant delirium, vbi isti soli hæc sua dogmata è pulpitis commendabunt, & authoritate principis ad ea suscipienda auditores suos pertrahent. Et quemadmodum Caluinismum suum separabunt ab alijs plærisque hæresibus & hæreticis, ab Anabaptistis, à Libertinis, ab Arianis, à Tritheitis, & Trinitarijs, qui sunt omnes Caluini & Caluinistarum genuini filij? Quomodo à lutherana hæresi mortalitatem animorum non minus quàm corporum docente? Quomodo ab Anglicano Atheismo religionem omnem veram esse & Deo gratam tradente quàm princeps, siue vir, siue fœmina, siue puerulus, siue puellula, *supremum* semper *Ecclesiæ in spiritualibus omnibus caput* suo tempore præscripserit? Et quemadmodum principes Germaniæ qui pro libertate religionis suas sæpenumero vires cum rebellibus Hugonotis contra Gallorum regem iunxerunt, vt Lantgrauius, Palatinus, Bipontinus; quo modo qui legationes ad regem pro eadem libertate semel atque iterum miserunt, vt Dux Saxoniæ, Dux Mekelburgēsis, Vvirtēbergensis & Marchio Brandeburgēsis, isti quemadmodū ferent suas Euangelicas fides è Gallia tanquam hereticas eijci, pro quibus introducendis tantos

Vide suprà ca. 5.

Caluinismus ab alijs nefarijs sectis non potest separari.

Supra cap. 4. 9. 6.

Lutheranismus cū Caluinismo in Gallia copulandus.

Histor. Poplin. An. 1571.

tantos fecerunt ſumptus, toties ſuis Lutheranis bellium Caluiniſtarum ſupplerunt exercitus! nique conſiderent omnes ſiue Chriſtiani ſiue Caluiniſtæ, & ex Theologia, & ex hiſtorica re experientia, hæc libertas quàm infinitè ſit & r oni infeſta & reipublicæ damnoſa, de qua iſti ſ ipſorum Apoſtolum Bezam audiant ita conqu tem. *Libertatem conſcientijs permittere, ſinere vnu que ſi volet perire, merè diabolicum dogma eſt. & h eſt diabolica libertas, quæ Poloniam & Tranſyluaniam die tot peſtibus impleuit, quas nullæ alioqui ſub ſole re nes tolerarent.* Quanquam illæ peſtes quas Be gnificat, ipſius Bezæ potiſſimum opera iam d Gallia increbuerunt, idque cùm rex Chriſtian mus in illis comprimendis plurimum operę ſt que poſuerit. Et quantopere (Deus bone) incre quales vires colligent, cùm rex earum futur fautor & patronus? Qui enim Caluiniſmum mittit, vnà illis omnibus peſtibus ſeminandi confirmandis ſcholam quandam & tanquam ficinam erigit quas non magis poſſibile eſt Ca niſmo ſeiũgere, quàm calorem ab igne, aut ele ta à conpoſito corpore.

Bezam epiſtol. Theolog. 1. pa. 20. 21.

Suadere libertatem conſcientiæ eſt diaboli cũ dogma.

10. 10 Quod ſi Tranſyluania & Polonia à vob motior ſit, vt earum comparatione, ex Gallia ſu ter ad hæreſim ruente quantum malorum flu exundaturum ſit, ita facilè comprehendere poſſitis, intueamini vicinam Angliam Gallia v gè minorem ita longè infirmiorem: & ex eius gica hiſtoria rectè conſiderata quam ipſi magn parte & vidiſtis & ſenſiſtis, ad expendendum Ga hæreticæ ſtatũ futurũ aſſurgite. Cùm ante ann ferè triginta, Anglia à Catholica fide ad Zuing anam vnius fœminæ & paucorũ eius familiarit ex infimo loco in eius aulam & Concilium aſſu

ptorum nequitia, negligente populo, adulante & sufferente degeneri Nobilitate receſſiſſet; quæ deinceps Anglorum hæreticorum ſtudio Chriſtianorum ſtrages in omnibus circumcirca regionibus æditæ ſunt? In Scotia poſt expulſos Gallos, qui prouinciam illam in reginæ veræ, & veræ fidei obedientia continebant, perpetuæ rebelliones nutritæ, continuata virorum nobilium homicidia, euerſa plurima eorum caſtella, & fortiſſimæ totius regni arces, ſuſpenſi barbara immanitate Epiſcopi, atque etiam Archiepiſcopi; ipſa denique illuſtriſſima Galliæ quondam Scotiæque regina, primùm à ſubditis proditoribus in carcerem coniecta, vbi difficultate maxima intentam iugulo ſuo ſicam euaſiſſet, in Angliam à conſanguinea principe per literas euocata, illic magis proditoriè in carcerem incluſa, nec vnquam ad principis aſpectum admiſſa, tandem poſt iniuſtiſsimam crudeliſsimamque decem & nouem ferè annorum cuſtodiam iniuſtius crudeliuſque morti adiudicata, ſanguinarij carnificis ſecurim regia ceruice excepit. Tranſijt mox eadem Anglicana flamma in Galliam, & ad quorundam Nobilium hæreticorum corda adhæſit. Ex eo tempore numerent Galli quot eorum exercitus occidione occiſi ſunt, quot Nobiles Galliæ in varijs & cruentiſsimis prælijs cæſi. Et ſi recordantur primum prælium Dreuſiorum fuiſſe geſtum, tum cùm Admiralius Aurelijs ad recipiendum Anglorum ſubſidium & militare & pecuniarium in Normanniam proficiſceretur, ſi in illo & plurimis alijs bellis Anglorum vexilla ſunt explicata, ſi rex ipſe cum immenſo exercitu ad portum Gratiæ ab Anglis eripiendum, oppidum illud perdiu obſedit, ſi Anglorum naues ſæpenumero Rochellenſibus, & alijs rebellibus ciuitatibus auxilium & commeatum tulerunt, ſi Mõgomerius

An. 1559.

Scotia vaſtata ab hæreticis Anglis.

Reginæ Schotiæ barbarè mactata.

Gallia vaſtata ab hæreticis Anglis.

gomerius capite propterea deinceps mulctatus in-
ſtructam Anglorum claſſem detulit ad liberandam
Rochellam & regis Caroli exercitum ab eius ob-
dione profligandum, ſi Bipontinus Dux auro An-
glicano in Galliam contra regem Carolum euoca-
tus eſt, ſi Caſimirus regi Henrico coram & in os
nuntiare non eſt veritus ſe ab Angliæ regina con-
ductum cum exercitu in Galliam veniſſe, ſi com-
munes Galliæ hiſtorici numerare poſſunt multa
brarum millia Hugonotis ad eos confirmandos,
nouo ſupplemento veteres exercitus reſtaurand
miſſa, ſi hoc modo tres Gallorum reges in contu
is ſubditorum tumultibus laboriosè vixerunt in
nita ſuorum ſubditorum millia amiſerunt, multa
ciuitates partim à rebellibus euerſas pertulerun
partim ipſi oppugnare & euertere coacti ſunt, ſi
rarò ad iniquiſſimas & indigniſſimas conditione
pertracti ſunt, ſi omnes Galliæ calamitates & de
menta quæ iam 27. annis perpeſſa eſt ab Anglica
maximè auxilio & conſilio prouenerunt, quod o
nes hiſtorici ſcribunt, & nemo adeo rudis eſt
ignoret; hinc in paruo regno hæretico ad maxim
regnum Catholicum ſpoliandum, non aliter qua
in parua vipera ad enecandum magnum & rob
ſtum hominem, qualis ſit efficacitas exiſtimen
Flandria item quidquid annis pluſquam vig
miſeriæ pertulit, obſeſſis & euerſis vrbibus ca
& mutua clade nobilibus, immiſſis ad cõſumen
dam & exhauriendam plebem, Scotorum & Ge
manorum copioſis exercitibus, ſublato mercatu
commercio, redacta ferè in ſolitudinem prouinc
aliàs ciuibus & incolis maximè redundante; ho
totum Anglicanis hæreticis attribuendum eſt, q
rebelliones eas ſuis conſilijs inchoarunt, & inchoa
tas ſu

Flandria deſtructa ab hæreticis Anglis.

tas suis pecunijs militibusque auxerunt, & auctas ad hunc vique diem propagarunt, & totam eam regionem à rege suo alienarunt, & vt honestissimas pacis conditiones, ab eo semel atque iterum oblatas respuerent impulerunt. Et quum nihilominus invalescens eorum rex legitimus & clementissimus maiorem ditionis suæ partem recuperasset, & quæ superfuerunt vrbes, de deditione iam cogitarent, isti boni vicini ex occultis insidijs in apertum latrocinium erumpentes, nulla iniuria à rege illo lacessiti, rebellium eorum patrocinium susceperunt; & vt ex Anglia, ex Scotia, ex Gallia, vbi eorum factio potentior erat, sic è tota Flandria Catholicam religionem exterminarunt, quò eos longius à pace cum rege facienda auellerent. Neque eorum artes & pecuniæ defuerunt in turbanda germania per Apostatam Colonienſem, qui etsi Augustanam Lutheri religionem profitebatur, tamen quia Catholicæ aduersarius erat, illis loco charissimi fratris erat. Quæ enim cunque fides vigeat & succedat, modo Catholica exterminetur, illis perinde est, qui in vna eaque *exili Hollandiæ parte, viginti quatuor diuersas sectas* sub Aurangio publicè fouebant, *nec ullam penitus fidem recusabant nisi Catholicam*, quod est à clarissimis & fidelissimis viris scriptum. Vt autem in his omnibus regnis contra potentissimos reges principesque tam longa annorum serie has rebelliones, populationes, incendia, strages, vnica illi hæretica perpetuauit, ita nec in bello Africano contra Sebastianum Lusitaniæ regẽ, nec in Turcarũ Imperatore contra alios Christianos reges solicitando illius cõquieuerũt legationes & munera. Nã quẽadmodum in Anglia Catholici omnis ordinis, & nobiles & ignobiles, & viri & fœminæ, & vxores & viduæ, & pueri

An. 1577. & 1578. & 1579.

Bellum Coloniense li. 2.

Omnes sectæ probatæ in Hollandia. Au quartier de vvaterlãd.

Veritable recit des choses passées és pays bas. anno. 1578. par Don Iean.

Hæreticorũ Anglorum in anglos Catholicos immanitas.

& pueri & puellæ immanius quàm sub vlla ve
veterum persecutorum tyrannide vexatæ & e
nificatæ sunt, id multis libris iam olim æditis
positum, multorum virorum, & viduarum, &
rorum per totam Galliam, Italiam & Hispa
exultantium miseranda conditione satis est te
Sed hoc à proposito meo alienius est: quàm ver
lud exiguum regnum postquã in hæresim ruit,
nis omnibus nationibus fuerit infestum & pe
rum, hoc est quod ego inprimis vrgeo, & Chri
nis in Gallia, alijsque alibi Christianis princip
considerandum propono, & si Anglia hæretica
tum nocuit rei Christianæ, Gallia hæretica qu
maiorem eius ruinam ædet! Si Anglia in Fra
magna parte, in tota Flandria, in Scotia Chri
fidem delluit, Gallia in Europæ regnis quid tan
relinquet sanum & integrum? Magnas rebe
nes, infinitas strages, horrenda incẽdia, atrocis
contra Deum & Christum facinora suis no
gnis opibus conciuit Anglia. Quisquis ergo
ne communi præditus est, certò sibi persuadea
rebelliones, eas strages, ea incendia, ea facino
Gallia hæresim susceperit, tanto fore plura, &
diora, & tetriora, quanto Galliarum magnitu
potentia, hominúmque audacia & multitudo,
glicanæ mediocritati antecedit.

Scribit Caluinus de Henrico octauo qui
Calvin. in Osee ca. 1. Euangelismi prima iecit fundamenta in Angl
primus se fecit *supremum Ecclesiæ Anglicanæ*
quòd *præse tulerit aliquem zelum* ad tempus, sed
Crudelitas Henr. 8. Angliæ regu. *crudeliter sæuijt*, contra clerum, contra nobilita
contra populum, *contra omnes pios*, & *duplica
rannidem Romani Pontificis*: & denique quòd *fur
Idem in Amos 3 ca. 7. v. 13. *terior omnibus mancipijs Antichristi*. Scribit idem
lia, quod *fuerit vera Proserpina*, & crudelitate

uerit omnes diabolos. Si Henricus ille fuit talis erga populum & plebem sibi semper valde obsequentem, qualem putatis fore vobis (ô proceres & nobiles Gallicani) Henricum Nauarræũ contra quem tot bella gessistis, quem tot annis oppugnastis, ad quem à Corona Gallicana remouendum fœdera solennia piè quidem multi percussistis, vtinam omnes eadem pietate & constantia prosequeremini. Si ille sub prætextu Euangelicæ doctrinæ inuehendæ *tanquam portentosus aper* regnum illud vastauit, quod ipsi ministri eius & Caluinistæ asserunt, si *duplicauit tyrannidem Romani Pontificis*, cauete iterum atque iterum ne blandimenta Nauarræi vos seducant. Cauete ne pro leniſſimo iugo Papæ (si tamen iugum appellandum sit) plusquam ferræum istius secundi Henrici iugũ vestris ceruicibus imponi patiamini. Si Caluino iudice, illa fœmina fuerit *Proserpina*, Christiani sine quæstione sentient hunc virum alterum Plutonem aut Cerberum; si illa *superabat feritate omnes diabolos*, quæ amplificatio huius hæretici immanitati explicandi sufficiet? Si hæresis Caluiniana ita illos efferauit, si ita fecit humani sanguinis sitientes vt Henrici sæuitia per totam Europam omnium sermonibus iactetur, & exteri historici verissimè de illo scriptum reliquerunt, *principes viros permultos in Anglia* sub Henrico illo *supplicia ingenti cum cruciatu subijsse, magnatibus insidias vndique structas, in omnium hominum ordines varie sæuitum, vsque eò vt Londini pons non secus atque laniena principum sanguine rubesceret*, id quod de filiæ imperio contra veram religionem longè magis sanguinario multò verius dici potest; certum tenete (principes proceresque Gallicani) tanquam vngues digitosque vestros, si quando hæreticus in solio vestro regali sederit, easdem insidias esse capitibus ve-

Supra fol. 221.

Nobiles Angliæ trucidati ab Henrico 8.

Paradinus Memoriæ lib. 3. pag. 104.

vestris struenda, eadem supplicia pari cum cruc-
tu vobis subeunda, in omnium hominum Cath-
corum ordines pari modo sæuiendũ, sed impun-
nobilium sanguine forum Greuæ Parisiensis, & l-
tem-Falconium non aliter quàm lalienam aliqu-
manaturum Nam & causa huius sæuitiæ, ha-
nimirum, idque Caluiniana aliarum omnium c-
entissima altius Henrici istius, quàm illius An-
vel patris vel filiæ mentem tabefecit, & vos illi-
gè grauiores odij causas præbuistis, & iste non
nori caterua satellitum vobis inimicissimorũ
cinctus est; & quo vestra potentia maior est
Anglorum procerum, eóque regi Henrico fu-
osior, eò magis solicitè eam frangere & radic-
extinguere conabitur. Pulcherrimum est illud
losophorum axioma, *Regem potentem nisi virtu-
bundè instructus sit, facilè degenerare in tyrannum.*
itaque Gallorum potentissimus, si hæreticus
de necessariò statim redditur à virtute quau-
nissimus) cùm tot præterea odij & vindictæ
ab adulatoribus ei suggerentur, cùm flabell-
scelerum & Catholici sanguinis hirudines min-
nihil aliud quàm vestram mortem auribus
sonabunt, quum hoc Euangelicum esse, hoc
gelij statum & securitatem flagitare in cócio
clamabunt; quum ad insitam vindictæ cupid-
isti stimuli & aculei fucatæ religionis & Euan-
stabiliendi adiungentur, quidnam erit in Gall-
cui Catholico, maximè nobili tutum & secu-

Nobiles Catholici Galliæ extremæ ruinæ proximi nisi cauent.

Aristot. Plutarchus

Supra fol. 175.

Ita nunc in Anglia fit.

II. 11 Et tamen si vestra morte, Galliæ sua ant-
fœlicitas posset repræsentari, & vos scio gene-
spiritu patriæ saluti vestrum sanguinem lar-
mini, & Christiani omnes vestram cædem æq-
oribus animis tolerarent. At cùm perspicu-
sit vestro interitu infinitè miseriorem futur-

Gall-

Galliæ concitionem, quando rex Henricus cum vestra cæde, religionis & Ecclesiæ Catholicæ cædē atque internecionem coniuncturus est, id quod tot annorum experimenta docent (vos enim hactenus vestris corporibus obiectis aditum hæresi in Galliam occlusistis, quo impedimento sublato hæresim omnem tanquam violentum flumen perruptis aggeribus irrumpere necesse est) adeò vt vestra salus atque vita, reipub. Gallicanę & fidei in Gallia Christianæ salus item sit & conseruatio, quale vestrū erit peccatum in liberos, in cōiuges, in posteritatem, in vos ipsos, in corpora & animas vestras, quāta in totum patriam ingratitudo, quanta in rempub. Christianam impietas, quanta in Dei ipsius maiestatem offensio, adeò desidiosè salutis vestræ, & reipub. & fidei Christianæ, & honoris diuini curam abijcere, vosque ipsos apud terribile Christi tribunal tam multiplicis & inexpiabilis flagitij reos constituere! Reputate vobiscum quibus gradibus regiones hæreticæ à Christianismo ad Saracenismum vel Turcismum lapsæ sunt. Arianum Euangelium in Africa per reges quosdā Arianos Vandalos plantatū, Saracenis mox sequentibus viā aperuit. Idē Arianum Euangelium in Asia per discipulos Arij prædicatū, discipulorum eius animos ad Mahometis Alcoranū auidè arripiendum præparauit. Caluinianum Euāgeliū paucis annis in Transyluania sonuit, & prouincia illa statim ad eam infidelitatem prouoluta est, quam Theodorus Beza *ipso Mahometismo nihilo minus miserabilem* iudicabat. Idem Caluinianum Euangelium totidem annis in Polonia nimis magna Sigismundi regis facilitate radices aliquas iecit, & illo perbreui spatio Polonicæ Caluinistarum Ecclesiæ vsque eo ad Mahometismum profecerūt, vt ipsi ministri Geneuēses & Tigurini vererentur ne nimis

Caluinismus in Gallia viā præstruit Mahometismo.

Supra fol. 269.

Supra fol. 258.

properè derelicto Christianismo apertam Alcor
facerent professionem. Idem Caluinistæ vt prim
vires sectæ suæ aliquas in Gallia nacti fuerant,
tim Turcæ contra regem Galliæ subsidium im
rarunt; quo apud eum argumento per suum or
rem vsi? *Quia* nimirum *religionem arctiùs in Gallia*

Illustria Ecclesiæ Catholicæ trophæa impressa Monachis in Lauarta an. 1573.

bilire conentur talem quæsit Turcicæ proxima, nisi
Euangelici Caluinistæ *in ieiunijs & eleemosynis no*
ita ad certas obseruationes astricti, adeò vt ipsa Ca
nissimi cum Mahomerissimo tam arcta cognat

Cognatio Caluinissimi & Mahometissimi.

cõsanguinitas Turcas Caluinistis tanquam
tres fratribus in auxillium submittendos à Tu
rum rege impetrare debuerit. Non diu pòst Ca
nistæ viribus regijs è Galliâ proiecti Basileâ Ger

Launay en la Replique Chrestien. lib. 2. cap. 13. §. 15.

niæ profugerunt, ibique cum Principe Conda
Euangelio in Galliam nouis exercitibus infes
consultarunt. Quum alij alia in medium adfer
& hi Casimirũ, illi reginam Angliæ, alij alios
tandos censerent vt laboranti Euangelio su
rerent, soli Ministri qui scopum Euangelij sui
mè perspectum habebant, & quàta esset inter
& Alcoranum Mahometis affinitas optimè sci
suaserunt principi vt se Turcarum Imperator
mitteret, & per Turcas Euangelium Galliæ in
neret. Neque enim de Turcicis auxilijs dubita
cùm Turcarum in sua fide propaganda alacrit
& zelum cognoscerent, scirent item quòd hoc
do Turcæ plurimum gratificarentur, vt qui vi
demque operâ non magis Euangeliũ Caluini
Alcoranum Mahometis in Gallia statuerent, q
vt ipsi verissimè aiunt, Euangelium illius, illi
corano *est quàm proximũ*: adeò quidem simile q
ouum ouo, & aspis aspidi, nisi quòd Turcæ q
Caluinistæ viuunt multò moderatius, & de C
sto loquuntur & sentiunt longè diuinius,

vnà cum sanctissima Virgine in precibus suis inuocant, quod Caluinistarum Euangelium nulla ratione admittit. Quare si aliquando regia authoritate per Galliam vigeat Caluinismus, qui vt suo loco probauimus verus est Arianismus, sed multis aliarum hæresum accessionibus auctus, nemini prudenti maturè & cosiderate eius hæresis progressum & exitum, olim in Africa & Asia, & nuper in Transyluania & Polonia expendenti, maximè si particularia vtriusque & Caluinismi & Mahometismi capita inter se contulerit, neminì (inquam) dubiũ esse potest, quin vt in illis regionibus, sic in Gallia quoque Caluinismus statim in manifestũ Mahometismum sit abiturus, qui tamẽ in Galliam adeò Christianam nunquam potest ingrauescere sine infinitis hominũ stragibus, & ciuitatum incendijs, & totius regni vastitate. Quam itidem vindictam Spiritus sanctus per Prophetas iam olim tali apostasiæ est cõminatus. *Quia*, inquit, *transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum*, quod per Christum cũ populo Christiano Deus pepigerat, *propter hoc, maledictio vorabit terrã, insanient cultores eius, & relinquẽtur homines pauci.* Hæc maledictio Galliam, hęc insania incolas, hæc solitudo affluentẽ populis prouinciam cõprehendet, si ius Christianum in Gallia mutetur, si religionis *fœdus*, quod debuit esse *sempiternum* dissipetur, & quod eo ipso momento dissipatur quo Caluinista rex regale solium conscendit: quo eodem momento Catholica Nobilitas certò nouerit se radicitus exterminandam, sacerdotes & episcopi paratos sibi sine distinctione vniuersis laqueos & furcas, è quibus supra quinque milia in duabus primis rebellionibus per Colignij & Nauarræi Euangelicos sicarios interfecta, admonere possunt superstites quid ab eo rege sit expectandum.

Supra fol. 256.

Vltima ruina Gallia, Nauarr. regem admittere.

Isai. 24. 5. 6.

An. 1562. & 1567. Surius, pag. 740.

De Ecclesia itē, altaribus, & sacris virginibus qu
fiet, istorū fratrum in prioribus tumultibus pr
D. Hieron. in Epitaph. Nepotiani lib. 2. epist. 22. prænuntiat. *Quot matronæ, quot virgines Dei, quo genua nobiliaque corpora his belluis fuere ludibrio? Ce Episcopi, presbyteri, & diuersorum officia clericorum, uersæ Ecclesiæ, ad altaria Christi sl abulati equi, mary essossæ reliquiæ; vbique luctus, vbique gemitus, & plan mortis imago.* Ita D. Hieronymus de feris Gothi Vandalis conqueritur. Eandem fuisse Hugon rum praxim, Ecclesiæ Aurelianensis, Pictauien Angolesmensis, Turonensis, Rothomagensis, L dunensis, & reliquæ per Galliam quascunqu
Ad Nobiles Gall. vt nunquam Nauarræū admittant. Furiæ occupauerunt clarissimè loquuntur. Qui omnibus miserijs, cædibus, sacrilegijs, blasphem Turcismis, & Mahometismis, & reliquæ immer malorum Iliadi vnà cum Caluinismo in Galli irrupturæ, vnicum est remedium, vt nullis co tionibus, nullis illecebris, nullis promissis, n iuramentis seducti in hæreticum regem conse atis, quem admittere nunquam potestis sine ruin in patriam, & rempub. Christianam vniuersi ipsumque adeò omnipotentem Deum perduel ne, qui arcendo omnes vires impendere, & in sanctissima palæstra ad extremum vsque spirit decertare, apud Deum & homines est glorios mum. Pugnare cum forttissimo Iuda Machabæ æternum contra Caluinistas, & reliquos disse nequissimorum hæreticorum greges qui etsi inter se de fide toto cœlo discrepant, *conueniunt* tamen
7. Math. 3. 18. *tra vos disperdere & vos & sancta vestra.* Persuasi mum habete cum eodem Machabæo, *vobis melius*
Ibid. 59. *mori in bello. quàm videre mala gentis vestræ & sanctuar* quę innumerabilia videbitis & lugebitis, sed hęc strà, si hæretico regi capita vestra supponatis. Re
Conclusio. cordamini omnia iura humana atque diuina ve

stris heroicis in abijciendo rege hæretico conatibus patrocinari. Lex vestra Salica quæ Henricum V. Anglum optimum,& iustissimum,& verè Christianum principem à Galliæ Corona repulit, repellit multò efficacius hunc Henricum, impium, iniustum,& Christianæ fidei proditorem atque hostem. Leges Parlamentorum Galliæ quæ ducem Alençonium quòd Anglis contra Gallos auxilium tulerat, non solùm regno sed vita quoquæ indignum iudicarunt; hunc Henricum qui & Anglos, & Flādros, & Germanos in Galliam contra regem Gallorum euocauit, & illis contra regem Gallorum quantas maximè potuit equitum peditumque copias submisit, ipseque cruentissimis contra Gallorū regem bellis interfuit, multòmagis hunc hominem eadem pœna mulctandum censerent. Multò iustius abijcerent, quàm Carolum Austrasiæ regem & regni Gallicani hęredem quem successione regni aliàs debita priuarunt, quòd Germanis contra Gallos succurrisset. Leges ciuiles veterum Imperatorum, quæ varijs pœnis deportationis, mutilationis, exilij, hæreticos plectunt; quæ eos infames & intestabiles esse pronunciant, quæ ad munus aliquod publicū licet minutum neminem admittunt, qui non prius iureiurando *Omnipotentem Deum & gloriosam virginem Mariam testatus fuerit se cum Catholica Ecclesia communionem habere, nec ei vllam re aut modo vnquā velle aduersari*, hunc hominem qui cū Ecclesia Catholica nulla in re communionem habet, ad hoc sublime regis officium nunquam attollerent, sed potius truncatis manibus, in remotā aliquam ab orbe Christiano insulā exulatū deportarent, vnde nec nomen eius ad Christianorum aures accederet. Leges priuatæ Gallorum regum quæ hæreticū nec nobilē esse patiuntur, quæ equitem D. Michaëlis si in hęresim labatur

Omnes leges diuinæ & humanæ fauent pugnantibus contra Nauarr.

Suprà fol. 75.

nobilitate ea priuant, & ad colonos rusticosque aggregant, nunquam hunc regem, hoc est fontem nobilitatis agnoscerent, qui nec inferiorem nobilitatis gradũ potest adipisci. Generales autem regni Nobilium, Cleri, populique Gallicani, totius ... rum reipub. leges quæ regi legitimo, eam regi ... solij ascendendi viam præstituerunt, vt ab Archi... piscopo inter Missarum solennia, gladium, sceptr... diadema, insignia *potestatis regiæ tunc tradita* recipi... vt iuret *se canonica priuilegia episcopis & Ecclesijs ser...turum*, vt rursus iuret *se hæreticos, quos Ecclesia ... declarauit è regno* Galliæ profligaturum, & alia pe... multa Catholica se recipiat effecturum: istæ leg... quemadmodum eum regem haberi patientur, q... nec minimam particulam horum amplissimor... regis munerum potest præstare? & qui in sua M... strorum Synodo Montalbanensi iuramentum fec... huic ex diametro repugnans. Leges verò Eccles... siue Pontificum, siue Consiliorum, non minus ev... denter hanc admissionem improbant & abom... nantur: illæ quum *omnibus modis prohibent ne hæret... vel fautores eorum, ad aliquod officium publicum admi... tantur*, istæ quum hæreticis Iudæos tolerabiliores esse definiunt, & tamen iudices prouinciarum ... communicant tanquam sacrilegos, si *vel Iudæos non ... Christianos officia publica permittant, quia nefas est vt mi... bra Christi seruiant ministris Antichristi*, cuius minist... sunt hætitici Iudæis decuplo nequiores, vt qui de... cuplo plures Christianos seducunt, & Antichristo ... lucrifaciunt quàm vlli Iudei aut Gentiles. Leges au... tem diuinæ tum Christi tum Apostolorum, & ge... neralis Ecclesiæ primitiuæ consensus multò expres... sius & seuerius hoc interdicunt, cuius rei plura ad... ferri possunt eaque clarissima argumenta, quàm ... sunt in Euangelijs omnibus vel epistolis Apostoli...

cis ca...

gis capita: cùm omnes notæ, omnes descriptiones, omnia nomina quæ hæreticis tribuit spiritus sanctus, abundè cõuincant hæreticum Catholicis non magis debere præesse, quàm lupum ouibus, belluas hominibus, leprosos sanis, meretrices virginibus, mortuos viuis, noctem luci, Belial Deo, Antichristum Christo. Quamobrem si ea quæ impendet pericula, à vobis, à repub. ab ecclesia non modò Gallicana sed Christiana per Europam tota auertere intenditis, si Christianorum qui adhuc remanent saluti consulere, si sacrilegia, incestus, & blasphemias certò sequuturas præcauere, si Mahometismum ingruentem & grassantem coërcere Christianismum apertis viribus opprimat & suffocet, si statuta patriæ, regum vestrorũ, & Parlamentorũ, si veterum, Imperatorum Christiana edicta, si Ecclesiasticos canones, si Dei ipsius expressas leges tueri vultis, si vos ipsos liberos præstare ab infanda & multiplici scelere quod ex his omnibus contemptis apud Deum totàmque posteritatem vestram & orbem Christianum contrahatis necesse est; illud stabile, ratum, firmum, fixumque sine vlla quæstione in animis vestris insideat, hæreticum quocunque se nomine iactat, & quocunque se sanguine venditat, nunquam esse in Christianissimi Galliarum regis solio collocandum.

Rex hæreticus per Pontifices iustè excommunicari, & iure regio alioqui debito priuari potest.

CAPVT. VIII.

I *Rex etsi maximè à Christianis honoretur, idque merito, quamdiu officio suo recte fungitur: tamen cùm vel limites potestatis suæ transgreditur, vel eo abutitur contrà religionem Catholicam, valde est despiciendus; exemplo.* D.

Hilarij, Babylæ Martyris D. Chrysostomi, Athanasij, Lucife-ri, omniumque Veteris Testamenti prophetarum.

2. In veteri Synagoga figura Ecclesiæ supremum ... dicium controuersiarū de lege & ritibus eius erat penes ... tifices; iuxta quorum sententiam, deficientes à lege M... morte plectebantur non solùm priuati homines, sed ... principes, & ciuitates, vel prouinciæ totæ.

3 Quoniam autem reges tyrannici potentia sua inde... legis declinabant, vt Saul, Ieroboam, Baasa, Achab, & ... les: ideo prophetæ extraordinario quadam ratione ... tentiam legis, idque maiori cum grauitate in eos ... quebantur.

4 Et tamen aliqui reges etiam à Pontificibus ... legis ordinarium præscriptum depositi sunt, vt Ozias ... Athalia.

5 Eadem potestas ad Pontificatum noui testamenti ... stata est; potissimùm ad Petrum eiusque successores, ... Christus attribuit plenam & supremam Ecclesiæ gu... nandæ potestatem.

6 Praxis Apostolorum in primitiua Ecclesia, ipsaque ... clesiæ & Ecclesiastici status natura formaque, probat ... non minus quàm alios Christianos esse Ecclesia & ... coporum censuræ subiectos.

7 Vnde factum est vt ob generale Ecclesiæ bonum, ... tifices ereptum Græcis Imperium Occidentis, contul... Francis: & à Francis de generantibus transtulerint ad ... manos: orbe Christiano, ipsisque adeo Græcis & Franc... mutationes approbantibus. Multique in Europa à Pontif... bus creati sunt reges, quorum potestas & vnctio inprim... fertur ad Catholicæ fidei defensionem.

8 Quamuis autem inter Christianos, reges creari p... sunt absque consilio vel authoritate Pontificis summi; ... men inter eos nemo potest esse rex, qui non sit sub Pontif... summo quoad spiritualem iurisdictionem, & à quo, p... deponi si euadat hæreticus vel schismaticus; vt agnoscat ec...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

emplo Imperatorum Gratiæ, quibus propter hæresim Imperium Occidentis iustè ablatum est.

9 Idem constat exemplo regum Franciæ, vt in Philippo 1. ob incestas nuptas excommunicato.

10 Idem ostenditur exemplis regum Angliæ, Scotiæ, Portugalliæ, Poloniæ, & Imperatorum Germaniæ. Regesque ita posse à Pontificibus regio iure priuari, censuit Ecclesia non tantum Latina, sed etiam Græca.

11 Optimi semper & mansuetissimi fuerunt Pontifices illi, qui Imperatores & reges excommunicarunt & deposuerunt; idque orbis Christianus approbauit, & reges propter hæresim ita deponi posse in generalibus Concilijs definiuit.

12 Ad Episcopos Galliæ, vt iure suo Episcopali cõtra Nauarreum vtantur, eumque denuntient esse anathema exemplo Episcoporum Hispaniæ; & inhabilem ad regnum Gallicanum, exemplo Episcorum Germaniæ, qui ita se gesserunt erga Henricum Imperatorem Simoniacum & schismaticum: item exemplo Episcorum Poloniæ, qui regem suum regno priuarunt ob iniustas rapinas. Idem præterea facere erga Nauarræũ possunt & debent Galli Episcopi illustri exemplo & mandato D. Remigij eorum primatis & principis.

13 Nauarræus magis abdicari meretur quàm aliquis veterum regum hæreticorum vel schismaticorum vt ex mutua comparatione liquet.

14 Conclusio monens Catholicos vt arceant à regno Nauarræum hæreticum, exemplo hæreticorum qui Catholicum suum regẽ nulla ratione volunt perferre: item quia hæretico nulla obedientia debetur: tum quia Nauarræus nisi cum religionis & reipub. ruina non potest regnare: denique quia nulla sanguinis proximi cognatio quicquam iuuat hæreticum: adeo vt Gallicani Episcopi valde obligentur Nauarræo tanquam alteri Iudæ anathema dicere, eumque pro suaviribus à regno Gallicano repellere.

QVOD prudens Philosophus & egregius ille Romanæ eloquentiæ magister dixit, *nihil esse difficilius quàm à consuetudine oculorum aciem mentis abducere*, rem quamque suis propriis momentis atque ponderibus æstimare, id quum multis in controuersis verum, tum in hac re quam nunc aggredior longè est verissimum. Ita enim reges plærique auro fulgent ostroque decori, tot habent maiestatis gloriosa insignia, tales famulorũ, satellitum, & procerum circumfusos greges, ita alicubi eorũ nuda & vacua subsellia subditi etiã nobilissimi magnis honoribus afficiũt, ita eos progredientes faustis acclamationibus tanquam numina quædam prosequuntur, coram nunquam nisi in genua prostrati alloquuntur, aliaque multa exhibent summæ subiectionis & reuerentię admodũ demisse signa vt vulgus hominũ existimet sub cœlo nihil esse regio nomine diuinius, nullam in terra potestatem cum regali amplitudine conferendam. Huc accedit Christi, & Apostolorum, & Christianorum omnium consentiens praedicatio, quæ iubet Christianos *Cæsari dare quæ sunt Cæsaris*: *honorare regem* vt aliorum summum & principem: Impiorum esse *maiestatem contemnere*: *omnem animam potestatibus sublimioribus debere esse subiectam*, & alia huius generis permulta, quibus Apostoli hortabantur sui temporis Christianos, vt fideliter parerent Romanis Imperatoribus, etiamsi Pagani, more tamen tum reipublicæ Romanæ probato Imperium Romanum, quod maiorem orbis cognitum partem continebat administrantibus. Quæ omnia, & si quæ alia vspiam vsurpantur, siue ad regiam maiestatem ornandam externæ pompæ & cæremoniæ, siue ad persuadendam subditis sincetam erga reges obedientiã deprõpta ex sacris literis vel Apostolorum

Splendor regius.

In Anglia.

Honor regibus debetur.

Matth. 22.21. 1.Pe.2.13 17. 2.Pet, 10. Rom. 13.1

ſtolorũ Prophetarũ præconia, vt quiſque Chriſtianus probat, eaque in Paganos quidem reges aptè, in Chriſtianos autẽ multò plenius & perfectius quadrare iudicat; ita illud vnà cauendũ eſt, ne iſto externo ſplendore & faſtu oculos nobis ita peiſtringi patiamur, vt non etiam mentis aciem ad verum regis officium, officijque limites expendendos conuertamus: neue quæ generaliter & vniuerſè de regibus dicuntur, ea de ſingulis regibus ſemper & quocunque modo ſe gerant erga ſuos, & quocunque modo in rempub. vel Eccleſiam peccant interpretentur. Hoc enim vt nimis iniurioſum eſt omnibus rebuſpub. tũ Paganis tũ Chriſtianis quæcunque à condito mundo optimis legibus tẽperatę floruerũt (vti nos aliàs oſtendimus) ita magis iniurioſum eſſet Eccleſiæ, in qua eminet tradita à Chriſto Ieſu poteſtas regali longè excellentior, & in qua Eccleſia, Chriſtiani perpetuò crediderunt potentiam regis ſi quando is in officio exercẽdo fidei Chriſtianæ grauiter noceret, cõrectioni Eccleſiaſticæ eſſe obnoxiam. Quam æquabilem mediocritatem tribuendi Eccleſiæ quod ſuum, & regi quod ſuum eſt, quaſi iuxta verbum Chriſti, *quæ Cæſaris Cæſari*, & *quæ Dei Deo*, ita religioſè tenuerunt veteres Chriſtiani, vt quamdiu reges ſua regalia tractarent, Dei autem ſacerdotibus quæ Dei erant relinquerent, nihil erat Chriſtianis humilius, nihil manſuetius, nihil ad maximos honores regibus præſtandos promptius atque paratius. Ità nimirum Chriſtiana diſciplina requirebat, id poſtulabat fides, id confirmauit laudatiſſima Chriſtianorum omnis tẽporis vita & cõſuetudo. Quum verò reges regreſſi ſe ta quæ illis Chriſtiana religio circundederat, aliquid moliebantur quod Chriſti honorem minueret, eius fidem læderet, Eccleſiæ eius iura infringeret. Chriſtianos

Suprà cap. 2.

Regia poteſtas in Eccleſia ſubeſt Eccleſiaſticæ.

Math. 22.

Rex hæreticus ab optimis Epiſcopis maxime contemptus.

stianos à recta ad Cœlum via in obliquos hæresum, vel schismatum vel in etiam grauium flagitiorum tramites auerteret: quia hæc talia erant ad quæ regia potestas se non porrigebat, talia in quibus scriptura regibus non parere sed resistere iubet, in quibus obedientiam damnat, repugnantiam laudat, & magnis in cœlo præmijs remunerat; his temporibus nihil erat Christianis adregibus coarguendos liberius, nihil optimis Episcopis animosius, qui quò erant perfecta in Deum pietate flagrantiores omnibusque virtutibus cumulatiores eo reges in officio suo contra Deum eiusque fidem delinquentes increpabant acrius & contumebant securius.

Cuius rei valde illustria exempla suppeditant & scripturæ sacræ de varijs Prophetis summisque pontificibus acriter inuectis in impios sui temporis principes, & Ecclesiasticæ historiæ de Episcopis summa libertate insectantibus suæ tempestatis

D. Hilarius hæreticos reges atque Imperatores. Vide enim vir moderatissimus ille vir & Galliarum lumen Hilarius Pictauiensis Episcopus Imperatorem Constantium alloquitur. *Proclamo* (inquit) *tibi Constanti quod Nerom loquuturus fuissem, quod ex me Decius & Maximinus audirent. Contra Deum pugnas, contra Ecclesiam sæuis, sanctos persequeris, predicatores Christi odis, religionem tollis, tyrannus non iam hominorum sed diuinorum. Hæc tibi cum multis communia sunt, at verò nunc propria tua accipe. Christianum te mentiris, Christi nouus hostis es, Antichristum præuenis & arcanorum eius mysteria operaris &c.* & huiusmodi contento & stomachoso orationis genere pergit, Constantium Nerone, Decio, & Maximiano crudeliorem probans. *Tu* (inquit) *Constanti omnium Crudelitatum crudelissime, damno maiore omnes &*

Hilarius in lib. contra Constantiũ Augustũ.

tos & venia minore quàm Pagani illi persecutores desæuis. Subrepis nomine blandientis, occidis specie religionis, Christi fide Christi mendax prædicator extinguis. Sceleſtiſſime mortalium, omnia persecutionis mala ita tẽperas, vt excludas & in peccato veniã & in confeſſione martyrium. Sed hæc ille pater tuus humanarum mortium docuit. &c. Ad hunc modum integro libro contra hæreticũ illum Imperatorem manſuetiſſimus Epiſcopus detonat. Et D. Chryſoſtomus Babylam martyrẽ propterea ſummis laudibus celebrat, quòd Decium Imperatorem, multarum ciuitatum, multarum gentiũ, immenſi exercitus Dominum, quaſi vile quoddam & nullius pretij mancipium, ſic impacta in pectus dextera è templo exegit, immenſamque famulorum circunſtrepentium turbam, ſatellites haſtatos, milites ſcutatos, Præſides ciuitatũ, nobiles alios præeuntes, alios ſequentes, ſeque denſo numero viciſſim vrgentes, ipſumque in medio Imperatorem tanquam ſemi Deum auro gemmiſque rutilantem contempſit, hunc que vniuerſum faſtum nõ magis æſtimauit quàm depictã in pariete imaginẽ. Babylas. Chryſoſt. tomo 5. lib. cõtra Gentiles.

Idemque Chryſoſtomus in hiſtoria Azariæ pontificis Oziam regẽ ſacerdotale munus inuadentem è templo expellentis omnium bonorum Epiſcoporum officium & fortitudinem erga reges impios deſcribens, Azarias (inquit) ſacerdos poſt regem in templum ingreſſus eſt, non vt regem, ſed vt profugum & ingratum famulum eiecturus. Non aſpiciebat principatus faſtum, non audiebat illud Salomonis, Minæ regis ſicut ira leonis: ſed ſublatis oculis ad verum regẽ cœlorum, & illud tribunal conſiderans, impetum fecit in tyrannum. Nouerat enim quòd comminatio regis ſimilis ſit iræ leonis, duntaxat iis qui terrã ſpectarent. Verum homini qui cælum haberet præ oculis, quique ſic induxerat animum, vt citius vitam deponeret quàm ſacras leges cõſpiceret violari quouis cane vilior erat rex ille. Nihil enim imbecillius eo qui diuinas cõculcat leges; & qui cõmittet peccatũ ſeruus eſt peccati etiam Chryſoſt. 10. 1. homel. 5 de verbis Iſaiæ. Azarias. Prouer. 19 Rex hæreticus tyrannus quouis cane vilior. Chryſoſt.

etiamsi decem millia coronarum habeat in capite. Hic confidentia Azarias pontifex Oziam regem adac- tus est. Et D. Chrysostomus ipse à tota Ecclesia ri- rificè prædicatur, quòd non minori constantia Ia- doxiæ Imperatrici eiusque coniugi Arcadio se o- posuerit. Ambrosius quod Iustinæ & Valentini obstinatam voluntatem sua Episcopali fortitu- ne fregerit, & Theodosium ob cædem Thessalo- censem extra Ecclesiam proiecerit, & post diu- nam octo mensium pœnitentiam, deprecanti v- pam & vt in Ecclesiâ admitteretur supplicati, a- concesserit. Nec minori fiducia se-se opponeb- Constantio Imperatori magnus & mitis Athan- us, Osius Cordubensis, Hilarius Pictauiensis, Le- tius Martyr, & Lucifer Sardiniæ Episcopus, qu- rum primus, *Constantius* (inquit) *iste idem facit q- Antichristum facere docuit. Nouus est Achab, & m- temporibus secundus Baltasar, & qui alter Pharao m- magis atteritur, eo magis obdurescit, verus Anticlu- qui in gratiam hæresis suæ Saulem immanitate sequa-* Et post in eadem epistola: *Homines ob eadem, au- ditionem, aut furtum, aut similia crimina relegatos, n- aliter quàm Pilatus Barrabam ad preces amicorum a- na absolue: Christi autem seruos, Episcopos & sacerdo- non solum non relaxat, sed exules inclementissime s- supplicijs grauat, quasi æternam Furiam & Alastor illis præbere velit. Nec id mirum, quem malefactis ob- res amicus, orthodoxis vero ob Christum inimicus sit. quo liquidò ostenditur Iudæos qui Barrabam postulaue- dominum autem crucifixerunt, tales fuisse quales n- sunt cum Constantio Christi perduelles Ariani.* Post- mus vero reliquorum causam agens, cum eorum omnium approbatione docet vti prius Babylas ill- martyr, cùm Christi fides & honor in questione- vocatur, totam illam magnificentissimam regum pompam

Athanasius.

Athanasius in epistola ad solitaria vitam agentes.

pompam nihil aliud esse quàm *depictam in pariete imaginem*, illum ambitiosum fastum Imperatorum esse meram pupam & laruam quam planè detrahere oportet, & hoc tempore Imperatori maximo nō magis quàm minimo Christiano parcere. Is enim quum ea quæ superiùs libauimus fusè contra Constantium exposuisset, ipse sibi proponens hanc communem omnium obiectionem de regibus honorandis; ita eam dissoluit, vt multo fortius reges omnes constringat, & eos Ecclesiasticæ censuræ subditos esse optimè clarissimèque demonstret. Sic enim ille. *Videns* (Imperator) *te veritate superatum esse, dicere es solitus; Sacræ scripturæ præcipiunt regibus & omnibus in sublimitate constitutis homines esse subditos, & audes tanta & talia mihi ingerere Luciser?* Quid verò ille contra? *Hæc conspicis, huiusmodi quæ te iubent honorari intelligis. Quæ verò literæ sacræ te iubēt facere, illa signis nō nosse; illa in quibus monet te dominus sacerdotibus obedire, illa quæ vrgeant vnum te exhibere ex omnibus conseruis tuis oportere, nec cuiquam* (Episcopo) *si velis Dei inueniri seruus superiorem dicere. Hæc* (inquit Tito beatus Apostolus) *loquere, & exhortare: & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat. Si Christianus es, quia & tu vnus ex illis propter quos Apostolus dixit: Hæc loquere & argue cum omni imperio, nemo te contemnat: vtique me cum omni imperiō te corripientem audire debes non contemnere, si tamen Christianus es. Quod si contēpseris, iam Christianus non es: quia si fuisses Christianus, non cōtempsisses eum quē Deus ordinauit ad instruendū plebem suam & cui Apostolus dixit: Hæc argue cum omni imperio: & nemo te contemnat.* Est ergo Apostolo Paulo teste, in Ecclesia Imperium sacerdotale super imperium ciuile. Vtque imperator in suo imperio ciuili iure postulat à subditis obedientiam, ita sacerdos in imperio Ecclesiastico, pari vel potius me-

Lucifer li. de non parcendo in Deum delinquenti. fol. 297.

Obiectio Ariani Imperatoris

Responsio Christian. Episcopi.

Tit. 2. v. 15. Imperium Episcopi in Imperatorem.

liore iure requirit obedientiam ab Imperatore, etiam si Christianus est, Episcopo subiectus est, & quam humiliter audire debet, *cum omni imperio arguentem*. Et hac potissimum defensione nititur quoque D. Athanasius.

Athanasius ubi supra.

Est quoque & alia ratio quare reges iustissimè reprehendere possimus, atque iis etiam vim faciant resistere. Quum enim finita sit & determinata eorum potestas, vt quæ circa certam rem ciuilium materiam per se versatur, ad diuina rem non pertingit, nisi quatenus Ecclesiæ subiicit & opitulatur, vt aliàs fusius declaratum est, quando extra terminos sibi circundatos evagari vult, & in alienam messem suam falcem immittere, quia iam non vt rex agit sed vt tyrannus, hic gloriosum est regem coarguere, eique nō verbo solum sed re quoque obsistere, id quod item doctor præclarè admonet. *Retineo quidem* (inquit ille) *sacris libris scriptum esse; Noli superbire coram rege. Et si tu terminos tuæ potestatis esse voluisses, & tum superbus restitissem contra te, re vera ipse me vt prævaricatorem condemnassem. Nunc verò quia homicidæ tibi & sacrilego vera dicimus, non vt ique tanquam superbi puniri merentur, sed magis præmiis afficiemur cælestibus, quod tibi ea non pepercerimus. Scriptum est enim, flagellum equo & stimulum asino, virgam autem genti insipienti.* Quum autem sic aberrat rex, & ab Episcopo suo vel accerrimè reprehenditur, ne dicat vt vir alibi præclarè docet, *facit mihi iniuriam Episcopus, sed dicat, Dei sacerdos commonet atque hortatur me dum sacræ legis præcepta, vt possim ducere vitam acceptissimam.* Et hoc potissimum clypeo suæ loquendi inuictam libertatem tuetur D. Hilarius *Pugnamus* (inquit) *contra persecutorem sæuum tem, contra hostem blandientem, contra*

Regum potestas finita.

Supra cap. 3.

Luciser lib. 1. pro S. Athanas. fol. 55.

Pfouerb. 16. 3.

Idem de nō parcendo in Deum delinquentibus. fo. 298. Hilarius lib. contra Constantium Augustum.

num Antichristum, qui non dorsa cædit sed ventrem palpat, non caput gladio dissecat, sed animum au- Henric. à Vales.
ri corrumpit, non ignes publicè minatur sed gehennam priuatim accendit. Christum confitetur vt neget, Ecclesiæ tecta struit vt fidem destruat. Te o Deus in verbis, te in ore circumfert, & omnia omnino agit, ne tu vt Deus, ita pater esse credaris. Atqui diceret adulator aliquis, hoc est calumniari & mentiri, hæc est contra Cæsaris maiestatem contumelia & maledicentia: Imò verò (inquit D Hilarius) sileant istæ ineptiæ, cesset maledicorum opimo & mendacij suspicio Veritatis enim ministros decet vera proferre. Si falsa dicimus, infamis sit sermo maledicus, si verò vniuersa hæc manifesta esse ostendimus, Apostolica libertas iubet vt Constantium Antichristum dicam, & sic eum alloquar, vt Joannes Herodem, vt Machabæi Antiochum, vt primi Christiani Neronem, Decium & Maximianum.

Quòd si in sacras literas intueamur, & totâ vtriusque Testamenti historiam cogitatione perlustremus, comperiemus viros sanctissimos ex eo præcipuè maximâ laudē cōsecutos, quòd reges regio munere abutentes & Dei gloriæ aduersantes, singulari quodam modo contemnerent atque abiicerent, eorumque superbā magnificentiā hoc tempore, ipso luto quod calcabāt ducerēt viliorē. Quinimò prophetica dignitas magna ex parte in hac regij fastus atque splēdoris despicientia cernitur Quemadmodū enim Isaias suā prophetiā auspicatur? Audite verbum Domini principes Sodomorū, percipite auribus legem Dei nostri, populus Gomorrhæ. Quemadmodū ad prędicandū mittitur Ieremias? Ecce (inquit Deus) dedi verba mea in ore tuo ecce cōstitui te super gētes & super regna, vt euellas, & disperdas, & dissipes, et plantes. Ne timeas à facie eorum: ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitā, & in columnā ferreā, et in murum æreum regibus Iudæ

Prophetæ egregie cōtemnunt reges impios.

Isaiæ ca. 1

Ieremiæ cap. 1.

Ezechiel cap. 2. & 3

& principibus eius. Quid Ezechiel? *Mitto ego te* (inquit Deus) *ad filios Israel, ad gentes apostatrices quæ recesserunt à me. Filij sunt dura facie, & indomabile corde, & attrita fronte. sed ne timeas eos, quoniam exasperans habitas.* Et mox. *Ecce dedi faciem tuam valentiorem facibus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum, adamantem & vt silicem dedi faciem tuam. Ne timeas neque metuas a facie eorum.* Ita si seriem prophetarum reliquorum percurramus, non vltima partē eorum officij in hoc videbimus fuisse positum, vt reges & principum Deo rebellium superbiam contunderent, populosque docerent esse homini concessum à Deo potentiam potentia regali sublimiorem. Quum consilio Prophetæ indigerēt, *descendunt* Eliseum, *Ioram rex Israel* schismaticus, *Iosaphat rex Iudæ* fidelis, & *Mesa rex Moabitarum* Gentilis; quibus eius domum ingressis, ita regem schismaticum excepit propheta. *Quid mihi & tibi est? Vade ad prophetas patris tui Achab & matris tuæ Iezabel.* Sed ipsi deponente petitionem suam Iosaphato, ita pergit iram alloqui Elizeus. *Viuit Dominus exercituum, cuius conspectu sto, quòd si non vultum Iosaphat regis Iudæ erubescerem, non attendissem quidem te nec respexissem.* Pariter ostendens qualis Catholicis regibus conueniat reuerentia, & vnà schismaticos hæreticosque reges ita despici oportere, vt eos non alloquamur, imò neque vultu familiari dignemur. Venerat Bethel primariam synagogam Samariæ vir Dei Iuda, ibique contra regis Ieroboami sacrilegia magna fiducia prædicauerat. Ieroboam quamuis tyrannus, non tamen mortem intentauit, aut iniecit vincula, sed contrà potius vt placaret, & blandiendo silentium imponeret, amicissimè cum affatus est, *Veni mecum Domum vt prandeas, & dabo tibi munera.* At quid ille ad regem, & eum re-

Eliseus.

4. Reg. 3.

Ibid. v. 14

Propheta è Iuda.

3. Reg. cap. 13.

quia iam vnico verbulo mortem ei præsentem poterat inferre? *Si dederis* (inquit) *mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam, nec bibam in loco isto*, vbi tam nefanda hæresi nomen Dei blasphematur. Denique hoc eodem propherico zelo clarissimus ille Mathathias Iudæ Machabæi pater, eum reliquosque liberos ad bellum inuicto animo gerendum contra Antiochum tum temporis Iudææ tyrannicè (quia contra religionem Dei) imperitantem exuscitat. *Maiorum* (inquit) *vestrorum, Iosuæ, Phinees, Dauidis, Eliæ, fortia facta & exempla imitamini, & à verbis viri peccatoris* (*Antiochi*) *ne timueritis quia gloria eius* & regalis maiestas atque amplitudo Dei legi peruertendæ intenta *stercus & vermis est: hodie extollitur & cras non inuenietur. conuersus est in terram suam, & cogitatio eius perijt. Vos ergo filij confortamini*, & contra tyrannum istum *viriliter agite in lege, quia in ipsa glorioſi eritis.* Sic ille summam hominibus fidelibus gloriam attribuens ex contemptu regalis potentiæ, tum quum ea extra cancellos sibi à Deo positos ad euersionē diuinæ legis prorumpit. Neque certè quicquā est vel apud Iudæos vel apud Christianos glorioſius eorum hominum memoria, qui publicè contra reges impios declamādo, eorumque nefariis conatibus repugnando, mea tanquam palæstra ad extremum vsque vitæ spiritum decertarunt. Quæ omnia eò pertinent, non vt regum dominatum improbemus, aut etiam populum Christianū ad spernendos principes incitemus, quod est impium & Anabaptisticum, sed vt Deum principi præferamus, vt æternam Christi fidem fluxo & caduco regum nitori sciamus præcellere, & quemadmodum D. Chrysostomus ait, *vt intelligamus sacerdotiū regno maius esse, & esse principatum ipso regno venerabiliorem. ideoque Deus ipsum regale*

Ibid. v. 7. *Mathathias.*

1. *Machab. cap. 3. 62.*

Chrysost. de verbis Esaiæ Hom. 4. 5.

Regia authoritas suis finibus contenta maximè Laudabilis

Caput subiecit manibus sacerdotis, nos erudiens quod [illegible] *princeps est illo maior*: vt rex locum in repub. teneat quem à Deo, & Ecclesia & repub. habet, ne num ita firmũ stabileque reddat, non autẽ alienet locum inuadendo quẽ Deus ei negauit, Ecclesiæ rerdixit, respub, nunquã tribuit, neq; verò tribuit potest, & Dei ordinem peruertat, & Ecclesiæ pac turbet, & reipub. politiam dissipet, & suum quo regnum vitamque infinitis tumultibus, dissidi periculis reddat obnoxiam. Quemadmodum ex exercitus aliquis ad magnã expeditionẽ suscipe dam collectus, alios habet pedestris, alios equest militiæ præfectos, qui sunt & exercitui dirigendo fini quem exercitus ille sibi proponit consequ perneceſſarij, quamdiu vnitate animorum mo deuincti sub communi imperatore ad genera victoriam iuxta disciplinam militarem suas or tè actiones conferunt; sin verò pedestris dux e stris præfecti locũ inuadere, eiusque interitu dignitatem amplificare velit, exercitum totum turbat, iustumque meretur supplicium, siue excelso imperandi loco amoueatur, siue etiã vi uetur vita: nõ aliter quum Ecclesia Christi tan immensus exercitus collectus ex omnibus nat

Ephes. 6.9. bus, sub Christo & quẽ ille suũ in hoc exercitu cariũ constituit, ad debellandas inferorũ vires nùmque cæleste consequendũ tendat; etiãmsi p ceps aliquis ciuilis sit in hac phalange valde v tamen quum certum locum à Deo sibi habeat c missum tanquam peditatus vel equitatus præ turam, si sua dignitate non contentus, ad ma eaque suo gradui non consentanea aspirer, si o nem exercitum seditiosè perturbet, si impediat ne finem illum perueniat eternę beatitudinis quò o nia cõsilia, & cogitationes, & opera regna Christ

per

norum spectare debent, & sine quo quicquid molimur friuolũ est & inane, stupidum est putare hunc tanquam præfectũ militarem esse colendum. & non potius tanquam exercitus proditorem ordine suo mouendum, & debita castigatione plectendum.

2. Absit autem vt quisquam Christianus suspicetur synagogam Iudæorum rectius fuisse ordinatam ideoque ea ex parte præferendam Ecclesiæ Christi, vmbram corpori, figuram veritati legem Euangelio, humile tugurium veteris Testamenti constructum à seruo, & paucis post annis destruendum, huic noui Testamenti regali Palatio, quod ædificauit *Deus & non homo*, & ædificauit in omnem æternitatẽ duraturum. Cõferamus ergo illã vmbrã cum hac veritate, synagogã cum Ecclesia, & ex illis quæ iam posita sunt, quæ sit hac in re vt olim synagogæ, ita nũc magis Ecclesiæ potestas, certissima cõsecutione deducamus. In lege Moysaica habemus neminem potuisse Iudæis designari regẽ qui non esset origine & religione Iudæus. Habemus expressam legis vocẽ *non posse aliquem eligi regem qui non sit frater Iudæorum*. Habemus Pontificẽ in quæstionibus de lege supremum iudicẽ, cui cum senatu suo de illis decidente ab omnibus ita erat obtemperandum, vt *si quis superbiret nolens obedire sacerdotis imperio*, mors illi refractario fuerit inferẽda, & á corpore Israëlis tam impium membrũ abscindendum. Euidentur cauebat lex illa *ne princeps legibus se præponeret, neue quicquam præter Pontificis & Senatus Leuitici sententiam faceret*. Euidenter præscribebat petendum esse regi exẽplar legis à sacerdotibus Leuiticis à quibus etiã interpretatio legis erat sumẽda, in eaque meditandum omnibus diebus vitæ: nec vnquã poterat rex quocunque prætextu populum ad alias Dei colendi cæremonias abducere. Et hæc capita lex de

2.

Heb. 10. 1. Ioan. 1. 17 Heb. 3. 5. & 9. 2. Ibid. ca. 8. 2. Heb. cap. 8. 9. & 10.

Synagoga figura Ecclesiæ.

Supra fol. 271.

Supremum iudicium controuersiarum in reg. penes Pontificẽ.

Ibid.

Malach. 2. 7.

Lex mortem decernit omnibus haereticis.

rege, certa atque immobilia firmauit multis annorum centenariis priusquam regis nomen in loco increbresceret; eodemque tempore de occidendis sine exceptione omnibus qui vel clanculum vel palam Iudæum quemuis à veteri patrum religione ad nouos Deos colendos tanquam à Catholica fidei Arianissimum, Lutheranismũ, Caluinismũ abducerent, in hanc sententia lex lata est. *Si tibi voluerit suadere frater tuus, aut filius tuus, vel filia, vel vxor quæ in sinu tuo, aut amicus quem diligis vt animam tuam, dicens, Eamus & seruiamus Dijs alienis quos ignoras tu et patres tui, non parcat ei oculus tuus vt misereatis & occultes eum, sed statim interficies. Sit primùm manus tua super eum, & post te omnis populus mittat manum.* Quid vero si nõ vnus aliquis homo, vnus aliquis magistratus aut ciuitatis princeps, sed tota simul ciuitas & prouincia in huiusmodi nouam religionẽ cõspiret?

Deuterono. cap. 13. 6.

Ibid. v. 14 15.

(inquit lex) *inueneris certũ esse quod dicitur, & abominationẽ hanc opere perpetratam, statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij & delebis eam, omniaque quæ in ea sunt vsque ad pecora. Quicquid etiã supellectilis fuerit congregabis in medio platearũ eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas Domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus.* At occurrit hoc loco dubitatio non leuis. Fieri enim poterat (neque quicquam est certius quàm ita futurum) vt & viri illi priuati, & ciuitatis rectores principesque, & tota ciuitas per suos falsos ministros obiicerent se huius legis violatæ non esse reos. Se enim nihil nisi pure Dei verbum docere, ab hominum inuentis ipsam Dei legem accuratissimè seruandam traducere: illos verò alios qui se oppugnatũ venire unt esse immersos in superstitionibus antiquis, et idololatras, eamque pænam iure cõmeritos quam ipsis iniuria conantur infligere. Nonne hæc vna

Obiectio eiusque solutio Protestantium communis.

obiectio

obiectione eorum qui vrbem hanc succendere voluerunt apparatus atque exercitus totus dissoluitur? Ita quidem necesse est, si ipsorum schismaticorum iudicio standum fuisset. Sed quia Deus Pontificem & cum eo Senatum certum Hierosolymis omnium de lege quæstionum iudicem supremum designauerat, hisque schismaticis in sua causa non magis quàm homicidis & latronibus in sua credendum erat, idcirco *ex decreto iudicis omnes* illi vltima internecione erant delendi, quascunque interim pro se nugas & cauillationes confingerent. Atque in hoc Cõcilio quoad ex Põtifice summo & septuaginta assessoribus constabat, tota maiestas reipub. Iudaicæ maximè quoad religionem erat posita. In hoc Conlio expressa erat imago *sceptri* per Spiritum sanctum Iudæ promissi, nec vsque ad aduentum Messiæ auferendi, ideoque hoc Concilium & ante reges maximè, & sub regibus, & post reges vsque ad Herodis tempora, quanquam aliquando regum crudelitate, vel infælicitate temporum intermissum, oppressum vel imminutum viguit, vt est omnium Hebreorum & è Iudæis doctissimorum legis interpretum sentẽtia. Quod expressè confirmauit rex Iosaphat, quum causas ciuiles vel regias à causis legalibus segregans, statuit iuxta antiquam Moysis ordinationem *vt Leuitæ, & sacerdotes, & principes familiarum iudicarent causam Domini vbicunque quæstio erat de lege, de mandato, de cæremonijs & iustificationibus, præsidente Anania sacerdote & Pontifice: Zabadias autem* ea tractaret *quæ ad regis officium pertinebant.* Et generalem reipub. Iudaicæ consuetudinem optimè exponens Iosephus, *Sacerdotes* (inquit) *nostri semper colunt Deum, quos semper regit qui genere primus est, qui quidem ante alios sacerdotes Deo sacrificat, leges custodit, diiudicat controuersias, conuictos de-*

Responsio.

Deuter. 17.

Genes. 49. 10.

Ioseph. lib. 14. ca. 17. Petr. Galatinus de arcanis Catholicæ veritatis, lib. 4. cap. 5.

2. Paralip. cap. 19. v. 10. 11.

Ioseph. contra Appionem. lib. 2. pag. 888.

licti punit, cui qui non obedit, is pœnas luit tanquam in Deum impius. Et rursus eodem loco. *Sacerdotes omnium rectores, & controuersiarum iudices, & damnatorum pastores constituti sunt à Moyse. Qui autem principatus hos possit hoc sanctior, aut quis bonos Deo conuenientior vitæ? plebs vniuersa est ad pietatem bene cõparata, & sacerdotibus concredita rerum maximarum cura præcipua.*

3. 3 Hoc igitur stabilito per Deum ipsum tribunal quod in repub. Iudaica summum erat, omnibus [illegible] alijs in Iudæa ciuitatibus & magistratibus imperabat, eratque illius reipub. tanquam vita, & qua [illegible] Herodem sublatus desijt vera reipub. Iudaicæ forma, & terminata est lex venitque Messias nouam orbe vniuerso Ecclesiam inchoaturus, hoc inquam
1. Reg. 8. pontificali iudicio posito, quadringentis posteaquam
Su. fo. 102 nis creati sunt reges, populo intemperanter con- Samuelis Deique voluntatem eos flagitante, quamtamen & populi iura, & Dei item legitima con-
4. Reg. 17. caturos Deus præuidit & prædixit. quod in plaque omnibus consequentibus regibus nimis verum fuisse, historia Testamenti veteris declarat. Nam præter omnes Israëlis reges à primo Ieroboamo vltimum vsque Oseam vel schismaticos vel plane idololatras, è Iudeis quoque plurimi, illis idolatris & diuinæ legis hostibus apertis nihilo fuerunt meliores. Qui quoniam tyrannica potentia debetam illis diuina lege pœnam erant declinaturi, Deus pro sua infinita bonitate & misericordia [illegible] ipso regiæ institutionis tempore intermortuam [illegible] diu à Moysis temporibus prophetarum vocationem renouauit, qui diuino spiritu pleni, regibus bonis perpetuò assistentes, vt Natham Dauidi, Isaias Ezechiæ, Hananias Iosaphato; regesque malos acriter coarguentes vt Samuel Saulem, Ahias Ieroboam, Elias Achabum, Zacharias Ioam, & bonos in officio suo

Prophetarum potestas in reges impios.

Act. 3. 24.
2. Reg. 12. 4.
4. Reg. 20 1.
2. Parap. 19. 1.

cio suo legisque obedientia continerent, & malos constanter monerent quod essent supplicium iuxta legem promeriti, illudque extraordinariè & terribiliore forma velle Deum illis imponere, quando tyrannicè viribus suis ordinarias & à Deo in lege præstitutas pœnas negligerent. Ita Saul quòd sacerdotale officium vsurpasset, per Samuelem regni iure priuatur, aliusque ab eodem Samuele rex vngitur. Et quanquam Saul aliquot annos contra diuinam ordinationem pro rege se gessit, verumque regem Dauidem successorem ei diuinitus institutum à regno administrando repulit, tandem tamen in eam miseriã decidit, vt ipse à seipso pœnas exigeret, & seipse misertimè interficeret. Propter idololatriá Salomonis diuisũ est regnũ Iudææ, & lõge maior pars, è duodecim nimirum Tribubus decẽ datæ fũt Ieroboamo, qui statim cũ regni diuisione schisma quoq; religionis coniunxit, & primus in veteri Testamento author fuit spiritualis illius in Ecclesia primatus quẽ in Testamẽto nouo ad eius exemplũ olim Ariani reges, & nuper Angliæ tyrãni instauraruntieaq; authoritate nouũ sacerdotiũ nouamque religionẽ idololatricam veræ Hebræorũ fidei contrariam in regnũ suũ induxit. Et quoniã lõgè maiorem Iudææ partem suæ ditioni habebat subiectam, verumque sacerdotium funditus sustulerat, & quod adulterinum Ministeriũ eius loco substituerat, totũ à sua voluntate pendebat, idcirco legis de se iudicium securè contemnebat. Sed Deus per prophetam denuntiat se cumulatè executurũ quod lex decreuerat & propter regis potentiam nemo iuxta legem exequi poterat. *Ecce* inquit dominus, *ego inducã mala super domũ Ieroboã, & percutiã de Ieroboa mingentẽ ad parietem, & clausum, et nouissimum in Israel. Qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate, comedẽt eos canes*

1. Reg. 15. 3. Reg. 14. 3. Reg 18. 2. Paralip. 24.

Saul. 1. Reg. 13. & 15. *Ibid. cap.* 16.

1. Reg. 31.

Ieroboam author regij in Ecclesia primatus.

3. Reg 12.

3. Reg. 14. 10.

qui au-

Ibi.ca.15. *qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues cæ-*
29. Id quod paulò pòst impleuit Baasa *qui percussit om-*
nem domum Ieroboam: non dimisit ne vnam quidem ani-
mam de semine eius. Quum autem Baasa adeptus fu-
um Ieroboam ab eius impietate nequaquam di-
deret, sed schisma ab eo cæptum continuaret, p-
pheta propterea eundem cum Ieroboamo int-
3. Reg. 16.11. tum ei & suis omnibus prædixit, quem & succ-
Baasæ Amri intulit, qui *percussit omnem domum Ba-*
sæ, & propinquos, & amicos eius, & non reliquit ex eo (
nem) mingentem ad parietem. Verùm vt alias hu-
generis historias multas præteream, & in vnacl-
bratissima insistam, nihil ad ius hoc quod inqui-
mus declarandum aptius est eo quod de Elisæo
Achabo in eisdem sacris libris perscribitur. Ach-
Achab. bus siquidem cum vxore Iezabel eisdem maiorum
suorum vestigijs ingressi, ad eorum impietatem h-
insuper adiecerunt, vt effuso sanctorum homin-
sanguine, nouo hoc scelere supra alios grauiu-
sese commacularent. Et verè rarum est aliquem
vehementem hæresis alicuius defensorem, qui
sanctissimos viros tali apostasiæ aduersantes cru-
Act. 12. liter trucidet, vt olim apud Iudæos sub Hero-
apud Romanos in illis decem cruentissimis per-
cutionibus, & hodie apud Anglos sub Iezabele
lic immaniter sæuiente perspicitur. Deus itaque
nefarium illum tyrannum cum sua Iezabele ex-
pandum monet Isaiam, vt vadat *in Damascum & u-*
3. Reg. 19. v. 15. *gat Hazael regem super Syriam, & Iehu regem super*
17. *Israel: & Eliseum vngat prophetam*, adijciens quòd q-
cunque fugerit gladium Hazael, occidet eum Iehu, & q-
4. Reg. 9. *cunque fugerit gladium Iehu, interficiet eum Eliseus:* quo-
nihil est aliud quàm generalem quandam occisio-
nem omnibus Achabitis denuntiare. Cæterùm hu-
ius comminationis exitus & effectus multò est ma-
gis ad-

gis admirabilis. Helia siquidem in cœlum abrepto, eius locum suscipiens Eliseus, non is quidem per se, sed per aliũ è filijs prophetarũ, Iehu regẽ vnxit, eique quæ quid circa domum Achab facere debebat præscribit. Neque verò aut ipse Iehu causabatur se Israelitam fuisse & iuratum regis subditum, ideoque non posse tantum perduellionis flagitium admittere; nec qui in ciuitate vbi agebat Iehu versabantur, aliquas eiusmodi formidines aut scrupulos simularunt, sed vt primum à prophera Dei Iehu fuisse inunctum, & idololatricæ Achabi soboli propter spretam Dei legem abrogatum imperium nouerunt statim & Iehu omnibus difficultatibus neglectis, arduam & odiosam illam prouinciam excindendæ radicitus stirpis regiæ prompto animo in se suscepit, & ipsi *serui regis* qui tum dominabatur & qui traditum à patre quietè tenebat imperium *festinauerunt, & vnusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus eius in similitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba atque dixerunt, regnauit Iehu*: ea alacritate pulcherrimè demonstrantes omnia regum diademata quibuscunque titulis nixa (nullum autem meliore iure quàm Israëliticũ illud fundatur, quod à libera populi electione & expressa Dei ipsius approbatione duxit originem) sperni debere & pedibus calcari, vt primùm de regibus prophetarum Dei iudicio propter violatam eius legem regio honore abdicatis constiterit. Iehu autem effecturus quod ei propheta diuinus iniunxerat, & Ioramum regem Achabi filium sine mora interfecit, & ex summa turri præcipitem dedit Iezabelem, *& aspersus est sanguine paries, & equorum vngulæ conculcauerunt eam. Moxque misit Iehu ad nutricios filiorum Achab, vt amputarent capita filiorum Domini sui* Achabi: ijque mandato eius obtemperantes *occiderunt eos omnes numero*

Obedientia debita regibus nihil valet contra sententiam Ecclesiæ.

Ibid. v. 13.

3. Reg. ca. 11. 31.

3. Reg. 12.

4. Reg. ca. 9.

Ibid. cap. 10.

numero septuaginta, & posuerunt capita eorum in cophi
& miserunt ad eum. Et denique Iehu *percussit omn*
qui reliqui erant de domo Achab, & vniuersos optimat
eius, & notos, & sacerdotes, donec non remaneret ex
reliquiæ. Quæ seueritas tantopere à Deo prob
est, vt propterea hanc principi illi illustrem & r
miam in scripturis laudem tribuerit, & repend
præmium; *quia* (inquit) *studiosè egisti quod rec*
4. Reg. 10. 30. *erat & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in*
Vide Ioseph. lib. 9. cap. 5. 6. *de meo fecisti contra domum Achab, filij tui vsque*
quartam generationem sedebunt super domum Israel. L
quod supplicium si ex lege Moysis iuxta pontific
lis synodi sententiam fuisset inflictum, in vnica r
gis ipsius morte vel forsitan abdicatione defin
(vt in Ozia liquet) id quoniam reges isti legis d
uinæ & pontificum iudicio se noluerunt submitt
re, Deo ipso iubente, & cõtemptum legis suæ ad e
emplum aliorum longè seuerius vlciscente, ad e
nem regiam posteritatem, & cognationem, & am
cos notosque extenditur.

4. 4 Neque tamen semper dormiuit legalis pon
cum authoritas, sed quod Samariæ contra impi
eius gentis reges Prophetæ diuini, id isti quoq
Reges Iudæ iuxta leges regio honore exuti. Hierosolymis in regno Iudæ contra suos nefari
principes aliquando, licet rarius & multò clem
tius perfecerunt. Ozias enim ille quem proxi
nominauimus, eò quòd superbia inflatus negle
Ozias. 2. Paralip. cap. 26. *dominum Deum*, officium nimirum *adolendi thym*
matis quod Deus solis sacerdotibus attribuerat
arrogando, à Domino lepra percussus est, & à Z
charia pontifice & vna sacerdotibus octoginta
ris fortissimis è templo eiectus, & regali honore abdi
Ioseph. Antiquit. li. 9 cap. 11. catus. Qui deinceps *priuatus homo extra vrbem*, v
scribit Iosephus, *& plenus lepra, in domo separata habit*
vsque ad diem mortis suæ, filiusque eius Iotham a
thronum

thronum regium est sublatus. Ioiada quoque pontifex pari fortitudine Athaliam tyrannicè imperantem oppressit. Ea enim vbi sex annos in Iudæa imperasset, & quod Samariæ iussè contra sobolem patris sui Achabi fecisset Iehu, idem ipsa iniustè Hierosolymis contra stirpem Dauidis, moliretur, è qua vnus Ioas septennis infans fuerat superstes: Ioiada pontifex hunc in templo regem coronatum & inunctum oleo sacro regem pronuntiat, & reginam Athalim regali fastigio deturbandam, *apertoque armamentario quod Dauid in templo influxerat, distribuit centurionibus, & sacerdotibus & leuitis, quas ibi hastas pharetrasque, & arcus, & alia arma inuenit*. Quumque regina in templum accurreret, & intuita regem *magna voce iuberet interfici insidiatorem & occupatorem imperij*, pontifex autem è contra iuberet mulierem corripi & *duci ad torrentem Cedronis: ibique iugulari, qua nefas erat templum veneficæ supplicio pollui*; Iudæi circumstantes, non reginæ sed pontifici paruerunt, eamque interimunt, eadem etiam pœna afficientes, iuxta pontificis iussum, si quis ei opem ferre conaretur. Quo facto, *pontifex conuocato populo & militibus in templum, omnes sacramento in fidem regis adegit, se incolumitati eius tuendæ regnoque augendo daturos operam eodem iureiurando mox regem strinxit ad diuini numinis reuerentiam, & ad obseruationem legum quas Moyses cælitus tulisset*, & quas superiores reges nimia audacia atque improbitate violauerant: moxque *ad ædem Baalis concurritur, quam athalia cum rege marito construxerat, quam Populus à fundamentis diruit & sacerdotem eius Methanem trucidauit &c.* In qua historia plurimas partes quoad Pontificem & suos, zeli, iustitiæ, fortitudinis, sanctitatis; quoad reginam, sæuitiæ,

Athalia regina pontifex iussu occisa.

Ioseph. Antiquit. lib. 9. cap. 7.

4. Reg. ca. 11.

Ioseph. vbi supra.

idolo-

idolatriæ, simulationis, & impietatis compledet illud tanquam diligentiori animaduersione dig

Vbi supra. notat scriptura sacra, *fecisse centuriones iuxta om quæ præceperat eis Ioiada sacerdos*, quia quod alia pulari furore & tumultu attentatum, fuisset tio, vis, & iniusta coniuratio; id Pontificis auth rate factum sit legitima vltio, & recta iustitiæ a nistratio. Et aliquot quidem huius generis exe sub regibus Iudæis extant. Extirpato autem per bylonios regio nomine, & abducto in captiuitat populo, quum post 70. annos renouari cæpit Iud cæ reipub. forma, simul ipsius Dei mandato inst ratum est hoc Pontificale tribunal & Concilia ab eoque tempore multò quàm antea fuit illustri

Ezechiel. 44. vt nihil penitus maioris alicuius ponderis gest fuerit sine Pontificis assensu & authoritate. Et dem Dei ipsius voluntate delato regali quoque

Ioseph. Antiquit. lib. 13. ca. 11. perio ad Pontificem summum, qui vtrũque tem vsque ad Herode tyrannum (qui & Concilio a

1. Mach. 13. veræ item Pontificum successioni finem impo potestas Pontificis multò fuit quàm prius amp atque augustior.

5. 5 In nouo autem testamento quod non tem rarium sed æternum est, vbi Pontificatus Iud in Christianum, & Cathedra Moysis in Cathed Petri transfertur, & corpus vmbræ, veritas fig Ecclesia synagogæ successit, quanto magis ne est per Christum Iesum omnia esse ad æterna bilitatem quàm aptissimè ordinata? Quantò m hic necesse est sanciri subditorum obedientiam

Maxima potestas Petri & successorũ in Testamento nouo. ga supremos Ecclesiæ pastores, quãdo non de v bris & figuris vt olim, sed de rerum olim signifi tarum veritate, de Dei gratia, de æterna beatitu ne, de sempiternis inferorum supplicijs agitur, v Christus postulat tantam Ecclesiæ suæ rectoribus exhibe

exhiberi subiectionem, vbi si quis eorũ imperium spreuerit, is Dei Patris & Filij & spiritus sancti imperium eadem opera reijcit, dicente Saluatore, *qui vos spernit, me spernit, & qui me spernit, spernit eum qui me misit.* Hoc enim testamentum *in melioribus repromissionibus sancitum est.* Ideoque quæcunque illic ad testamenti veteris diuturnitatẽ constituta fuerunt, par est hic in testamento nouo multò vigere firmius, & coligi religiosius. Idque Christus abundantissimè prouidit, qui Ecclesiæ suæ pastorem summũ ea instruxit collata diuinitus gratia, vt super eum noui testamenti Ecclesiam ædificaret, cui & fundamento & Ecclesiæ eam tribuit firmitatem atque robur, vt ad eam euertendam omnes & tyrannorum furores, & hæreticorum fraudes, & diabolorum vires inanes essent atque irritæ. Quanquam enim Petrus illic cuius humeris Christus hoc diuinum & longè grauissimum onus imposuit, homo esset eiusdem cum cæteris mortalibus fragilitatis & cõditionis, tamen participatione quadam à primaria illa Petra Christo Iesu eam accepit soliditatem & firmitudinem, vt quemadmodum à Christo Petra & Cepha, hic Petra, & Petrus, & Cephas dictus est, sic item à Christo eam habuit communicatam virtutem, vt in sanis & Christianis religionis dogmatis *eius fides* ab ipsissima veritatis regula *nunquam deficeret*, eius Cathedra à Spiritu sancto nunquam desereretur. Et quemadmodum Christus à Patre, sic ille à Christo missus, vniuersalis eius Ecclesiæ toto orbe diffusæ præpositus est: omnésque annos & omnes quas Christus suo sanguine redemit, eas pascendas & regendas Petro huic supremo Christiani gregis pastori commisit. Quæ certa veritas in scripturis sacris luculenter posita, & ex issdem scripturis inter se comparatis multò luculentius deducta, sic

Luc. 10. 16. Hebræ. ca. 8. 6.

Matt. 16.

Ioan. 1. 42. Basil. li. de pœniten.

Luc. 22. 32.

Ioan. 20. Chrisost. de sacerdot. li. 2. Ioan. 21.

Tertul. de præscrip. Orig. hom. 5. in Exod.

est communi sensu primitiuæ Ecclesiæ & omnium
in ea doctissimorũ patrũ & Episcoporũ, Tertulliani,
Origenis, Cypriani, Basilij, Cyrilli, Augustini, Epi-
phanij, Hieronymi, Ambrosij, Leonis, Hilarij, Pru-
speri, Chrysostomi, Gregorij, confirmata tes-
monijs, etiam adeò perspicuis ipsorum Protes-
tium qui doctiores sunt & in antiquorum m
numentis mediocriter versati roborata confes-
nibus, quas ipsa rei notissimæ manifesta ver
expressit, vt hoc vno nihil sit in Christiana the
logia clarius, nihil magis munitum & inuicta
Quoniam autem huic Pontifici tam difficilem
immensam prouinciam administraturo largi
ma necessariò tribuenda erat authoritas,
Christus ne quid tanto muneri optime perfung
do deesset, *claues regni cœlorum* illi tradidit, v
verbulo potestatem quanta maxima cogitari po
designans, tum eam qua Ecclesia cœleste Christi
terra regnum gubernetur; tum etiam eam,
eadem Ecclesia ad æternum cœlorum regn
perducatur. Vt enim in communi aliqua c
tate claues eiusdem ciuitatis tradere, est sum
rerum omnium facultatem in ciuitatem eam c
cedere; ideoque & rectores ciuitatum victores
cuius voluntati se dedentes, traditis claui
clarant se totos ei regendos permittere, quam
dem potentiam eadem clauium metaphora s
tura sancta significat: sic Christus regni sui cl
bus summo Ecclesiæ suæ pastori collatis, sum
& absolutam eidem pastori Ecclesiæ regendæ
testatem fecit, quam etiam vt omnis præcid
tur cauillandi occasio vberius explicauit, qu
adiecit ita Deum in cœlis perpetuò pastoris h
in terra prolatam sententiam firmaturum, v
cunque is ligaret in terra, id Deus item astringeret

Cyprian de vnit. eccles. & epist 73. Basil. lib. 2 in Eunom. Cyril. in Ioan. lib. 2. c. 2 & 12. August. serm. 15. 16. 26. 29 de Sanctis. De verbis Dom. secundum Ioan. 49. Annotat. in Iob cap. 30. In Psal. contra partẽ Donati & in Ps. 69. Epish. in Ancor. Hieron. lib. 1. in Ioui-nianum ca. 2. Esa. & c. 16. Ruffin. Leo Sermon. 2. de Anniuersario Assũptio. & epist. 89 Ambr. serm. 47. Hilar. in Matt. c. 16 Prosper. de vocat. gẽt. lib. 2. c. 28 Chrysost. in Matt. hom. 55. & in Psal. 50. hom. 2. Gregor. libr. 4. ep. 32 & 76. Magdeb. Centur.

cælis, & rursus *quodcunque is soluere in terra*, id quoque Deus solutum haberet in cœlis. Quibus verbis manifestè continetur, quicquid ad bonum Ecclesiæ regimẽ requiritur: quicquid ad fidem stabiliendam est necessarium, quicquid ad disciplinam sanciendam est commodum quicquid ad profligandos ab ouili Christiano hæreticos est vtile, siue seueritate opus sit ad restringendum, siue lenitate & clementia ad relaxandũ quoad ista enim omnia, *quodcunque in terris soluatur vel ligatur*, idem in cœlis quoque laxatur vel astringitur. vtque D. Chrysostomus in hæc verba Christi scribit, *A terra iudicandi principalem authoritatem sumit cœlum. Nam iudex sedet in terra, dominus sequitur seruum, & quicquid hic inferioribus iudicarit, hoc ille in supernis comprobat.* Atque huc item spectat extremum illud Christi è mundo ad cœlos ascensuri præceptum quo Petrus oues agnòsque suos *pascere* atque *regere* iubetur, id enim totum vox Christi manifestè comprehendit. *Pascendi* autem & *regendi* officium quid flagitet, communis vitæ consuetudo, communis ciuitatum & rerum publicarum gubernatio, facilè declarat. Certè bonas leges ferre, malas tollere, artes honestas alere, inhonestas prohibere, à quorum commercijs abstinendum sit, ad quæ studia incumbendum, qui amandi vt ciues, qui cauendi vt proditores, quando contra inimicos pugnandum, quando vt in altissima pacé quiescendum, hæc omnia ciuibus suis ciuitatis rectorem debere præscribere tam est manifestum, quàm euidens est pastoris officium requirere, vt à sanis ouibus morbosas arceat, vt salutaria ijs pascua prouideat, vt ouile cõtra lupos probè sepiat, vt eos à caulis suis baculo pastorali arceat, vel etiam si quando ad mactandas oues irruant, gladio pastorali iugulet.

3. c. 4. pag. 34. Cetur. 4. cap. 7. pag. 555. Cent. 5. ca. 4. pag. 512. claues. Esa. ca. 22. 22. Apoc. 1. 18. & 3. 7. Matth. 16. Chrysost. in verba Esaiæ. Hom. 5. Ioan. 21. Agnoscunt.

βόσκειν ποιμαίνειν.

Hæc verba quid significent. Regere.

Pascere.

6. *Apostolorum & episcop. potestas.*

6 Hæc autem potestas etiamsi singulari modo Petro Apostolorum principe excellat, tamen certo quodam modo est cum Apostolis & pastoribus omnibus communicata, eius vsum & pra... in Apostolicæ Ecclesiæ moribus si contuea... statim admirabimur Dei in seruis suis potest... & suspiciemus nobisque ipsis imitandam propo... mus egregiam primorum Christianorum erga... stores suos reuerentiam atque subiectionem.

2. Timoth. 1.20. quis enim hæresim docebat, nec monitus vellet ea discedere, *tradebatur Satanæ vt disceret non blas... mare*, quem aliquando Satanas visibili quadam

Chrisost. in 1.Cor. cap. 5.hom.15. & in 1. Timoth. hom.5. 2.Cor.2. v.6. Actor. 13. Act.5. tione ita inuadebat, & miserrimè vexabat, vt hæ... ticus ille iam tum pœnas quasdam inferni pati... tisceret, semper autem à Christianis certò creden... tur adeò funestè Christi præsidio orbatus & a... bolo obsessus, vt cum non aliter quàm verum... boli membrum exhorrescerent, ideoque sæpe... ctu & mœrore vir ille ad desperationem pene... gebatur. Aliquando cæcitatem aut similem ve... onem inferebant, aliquando etiam præsenti... te plectebant; semper quoties Christianum... quem siue ob hæreticam fidem, siue ob nefa... vitam communione Ecclesiastica priuabant, c... stianos reliquos ita instituebant, vt cum eo v... bum capere, vel in domo eadem manere, vel... lialiter colloqui, vel prætereuntem salutare...

Supra fol. 466.471. 1.Cor.5.3. 2.Cor.10. 4. vllum ciuile officium exercere nefas ducerent... autem Apostoli hac à Christo potestate præ... non gloriosè sed verè illud de se prædicant, *... gelos iudicabimus quãto magis sæcularia? habere le... militiæ potentia Deo ad destructionem munitionum, ... quibus destruant consilia & omnem altitudinem extol... tem se aduersum scientiam Dei, & vlciscantur omnem ... bedientiam*, vtque comminatur Corinthijs

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtolus Paulus, *vultis in virga veniam ad vos*, ſuam eos corrigendi & caſtigandi potentiam ſignificans: ita in Chriſtianis alijs nihil magis idem Apoſtolus commendabat, quàm ſummam erga ſuos paſtores humilitatem & reuerentiam. Quam & in Romanis potiſſimum extollit, & generaliter omnibus Chriſtianis præcipit, *Obedite* (inquiens) *præpoſitis veſtris & ſubiacete illis ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.* Et his quidem regendi parendique moribus inchoata & perfecta Eccleſia Chriſti à Hieroſolymis incipiens, in omnes Aſiæ, Africæ, & Europæ prouincias ſeſe effudit, doctiſſimoſque philoſophos, oratores omnium ſcientiarum peritiſſimos ſibi ſubiecit, & tandem etiam orbis terrarum Imperatores iuxta prophetarum vaticinia ſibi ſubiugauit. Sic enim perſpicuè de ea prædixerat Eſaias: *Ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum miniſtrabunt tibi. Aperientur portæ tuæ iugiter, vt afferatur ad te fortitudo gentium & reges earum adducantur. Gens enim & regnum quod non ſeruierit tibi peribit.* Ita nimirum admiranda Dei prouidentia factum eſt, vt quemadmodum in veteri Teſtamento poſt ſacerdotium ordinatum, legeſque, & cæremonias, & ſacrificia deſcripta quibus ſynagoga conſtabat, multa ſæcula interiecta ſunt, priuſquam regium nomen apud Iudæos auditum eſt, quo tempore toto nihil ad ſui perfectionem deſiderauit ſynagoga: & poſt item deletis regibus, ſynagogæ ſtatus nihil propterea imminutus aut immutatus eſt, ſed antiquam ſuam formam retinuit, donec aduentante Meſſia, cius item exitus à Deo præſtitutus aduenerat: non aliter in nouo Teſtamento, Eccleſia Chriſti perfecta, ſuiſque omnibus numeris abſoluta pleraſque omnes cogniti terrarum orbis prouincias cõplexa

1. Cor. 4. 21.

Act. 5. 11. 13. Ro. 16. 19 Philip. 2. 12. Heb. 13. 17.

Iſa. 60. 10.

Et ſynagoga & Eccleſia perfecta abſq; regibus.

Marc. 4. 31.32. est & tanquá fructuosa arbor altis defixa radicibus à paruis initiis exorsa amplissimè dilatauit ramos suos, trecentis annis, priusquam Imperator aut aliquis publicè in eius se communionem adscriberet: imò quũ Imperatores & reges omnes regnorum imperiorum suorũ neruos intenderent, vt quicunque possent artibus & viribus arborem stirpitus excinderẽt. Quumque deinceps Imperium in varias est partes diuisum, nunc in Oriente, nunc in Occidẽte; aliquando inter duos, aliquando inter tres, aliquãdo etiã inter triginta reges vel tyrannos potius, vt sub Augustulo dilaceratum; nunquam men ptopterea Ecclesiasticæ politiæ quicquam accessit vel decessit. sed vel sub vno Imperatore, vel sub multis, vel etiam sub nullis, aut quum Imperatores hostes essẽt, eodẽ semper tenore progressa Ecclesia, eademque semper tenuit gubernandi formam, vt Pontifices præessent, alij quocunque nomine appellati subessent, illi essent pastores, hi oues: ex quo item est euidens perpetuam & immobilem Ecclesiæ politiam Imperatoris baptismo nihil fuisse variatam, ideoque necesse fuit quum Imperatores regesque veritatis Christianæ conuicti in Ecclesiæ corpus per baptismi sacramentum inserebantur, (quando ea ad Ecclesiam adiectionem pastores & Episcopi effecti non sunt ouium & subditorum numerum fuisse susceptum. Id quod etiam Isaias propheta clarè designat cum ait, *Reges ministrabant Ecclesiæ: Regnum quod tibi non seruierit peribit. Venient ad te curui filij eorum* Imperatorum *qui prius*, persequendo, *humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum*; ex quo item est consequens, id nos nõ minus quam alios ea omnia Christi & Apostolorum præcepta conuenire. Quare ex iam Catholicæ & Christianæ Ecclesiæ mem-

Mutato imperio, eadem semper manſit ecclesiæ politia.

Reges Christiano minus Ecclesiæ subditi quàm alij.

Isa. ca. 60.

brum effectus per baptismum, *ecclesiam non audierit*, sit Christianis reliquis *tanquam Ethnicus & publicanus*: si rex hæreticus euadat, *tradatur Satanæ in interitum carnis vt discat non blasphemare*: si rex sit hæreticus, abstineatur ab eius consortio, congressu, salutatione: *subiaceat rex & obediat præposito suo qui pro eius anima vigilat rationem Deo redditurus*. Habet pastor *virgam*, habet baculum, quo hunc regem ouem Christiani gregis castiget. Episcopus est Apostolica authoritate præditus, qua & *angelos iudicabit, quanto magis regem seculares*, quoad ea in quibus contra ecclesiam Christi & Christianam pietatem offenderit. Et de hac consequentia quis dubitare potest, qui Christiana doctrina vel leuiter tinctus est? *Gregis* enim *mei ouis es*, ait ad Imperatorem suum Gregorius Nazianzenus: & *quid Imperatori honorificentius est quam vt dicatur filius ecclesiæ*, inquit ad Valentinianum D. Ambrosius. & vsque adeo episcopo subiectus est Imperator, vt si ab eo excommunicatus, vel ingredi ecclesiæ limen audeat, statim eo facto ex Imperatore iusto degenerat in impium tyrannum, inquit ad eundem Theodosium idem cõstantissimus Ambrosius. Nec ex variis titulis quos ex præclarissimis victorijs multos omnesq; glorioso adeptus est *Carolus* ille Gallorum Imper. nomine *Magnus*, sed re maximus, vllus fuit illustrior, quã quo se Catholicæ ecclesiæ *humilẽ adiutorem* vocauit, vel vt alias, *filium & defensorẽ sanctæ Dei ecclesiæ*, Estque hoc longe excellentissimum beneficium regibus Paganis ad Christum cõuersis per Christi fidem & doctrinam collatũ, quòd cũ prius eorum regnum etiam quum optimè gereretur erat merè politicum, mundanum, prophanum, carnale, & à vera sanctitate alienũ: iam per Christianã professionem qua ipsi in filios Dei & ecclesiæ mutati

Vide suprà fol. 473. 520.

Suprà fol. 123. 122.

Supra fol. 177.

Carolus in literis ad Archiepiscopum Toletan. tom. 3. Concil. pag. 247.

Differẽtia regis Paganis & Christiano.

sunt, eorum quoque sceptrum sacrum, religiosum, Ecclesiasticum, spirituale, & sacerdotale quodammodo effectum est: quia ad eandem Christi Ecclesiam cum sacerdotibus suo modo regendam admittuntur, & roborandis spiritus sancti diuinis sanctionibus æditis per eos *quos Spiritus ille posuit regere Ecclesiam sanguine Christi acquisitam*, eorum sceptra seruiunt. id quod ipsissimum est regum *ministerium* tantis antea sæculis à prophetis diuinissimis prædictum: & in eo præcipuè vertitur regiæ potestatis natura quando in hominē Christianū incidit. Etsi enim regū quatenus reges sunt, officiū est leges de pace, de bello, de mercatura, de quiete ciuiū, de alijs ciuilibus bonis & cōmodis ferre, in eoque Paganorum reges qui boni fuerunt, rectè quidem suo regali munere sunt vsi: tamen cū Christianus homo cōmunem sibi à Deo regimen quodcunque accipit, primo loco Christiana fides est attendenda, & diligentissimè prouidendum: vt omnes de pace bello, de mercatura & quiete ciuili leges, cū legibus Christianis conueniant: & si quando in præiudiciū diuinumue religionis eæ leges cedunt in regali officio grauiter peccat, nisi leges eas corrigat, & ita formet atq; immutet vt ne professioni Christianæ noceant. Et quemadmodū apud Paganos principes in particularibus legibus scribendis, suprema & generalis regula qua sua omnia cogitata, cōsulta, respōsa, inuenta dirigebantur erat illud, *Salus populi suprema lex esto*; ita apud Christianos quorū regibus Christo subijciuntur, quorum imperia ad salutem animarum & fœlicitatem æternam tendunt, quæ sola Christi fide comparatur; hanc sibi fidem principes in omnibus particularibus statutis perpetuò proponere debent, illudque vt firmū & indubitatū tenere: *Salus animarum*, æterna beatitudo, Catholica fides

Act. 20. 28.

Esai. 60. Psal. 2.

Chrisost. in 2. Cor. cap. 4. hom. 15.

Cicero de legibus lib. 3.

fides, Christi *suprema lex esto*, qua omnes aliæ reip. leges dirigantur, cum quibus pugnãtia regum vel populorum decreta non magis Christianæ leges censendæ sunt, quam illa tyrannorum iussa vocãdæ sunt leges ciuiles quæ ad vnius tyranni priuatum commodum spectantia, totius reipub. vtilitatem euertunt. Atque hunc fuisse sensum & sententiam omnium veterum Imperatorum omniumque bonorum regum suo loco fusè demonstrauimus: idemque conuincit particulares singulorum Europæ regum cum reges creantur, inauguratio. Ex quo verè Christiano fundamento fluxit illa in plurimis regionibus praxis, vt populi non nisi Ecclesiastica authoritate principes & reges sibi voluerint præficere. *Supra. cap. 3. §. 5. Su. ca. 2. §. 3. 4. 5. & &c.*

7. Quamuis enim vt suprà docuimus, regia potestas non à fide sed à natura suam duxit originẽ, omnesque legitimæ hominum societatis eam habent vim à naturâ ipsis insitam, vt ad commune bonum tuendum & publica detrimenta arcenda, magistratus sibi possint quos velint ascisscere: tamen post Roma. Imperij inclinationem, quòd à Iulio Cæsare inchoatum, Saracenorum viribus ita est fractum, vt dicentis post Mahumetem annis planè videatur corruisse, aut certè in summas quoad Occidentem angustias redactum; quæ Regna & Imperia emerserũt inter Christianos, plæraque non tam populorum voluntate quàm Ecclesiastica potestate, populis tamen idem ipsum volentibus & vt fieret exoptantibus instituta sunt. Quia etsi publica rerum terrenarum commoditas populari prudentia & acumine discerni poterat, eaque naturali sagacitate prouideri vtrùm regnũ vel alter principatus cuiuscunque generis tali societati futurus esset commodior, tamẽ quia ijdem 7. *Cap. 1.*

Christiani sciebãt regionem suam fuisse generis corporis reipub. Christianæ mẽbrum particulæ, cuius priuato bono sic erat consulendum, vt ad cõmune bonũ totius attẽderetur; idcirco

Augustin. cõtra epist. Pelagian. libr. 1. cap. 1.

regem postulabant à generali Christianorũ pontifice (quem Christus Ecclesiæ totius quasi *in specula arce speculatorem* posuit vt inquit D. Augustinus) quo ille simul animaduerter & quemadmodũ cui

Supra fol. 92.

vniuersalis Ecclesiæ bono particularis illius provinciæ vtilitas consisteret. Ita etiamsi Francorum reges mis otiosa & muliebri mollitie effœminati reipub. curam proiecissent, ex eoque magnum cõmunibus rebus periculũ immineret, populi tamẽ principesque Gallorum non nisi põtificis Romani Zachariæ consilio, depositio veteri nouũ sibi regem creare

Anno 800

Quinquaginta deinceps annis cùm in Hispania, Italiisque maris mediterranei nimis augerentur Saracenorum opes, adeò vt bonam etiam Galliarum partem occuparent, per Italiã autem omnia efferarentur popularentur Lõgobardi, nec efflictis miserabiliter modũ prouinciis aliquã opẽ præstaret Imperator

Imperium Occidentis per pontifices fundatum.

Græci partim in hæresim lapsi, partim de reipub. ita vt par erat solicitis; Italiæ, Galliæ, & germaniæ stiani cõmuni quodã desiderio separadũ ab Occidẽté censuerũt, & nouo Imperatori Occidẽtis cõmittendũ: eã tamen curã in Pontificẽ Leonẽ rejecerunt. Qui quũ Christianorũ eo tẽpore

Paulus Æmil. lib. 3. pa. 100.

difficultates maturè expẽderet, videretque Imperii Græci onus in imbecillis fœminæ nec Cæsareo sanguine ortæ humeros recidisse, quæ ad Europam contra Barbaros defendẽda nihil omnino potuit; simùlque egregiã Francorum pietatẽ, & in bello gerendis mirabilem fortitudinem, & præclaras victorias à Deo cõtra infideles Saracenos, Germanos, Saxones, Bauaros, Hungaros, & Lõgobardos illis datas perspiceret: cõmuni prudentissimorum Romæ Italiæque senatorum consilio in eam sententiam concessit, *Italiam nunquam fore quietam nisi Carolus vrbis Rom. consul & tribunus perpetuus præsens in Italia operam daret, ne quid illa detrimenti caperet.*

Auentin. in Annalib. lib. 4.

& sua authoritate reip. statum componeret. Quamobrē Carolo paulò pòst Romā aduentanti ad arā D. Petri diadema Imperatoriū imponit, *ingenti assensu procerum qui vndique in vrbem admiratione Caroli Francorumque conuenerant*, eūque sacro oleo perfundit, populo vniuerso acclamante, *Carolo, Augusto, à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum vita & victoria*: moxq. ab omnibus astantibus *Augustus Imperator* est appellatus. Eodémq. tēpore idē pontifex Leo filiū item Caroli *Pipinum* inunxit, *eumque solenni decreto Italiæ regem pronuntiauit*. Nec quisqā alicuius nominis vel in Occidente vel in Oriente tunc temporis, nec postea ad nostram vsque ætatem (prēter Turcam & quosdam ei fauentes huius seculi Lutheranos) dubitauit, quin hoc tanquā plenissimo iure Carolus ad Imperiū sit iustè elatus. Ipsa quidē Grēcorū Impratrix Irene, & paulò pòst Nicephorus Imperator; missis statim in Italiā legatis, cum Carolo *pacem & fœdus statuerunt, Imperiumque his terminis diuiserunt, vt alter Orientis, alter Occidentis Augustifratresque essent & dicerentur. Ea pars Italiæ quæ hinc à Neapoli illinc à Siponto, vel Manfredonia incipiens supero infero que mari clauditur versus Austrum, à Græco, reliqua pars à Franco iura peteret, exceptis iis quæ erant Ecclesiasticæ ditionis. Inter duo Imperia medius cardo Venetiæ vtriusque Imperii maiestatem piè conseruarent*. Ita vt prēter mediā Italiā. & Germaniā *quæ est inter Danubium & Sauum flumina, totam Galliam, Saxoniam item, vtramque Pannoniam, Istriam, Aquitaniam, Gasconiam, magnámque partem Hispaniæ*, istud Caroli & Francorum imperiū cōplecteretur. *A maritimis autem Dalmatiæ Imperiorum Constantinopolitanum incipiebat*. Quā item diuisionē Michael Curopalates vel Rāgabis, & alii qui deinde secuti sūt in Græcorū Imperio cōprobarūt. Quāquā autē deinceps Caroli posteris hæc Imperialis dignitas hereditaria Ecclesiastico decreto facta est, ea tamē cōditio adiecta est, vt nec sine pōtificis assensu honor ille tribueretur, & penes eundē pontificē remaneret libera iudicādi facultas, vtrùm is qui sāguinis successione proximus erat, ingenio item

Paulus Diaconus rerū Rom. lib. 23.

Paulus Æmil. lib. 3. Regno lib. 2. anno 801.

Platina in Leone 3.

Funccius. Magdeburgens.

Ipsi Græci probant trā slationem Imperij. Plat. ibid. & Paulus Æmil. lib. 3.

item & prudentia valebat officium Imperatoris administrare. Nam quid absurdius erat quam tentiam institutam ad Christiani populi salu tali homini tradere, qui vel præ stupiditate nes bat ea recte vti, vel præ malitia eam volebat Christiani populi perniciem conuertere: Di que retenta est ea consuetudo, vt Pontifex Rom. Imperatorem inungerent, eique de sua nu Augustæ maiestatis insignia traderent, vt phanus Pontifex Ludouico Pio, qui filium Lo rium natu maiorem *Imperij socium deligens & regem declarans, eundem ad Pontificem misit, in Basilica S. Petri inungitur & Augustus declar* Quum autem Lotharius postea filium suum L douicum Imperatorem creari, eique Roma iurare voluisset, Eugenius II. *optimus Pontifex* [illegible] *simplici presbytero propter singularē sanctimoniā Pontif tum summum adeptus*, quia eum gerendo impe ineptum præuidebat, liberè restitit: & vt po quidem sacramentum fiat *permuto*, inquit, *a Ludouico filio hoc tribuatur, nec ego nec omnis Rom bilitas consentit.*

Histoire de l'eglise de Rheims li. 2. cap. 18. Aimoinus lib. 4. cap. III. 104. & lib. 5. cap. 28. Platina in paschali 2.

Platina in Eugenio 2.

Liber pōtif. in vita Sergij.

Manfit itaque Imperium hoc modo ad aliq annos in Caroli posteritate. Tandem verò, v continua imperiorū vicissitudo, diuulsa in va principatus Germania, Gallia, Italiaque: Ca lique posteris à maiorum pietate & fortitu multum degenerantibus, *conuersisque ad rapin spoliationes templorum* quæ Carolus Magnus ma sumptibus extruxerat & multis ornamētis opi que locupletauerat: quum propter varios tyra vndique emergentes res turbatissimè essent in I lia Germaniaque, de Imperio rursus instaurand Christiani proceres cæperunt cogitare. Quo tem pore magnum erat in Germania Othonis nomen

Genebrar. in Chronol. ann. 995. fol. 570. Baptist. Ægnatius Rom. prin. lib. 3. in Arnulpho. Ægnatius lib. 3. in Othone. Lambertus Schafnaburg. de rebus Germ. anno 962. Sigibertus anno 963.

& prop

& propter pietatem, & propter fortudinem bellicam: qui ex Italia Saracenos Græcosque illis adhærentes profligans, Romanæque Ecclesiæ post magnam tempestatem magnam tranquillitatem restituens, omnium *Germanorum principũ primus Imperiali corona donatur* à Romano pontifice Ioanne, *eiusque benedictione atque consecratione* (vt aiunt historici) *primus Imperator factus est.* Quanquam enim maiores Othonis magni principes essent, rebusque præclarè gestis egregium fuerãt honorem & famæ celebritatẽ adepti, tamẽ post *Imperium à iusta sobole & agnatione Caroli Magni ablatum, primus hic Otho iustus legitimusque Cæsar numeratur, eò quòd Conradus Henricusque maiores eius qui magnũ sibi nomen comparauerant, pontificis authoritate benedictioneque carũerunt.* Neque verò reliqui Christiani principes fremuerunt, aut ipsi Franci quorum maximè intererat, tumultus aliquos concitarunt, quasi magna aliqua ipsis iniuria fuisset illata, quod à Caroli Magni progenie ad Othonis stirpem suprema illa in orbe Christiano maiestas fuisset translata: sed contra, vt primum Otho à Põtifice Rom. *coronatus in Germaniam reuersus est, ad eum concursus totius orbis terrarum fiebat. E. Francia, Francus rex cum fratre Carolo, & matre, & Magister equitum Hugo Capetus* (postea rex) *gratulandi causa affuere. Duces nobilissimi genere factisque comitabantur. Totius Latini nominis proceres aderant, & summi Græcorum viri, quòd Nicephorus Græcorum Augustus Theophaniam filiam, Othonis filio per oratores despondebat. Festi celebresque dies cum omni magnificentia & hilaritate acti. Nunquam Francicum nomen iunctius Germanico fuit.* Adeò vt quotquot in orbe terrarum fuerunt Christiani principes, ipsique qui præ reliquis maiorem habeant expostulandi causãm Franci & Græci, publica gratulatione testificati sunt Pontifices iudicium

Paulus Æmil. historic. li. 3 in rege 33.

Æmil. ibid.

Orbis Christiani probant pontificis factum immutandis Imperijs.

dicium summa ratione nixum sibi nequaquam [illegible] plicuisse. Cæterùm quum hoc pontificis nouum [illegible] peratorem eligentis factum præsentibus tam[illegible] malis mederetur, futuris autem non occurr[illegible] nec stabilem aliquam vel diuturnam quietem [illegible] mitteret; & verè procliuis erat lapsus reip. Chri[illegible]

Leges successiones Imperator. in Germania posita à Pontifice.

næ in pristinas calamitates, nisi certus ordo in[illegible] eos deinceps præludendi ab imperio, qui puer[illegible] fantes, posthumi, simplices, stupidi, & effæm[illegible] essent, quales erant Francorum nonnulli, & ex [illegible] priores omnes miseriæ emanauerant, ista con[illegible] rans Gregorius quintus magna sapientia Ponti[illegible] vt deinceps certa & stabilis esset Imperatoris [illegible] gendi ratio, nec patris indulgentia in multas [illegible] tes rursus dilaceraretur Imperium, sed ei præ[illegible] retur ille solus qui & propter Catholicam reli[illegible] nem quod imprimis erat Christiano Impera[illegible] necessariũ, & etiam propter heroicas virtutes [illegible] proximo loco erant requirendæ, Imperio gere[illegible] esset idoneus: has ob causas cum Christiano[illegible] principum assensu legem eam posuit qua Ger[illegible] norum Nobilitati (qui hoc tempore de re Chri[illegible] na non minus præclarè quàm superiori sæculo [illegible] ci erant promeriti) Imperialem dignitatem po[illegible] tuam assignauit. Quæ lex ad hodiernum v[illegible] diem viget, qua tribus Archiepiscopis, Magunt[illegible] Treuirensi, Colonien si, & totidem laicis Ger[illegible] niæ principibus, Saxoniæ Duci, Palatino [illegible] miti, & Brandeburgensi Marchioni (& si qua[illegible] horum in diuersis Imperatoribus eligendis [illegible] fragia essent paria) Duci Bohemiæ, Imperat[illegible] electio attribuitur: ita nimirum vt quem illi [illegible] gnarent, is diceretur *Cæsar & electus:* & quum à R[illegible] mano pontifice confirmatus esset & coronatus, [illegible] haberetur *Imperator Augustus.* Etsi autem de hoc [illegible]

Principes Electores 7. Platina in Gregor. 5. Pantaleon de viris illustrib. Germ. par. 2. in Greg. 5. & Othone. 3. An. 995.

sentiri

stituto dissentiunt aliquantulum historici, quòd hoc nonnulli ad posteriora tempora,& Gregorium alium,non quintum sed decimum renocant, tamẽ quoniam maior historicorum pars & maior rationum ad veritatem proximè accedẽtium copia Gregorio V. hoc ascribit, & vtrumcunque ponatur ad summam conclusionis meæ nihil interest, quando vtrique à summo ecclesiæ Christianæ pastore hoc factum concedunt, non puto operæpretium, prolixius vel in reconciliandis scriptoribus,vel in veritate subtiliter indagãda persistere. Eodem ferè tempore Hungaria ad fidem Christi conuersa est singulari Stephani principis studio & diligentia, quem egregia populi Hungarici beneuolentia & consensus regali maiestate iudicauit dignissimum. Cæterum optimus rex,& propter insignem pietatem post mortem in Sanctorum numerum relatus, dignitatem oblatam noluit suscipere, priusquam consultus per legatos Pontifex eum sibi honorem Apostolicæ sedis decreto assignasset. Rogerius quoque Siciliæ Comes quum bello Pontificem Romanum Innocentium II. & Cardinales cepisset, moxque mira modestia vsus liberos fecisset, eam que ob causam facilè quæ volebat plæraque à Pontifice obtineret, *regni tamen titulum quem maximis præmijs & pollicitationibus impetrare contendebat*, assequi non potuit. Eius autem hæres Guilielmus qui armis magnam Apuliæ Calabriæque partem occupauerat, ab Adriano IIII. *vtriusque regni* & Siculi & Neapolitani *titulos* obtinuit, etsi Constantinopolitani Imperatoris,orator Beneuentum ad Põtificem veniens, id ne fieret vehementer intercederet. Alfonsus quoq; Portugalliæ Dux etiamsi cum quinq; simul Saracenorum regibus bellum committens eosq; profligãs,ab vniuerso exercitu rex salutaretur,

Genebrar. in Chronol. ann. 995. Onuphrius in Chronic. Vide decretal. Gregor. lib. 1. Tit. 6. cap. 34. Venerabilem.

Anno. 1000.

Multis in Europa regũ titul data a Pontif. Cromer. li. 3, de rebus Poloniæ. Genebrar. ann. 984. Rex Hungariæ.

Rex Siciliæ & Neapolis.

Platina in Innocen. 2.

Ibidem in Adriano 4.

Rex Portugalliæ.

postea

postea tamen 46. annos in principatu honestissimè degens, regem se vocari passus non est, donec ab Alexandro 3. regium nomen & diadema sibi consecutus. Alia multi sunt huius generis in Christianis regnis exempla, quæ, veram Christianæ regis & regni naturam in religione vel maximè sitam esse demonstrant. Quamuis enim vt diximus, respub. à natura ad reges vel magistratus sibi præficiendos sufficiùt, neque verò Christi lege aliqua diuina, vel (vt arbitror) humana astringebantur ad Pontificis voluntatē in Rege vel Duce sibi adoptando sequendā, modò tamen eorum priuata electio in reipublicæ & religionis Christianæ detrimentum non vergeret, tamen quia rege Christiano primam partē obtinet fides Christi, secundam ciuilia commoda; ipsum Christianæ professionis officium postulabat, vt nemo in ordine Christiano rex crearetur, quem summus Ecclesiæ Christi præses iudicaret fore eidem Ecclesiæ pernicioſum. Vtque olim ante annos nongentos Christianissimus idemque valde religiosus Hispaniarum rex Bamba *prohibuit se regem apellari antequam per archiepiscopum Toletanum esset solenniter vnctus & coronatus* (quod etiam de Henrico V. Anglorū rege produnt annales Anglicani) in qua vnctione & coronatione semper cōtinetur obligatio ad defendendam Ecclesiam Catholicam, sic eadem cæremonia quum in Testamento nouo tantùm sit sacerdotalis nō regalis, & à sacerdote summo cumprimis omnibus Europæ regibus communicatus conuincit eorum regna ad sacerdotium Christianum & fidem Catholicam tuendam esse comparata: ideoque legitimè reges Christianos dici non posse, qui non sinunt se à sacerdotibus in reges unungi eum in finem, vt admoneantur *per præsentem*

Genebrar. Chronol. an. 1116. & 1180.

Ioannes Magnus Gothica histor. lib. 18. cap. 22.

Vnctio regum quid significet.

Vide suprà cap. 2. §. 3. 4. &c. cap. 3. §. 5.

illam sanctæ vnctionis infusionem, Spiritus paracleti benedictionem eis infundi, vt infideles expugnent, iustitiam colant, benè vel malè meritos remunerent, sed imprimis & potissimum vt Ecclesiam sanctam & fidem Christianam defendant, ad decus, & laudem Christi qui rex regum est, & a patre oleo exultationis vnctus præ participibus suis: quod nisi credant & opere complere laborent, neque verè sub Christo rege reges sunt, neque cum Christo id est vncto aliquam habent vnctionis participationē, neque iure Christiano Christianos in baptismo vnctos regere possunt, quocunque iure & modo, & a quibuscunque electi in regali fastigio sunt collocati. *In oratione cum ungitur rex.*

8 Cæterùm ista prima regum ordinatio minoris est ponderis. & fieri potest vt aliquando sine expresso Pontificum suffragio Christiani reges efficiātur. Sic enim & in Hispania euenisse legimus, vbi à Saracenis opressi Christiani, reges sibi contra eorum furorem Pelagium primum, Hispaniæ regum qui deinceps ad hodiernum vsque Philippū regnarunt fontem, eodèmque tempore Garziam Nauatræ & Aragoniæ regum authorem, reges suos fecerunt. Et aliquot postea sæculis, ille quem Pontifex Romanus sacrarat Imperatorē Germani Otho tertius, principem Poloniæ tum Imperio Germanico subiectum, ab obedientia Imperatorum deinceps absolutū ad regiam dignitatem extulit. Nec diu post Vratislaus eo tempore Bohemiæ Dux, ab Henrico Imperatore Maguntiæ in comitiis Imperialibus rex declaratus est, missusque cum eo Pragam in Bohemiam Treuirorum Archiepiscopus, qui eum coram prouincialibus regem inungeret, & regalibus adornaret insignibus. Et quin alij Duces principesque eodē modo talibus honoribus amplificati fuerint, non est valde cōtrouersum. At verò vt

8.

Genebrar. in Chron. ann. 714. Ioan. vasæ in Chronica Hispaniæ. cap. 17. Guagnin. rerū polonic. rom. 1. in Boesl. 1. Mūsterus Cosmog. vniuers. li. 4 ann. 1000. Genebrar. in Chronol. an. 1080. & 998. Æneas Siluius in hist. Bohem. cap. 22.

omnes illi quocunque modo honores cos[illegible] piscantur, si Christiani sunt, summo Eccleſiæ pa-
Omnes reges necessario subiecti disciplinæ Ecclesiæ.
ſtori ita ſubſint vt ab eo poſſint corrigi, adeoque & excõmunicari, & deponi, ſi in hæreſim incidant vel contra reipub. Chriſtianæ generale bonum grauiter delinquãt, hoc adeò certum eſt, quàm certum eſt eundem regem eſſe Chriſtianum, eſſe Chriſti gregis ouem, quàm certum eſt eum eſſe Eccleſiæ Chriſtianæ filium, eſſe in Eccleſia Chriſti baptizatum, eſſe eccleſiæ Chriſti diſciplinæ ſubiectũ, eum præeſſe in Eccleſia Catholica Epiſcopum qui pro eius anima Chriſto ſupremo iudici rationem redditurus. Eſt enim hoc non humani iuris ſed diuini, non mutabile ſed æternum, non in cuiuſquam vel regis vel populi libera voluntate poſitũ, ſed a
Hæresis, vera causa cur Occidẽtu Imperiũ Græcis Imperatorib. ablatum.
preſſe à Chriſto & Apoſtolis mandatũ. Neque vero alicuius rei praxis fuit omnibus ſæculis in ore Chriſtiano magis clara & illuſtris. Et hoc principio erat initium Imperij Græcis eripiẽdi & conferendi Francis. Neque enim Imperiũ Conſtantinopolitanum Pontifice inſtitutũ eſt, ſed poſtquam in Conſtantinopoli magno Chriſtianũ effectum eſt, perpetuò Imperatorium honorẽ vel ſucceſſione vel militari electione collatum retinuit, eoſque Eccleſia tota vt legitimos Imperatores venerabatur. Quum tamen Philippicus Conſtantinopolis Patriarcha Catholicus exilium acto *hæreſiarcham ſuffecisit, eiuſque mata Romam miſiſſet, mandans vt omnium conſen probarentur*, & antegreſſis ſex generalibus Con ſeſe hoſtem declaraſſet, Pontifex Romanus modò Imperatoris edicto decreta contraria mulgauit, verùm etiam præterea *conſtituit ne imperatoris hæretici nomẽ publicis ſcriptis aut priuatis, in ar gento, plumboue reciperetur*. Nec multò poſt quum Leo Iſaurus *odio Pontificis Romani omnes in Imperio Rom*

Paulus diaconus lib. 8 Platina in Conſtatino. Sigibert. Chronic. ann. 712. Regino Chron. l. 1. Marianus Scotus ann. 712.

Sanctorum

Sanctorum imagines picturasque deleri præcepisset, Gregorius II. *Pontifex Romani huic impietati non modo non obtemperauit, verùm etiam omnes Catholicos admonuit ne in tantum errorem, vel timore vel edicto principis, vllo modo laberentur. Qua cohortatione adeo animati sunt Italiæ populi, vt parum abfuerit quin sibi alterum Imperatorem diligerent. Sed quo minus id fieret, Pontifex authoritate sua obstitit.* Simul tamen *vt sanctissimum virum decuit, per literas Imperatorem monuit vt hoc aliisque impiorum erroribus omissis veram fidem amplecteretur.* Qui cùm monitoris impatiens multò quàm antea furiosius in amentia progrederetur, Christianosque vnà cum ipso bellum imaginibus sacris non inferentes *caperet, & tyrannicè obtruncaret*, & amoto Catholico Constantinopolis patriarcha hæreticum eius loco imponeret, successor Gregorij secundi Gregorius III. *cum cleri Romani consensu imperatorem illum simul Imperio, & communione fidelium priuauit.* Post quam sententiam, *Italia Occidensque totus ab eius obedientia recessit, nec deinceps vectigalia ei voluit persoluere.* Quumque proximi Imperatores Constantinus Copronymus eiusque filius Leo in eodem furore pergerent, nec moniti ad sanam mentem redirent; neque Christiani Ecclesiæ Occidentalis sub eorum dominatum redire voluerunt, sed de alio Imperatore sibi prouiderunt. Atque hanc fuisse veram causam cur Italia & Occidentis Imperium ab Orientis Imperatore auulsum sit, & Latini & Græci fatentur.

Ann. 714. Platina in Greg. 2.

Platina in Gregor. 3. Sigibert. ann. 727. Paul. Diacon lib. 21. rerum Romanarum.

Glycas in Annalibus part. 4. Zonar. tom. 3. in Leone Isauro.

9 In proximo autem Francorum Imperio quanta fuerit Pontificis authoritas, non quando Francis præsidebat hæreticus (neminē enim aliquādo vel ex Merouincijs, vel ex Carolingijs vel ex Capeningijs, regem Francorum hæreticum ad nostram vsque

9

memoriam vlla sæcula viderunt) sed quandò Gallorum Imperio præerat vir ignauus & reipublicæ Christianæ incommodus, omnes historiæ loquuntur, & nos suo loco explicauimus. Posteà verò cum Philippus I. ante annos ferè quingentos, legitima vxore repudiata, nobilem quandam Andegauensis Comitis vxorem nefario matrimonia sibi adiungeret, Vrbanus secundus summus Pontifex, natione Gallus, aqua & igni regi interdixit, & ne diadema regium ei imponeretur præcepit, illudque anathema Pontificis, amplissimo assensu generalis Concilij Claromontani in ipsa Gallia coacti, in quod plusquam trecenti Episcopi ex orbe Christiano conuenerunt, comprobatum est. Valdeque dignũ est animaduersione quod ex optimorũ Galliæ episcoporum sententia S. Iuo Pontificẽ Romanum hortatur, vllo modo regẽ absoluat, donec is plenè se correxisset & adulteram à se repulisset; etiamsi rex intestinis valde tumultuaretur, & ingentes minas ædens, schismatica separatione totum Galliarum regnum à Romani Põtificis obdiẽtia auulsurũ, nisi illi abominatas eas nuptias approbaret, vel saltem permitteret. Sic enim S. Iuo. *Qui ad vos venturi sunt, in calliditate ingenioli sui & venustate linguæ, impunitatem sibi impetraturos Regi à Sede Apostolica promiserunt, hac ratione ex parte vsuri, regem cum regno ab obedientia diuisurum nisi Coronam restituatis, eumque ab anathemate absoluatis.* Quid verò pontifici hoc in loco faciendum censet doctissimus Episcopus? Num concedendum? num dissimulandum, regisque furori indulgendum? Nihil minus. *Non est meum (inquit) instruere vestram prudentiam, cuius potissimum interest, iniquitati errata non fouere sed ferire. Si tamen aliqui per dolum euidenter ab vnitate matris suæ Ecclesiæ discedunt, quia iam prædẽ mente discesserunt, consoletur Sanctitatẽ vestram*

Supra c. 2. para. 4. & 6.

Nauclerus generatione 37. pagina 157. Paulus Æmil. hist. lib. 3. in rege 38 Papir. masson Annal. lib. 3. Philippus. Consentia vetrum Galliæ Episcoporum

Iuo epist. 28.

dinum responsum, Reliqui mihi septem millia virorum 1. Regum 19. & illud Apostoli 1. Corrint. 11. Oportet hæreses esse. Quumque hac via tanquam leonis pelle rex ille nihil proficeret, ideoque mox vulpinam assumens Romam se profecturum summa cum humilitate ad impetrandam absolutionem in vulgus emitteret, S. Iuo ea de re ad Pontif. summum scribens, *Notum* (inquit) *facio Sanctitati vestræ, quòd Francorũ rex Romã se in proximo venturũ dicit, quod tamẽ non credimus. Sed seu veniat: seu mittat, cauete & vobis & nobis, vt semper clauibus & catenis Petri fortiter tenatur: & si forte absolutus fuerit, & ad vomitũ sicut iam contigit reuersus fuerit, è vestigio iisdem clauibus recludatur, iisdẽ catenis religetur. & hoc literis vestris omnibus Ecclesiis manifestetur:* quo sic Galli alijque Christiani omnes cognoscant quemadmodum erga eum se-se gerere debeant, nimirum non vt erga regem Catholicum & Christianissimum, Ecclesiæ Catholicæ filium primogenitum, sed tanquam schismaticum, vel excommunicatum, & ab eiusdem Ecclesiæ vnitate omniumque Christianorum communione præcisum. Quo tempore toto (quamdiu nimirum Philippus iste mansit excommunicatus) in communibus & publicis scriptis, vbi de more regis nomẽ solebat interseri, *regnãte Philippo*, hoc omissum est, eiusque loco *positum*, *regnante Christo*. Quanquam autem post mortem Vrbani P P. regis fautores cristas non nihil cœperunt erigere, & quidam etiam Ecclesiastici eidem adulari; summam tamen in Gallicanis Episcopis vniuersis constantiam & fortitudinem ostendit, quòd memorant historici *valde tu laudatam fuisse magnitudinem animi Ioannis legati Romani quòd abstinuerit à communione Philippi Regis, & vituperatos quosdam Belgarum Episcopos qui contra interdictu summi Pontificis, coronam regi*

Idem epist. 49.

Summaire de l'histoire de frã. Par Nic vignier &c. anno 1290.

Paulus Æmilius lẽ. 3 in rege 38. Vide Iuonem epist. 134.

imposuerunt qua si mortua fuerit iustitia, quũ mortua fuerit Vrbanus iustitiæ præco. Ex qua historia tota pendet tur in excommunicatione, ad reges stringendæ quanta sit vis; optimòsque eius ætatis Gallicanos Episcopos ita propter eandẽ à regis consuetudine cauisse, vt quũ coronari vellet mortuo Vrbano eum excõmunicauerat, ab aliquo Gallicano Episcopo eum honorem impetrare nõ potuerit, sed Belgas & semigallos cõfugere sit coactus. Et tam eum Episcopum Gallicanum, aut omnino Gallum & non potius semiuirum & effœminatum aliquem Cybeles sacerdotem putabimus, si quis Nauarræ capiti diadema Gallicanum imponere voluerit? Aut num maius fuit peccatũ Philippo illi repudiare legitimam vxorem & meretrici adhærecere, quàm Henrico isti Catholicã Ecclesiam reiicere & cum synagoga Satanæ per incestã hæresis suæ libidinẽ copulari? Aut non cadẽ est hodierna die potestas Sixti Põtificis & Cõcilij Tridẽtini, quæ tũ Vrbani Pontificis & Concilij Claromõtani? Et qualis est theologia istorum dementissimorũ hominum qui tã furiosè cõtendunt regem Gallorũ à nemine mortalium posse excõmunicari? Sic enim nuper Androgyni Catholici Caluinistæ prædicari curarunt, quò regẽ suum Nauarræũ omnibus & Concilijs & Pontificibus faciãt superiorem. Ecquis rõ Christianus concipere potest huius theologiæ fundamentũ? Illud nimirum (opinor) dicent regem suum Nauarreum hominẽ Christianum non esse, nouem Christi non esse, in Ecclesia Christi & communione eius non contineri, nec esse Christi sanguine redemptum. Hoc certè quidẽ dicãt opus est, & vt eum vel Angelum, vel Diabolum, vel saltem Paganum aut Turcam, non autẽ Christianum faciant necesse est, siquidem eum ab Ecclesiæ disciplina, & Pastorali summa

Rex Galliæ excommunicatus.

Apologie Catholique parte 2. pag. 164. & 165.

summi subiectione volunt abstrahere. Sin verò Christianus est, etiam si hæreticus, subiectus est præposito & curatori animæ suæ: si ouis, habet pastorem cui obediat, si sit in Ecclesia, habet Episcopum à quo regatur, à quo corrigatur, à quo ligetur & soluatur, à quo cælorũ claues gerente celũ ei aperiatur vel claudatur, & à quo si Ecclesiã contẽpserit, tanquã *Ethnicus & publicanus* à Christianis cauẽdus esse denũtietur. Denique si sanguine Christi redẽptus est, reuereri debet Petri successorẽ tanquã præsidem suum, vt pote cui Christus eum pascendum commisit, *& qui* (vt diuinè scripsit doctissimus sanctissimusque Episcopus D. Chrysostomus) *sanguinẽ suum effudit vt eas pecudes acquireret, quarum curam tum Petro, tum Petri successoribus cõmittebat.* Sed vt ad historiam reuertar, is qui ea ætate & doctissimus & sanctissimus fuit in Gallicana Ecclesia Carnotensis Episcopus Iuo propter admirabilem pietatem Sanctis post mortẽ annumeratus, quum post hoc Pontificis anathema à rege in Aulã accersetur, & vnà moneretur vt milites quosdã regi cõtra hostes in auxilium submitteret, vtrique ita respondit, vt egregiũ & verè Apostolicum Galliæ episcopis vniuersis obedientiæ erga Deum magis quàm regẽ exemplum præbuerit. *Ad vos ne veniam* (inquit) *magnæ & multæ causæ me prohibent. Nam & Papa Romanus interdixit vobis authoritate Apostolica thorum mulieris quam pro vxore habetis, & interdicit etiam omnibus Episcopis ne capiti illius mulieris coronam imponant. Parcens igitur malestati vestræ, vestram dissimulo adire præsentiam, ne Sedis Apostolicæ iussione compulsus, cui vice Christi parere me oportet, quod nunc dico in aure, cogar in vestris & multorum auribus publicare.* Id nimirum veri & Apostoloci est Episcopi, à regis Aula & presentia quem summus pastor Ecclesiastica cõmunione ob

Heb. 13.

Matth. 18.

Chrysost. li. 2. de sacerd. an initio.

Officium boni Episcopi erga regem excõmunicatũ.

Act. 5. 29.

Iuo inepist. 105. vide Belforest lib. 3. ca. 25

manifesta scelera priuauit abstinere nisi forte vi
cum capitis sui periculo, vt Ioannes Baptista, Be
bylas martyr, D. Chrysostomus, D. Thomas Cu
Math. 18. tuariensis, & similes diuinæ constantiæ & liber
viri, velit reges impios non aliter quàm Ethn
vti monet Christus, liberè de suis sceleribus, &
lam coarguere. *Milites autem* inquit *mei* (quor
Episcopus quia erat simul Comes Carnoten
bebat suppeditare) *pene omnes vel absunt, vel pro
Ecclesiæ violata sunt excommunicati, quos sine sacr
reconciliare non valeo, & excommunicatos in hostem
non debeo.* Ita regem iustè Apostolica sententia,
lium communione priuatũ, à veris Christianis
in pace, nec in bello, regio honore afficiendum
egregiè declarauit.

10. 10 Id quod item in Anglia erga Ioannem re
episcopi proceresque eius regni prestiterũt. Is
cùm propter indigna & nimis atrocia Eccles
Polido. lib. 15. Annales Angliæ in Ioanne. spolia atque sacrilegia, per Innocentium III. po
ficem excommunicatus & regali in subditos
priuatus esset, propterea q; episcopi omnes vir
& altero excepto eum deseruissent, & ex Ang
Galliam demigrassent: mox ciues etiam, & m
& militum tribuni, & arcium præfecti magno
mero ab eius Aula & obedientia discesserunt
in Galliam, alij in alias Insulæ partes. Quum
Ioannes conscripto exercitu contra Scotorum
gem profecturus esset, proceres regni sese cum
mitaturos negarunt, causamque postulanti
ponderunt, *eam cuiuis esse perspicuam*, quoniam
delicet *scirent eum à Pontifice excommunicatum*, prop
tereaque non poterat vllam à subditis suis
pectare subiectionem quandiu ipse maneret
bellis Christo & Ecclesiæ, quibus ex Christ
na disciplina primo tenebantur obedire. Qu

Rex Angliæ excommunicatus & depositus.

necessitate

necessitate permotus, quòd etiam resciret Gallorum regem Philippum Augustum magnos ad regnum eius inuadendum facere terra marique apparatus (rex enim Galliæ iustam & piam belli causam duxit vt *Episcopos extorres sedibus suis restitueret, omnesque Franci contra Anglum excommunicatum se ituros ingenti assensu profitebantur*) Pontifici se submisit, & episcopos reuocauit, & illis alijsque proceribus se satisfactutum, summa religione iurauit. Et quàm fuit in rebus prosperis ferox & insolens, tam in aduersis fractus atque abiectus, *ad legati romani pedes regia insignia posuit priuatusque & quis se tandem maneret exitus, quinque dies egit, sexto vt ingens munus & propè desperatum beneficium à Romano accepit diadema, se beneficiarium, Angliamque ac Hiberniam vectigalem sacrosanctæ potestatis professus.* Vt autem quæ Episcopis, proceribus, totique regno promiserat, sincerè itidem præstaret, nec post sublatum interdictum ad veterem tyrannidem rediret, *proceres gentis iureiurando adacti sunt, si qua parte à fide decederet, se eũ quacunque ratione coacturos, vt conuenta præstaret.* id quòd factum est. Quum enim promissa minus fideliter exoluueret, vniuersum cõtra se regnum concitauit & post ærumnosam vitam in ciuilibus bellis miserè exactam, longè miserius obijt. Scoti item etsi in rebus politicis æterno ferè dissidio ab Anglis diuisi, in hac tamen Christianæ disciplinæ erga reges praxi, cum Anglis fuerunt coniunctissimi. Id quod ante annos ferè mille in Frechardo rege mõstrarunt, qui quòd valde esset & in homines crudelis, & in Deum impius, adeò vt vxorem iugularet & stupraret filias, propter quæ scelera ab episcopis Christianorum communione eiectus est, mox *proceres ad eum puniendum copias contraxerunt*: quos etsi episcopus Colmannus cohibuit, prædicens breui

Æmil. lib. 6. in Philippo Augusto rege 41.

Ibidem. fo. 278.

Ibidem.

Supràũ fol. 85.

Buchan. hist. Scotticæ. lib. 5. pa. 153. Rex Scotiæ.

affuturam diuinam vltionem, quæ eos tanta mole
stia liberaret, iuxta cuius vaticinium paucis post
diebus pediculari morbo consumptus est, exclam
meritò sibi hoc euenire, qui episcopum illum benè moni
spreuerat, tamen episcopum retardasse procera
hoc bello non tãquam illicito, sed tanquam min
necessario, quoniam vltio mox secutura immi
ret diuinitus, patuit ex auo istius altero rege
dem nominis, qui quũ sceleratissimus esset, &
minatim *reus hæresis Pelagianæ, & contemptus bapti*
& aliorum sacramentorum, propter hæc à Nobili
suis captus est, & in carcerem coniectus: vbi ipsi
bi violentas manus intulit.

Ibid. pag. 352.

Longè minora fuerunt scelera Sanctij II. reg
Portugallię, propter quę tamẽ & clerus & nobili
magna ex parte, & imprimis optimus prudentis
musque ille Rom. sedis Pontifex Innocent IIII.
Consilio generali Lugdunẽsi eũ censuit abdican
vel ita saltem coërcendum, vt eo honorifiè quo
modo priuatã vitã agẽte, penes curatorem ma
regni illius administratio. Scelera autẽ eius fuer
quòd animo erat remisso & ignauo, quòd ad vo
ris nutum res grauissimas disponeret, quòd ad
quidam regis facilitate & negligentia elati popu
grauibus tributis opprimerent, quòd ad Eccles
orphanorũ, viduarumque defensionẽ, non ea
regẽ decebat cura & generosa magnanimitate
cũberet. Has ob causas bona pars nobilitatis &
ri, fratrẽ eius Alfonsum Comitẽ Bolonien
cariũ (vt ita dicã) regẽ elegit. hanc que electio
probans clarissimus ille pontifex, missis litera
vniuersos Portugalliæ proceres, *Mandamus* (inq
quatenus dilectum filium virum nobilem Comitem Bolo
ensem quum ad curã & administrationem generalem &
beram regni eiusdẽ iam sit assumptus, vbi ad vos adue

Rex Portugalliæ.

Duardus Nonius in hist. regum Portugal. & in Censura lib. de vera Portug. regum genealogia.

Sexto Decretal. li. 1. tit. 8. de supplen. ne-

in ciuitatibus, castris, villis, & munitionibus regni, cum omnibus suis recipere, ac eius dispositioni, ordinationi, & mandatis vniuersaliter singuli & singulariter vniuersi per omnia & in omnibus intendere absque difficultate qualibet procuretis: impendentes illi contra quoslibet repugnantes, ac etiam violentos, auxilium, consilium & fauorem. Id quod si facere neglexeritis, *fratribus nostris Bracharensi Archiepiscopo & Episcopo Colimbrensi præcipimus, vt ad id vos per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compellant.* Neque verò est cur quispiam vetera aliqua promissa aut iuramenta regi Sanctio facta obijciat, & ijs se impediri queratur ne Sanctio derelicto Alfonsi se potestati subijciat. Nam quum populi salus & Ecclesiæ Christi defensio hanc status in illo regno mutationem deposcat, ineptum est hoc loco hisque temporibus iuramentum prætexere, ne reipub. simul & Ecclesiæ ruinam iam nunc minanti succurratur. ideoque *mandamus* inquit Pontifex *hæc à vobis præstari, fidelitate, homagio, iuramento seu pacto, si aliquibus forte præfato regi vel cuicunque alij personæ tenemini, aut etiam ipsius regis prohibitione nequaquam obstantibus.* Atque ita vniuersus populus paucis admodũ exceptis, amoto Sanctio ad Alfonsi se dominatum & authoritatem contulit. *gligen. præla. cap. 2.*

Neque Polonia Germaniáque illustribus caret exemplis huius Christiani & in episcopis & in regibus officij. Boleslaum enim Poloniæ regem quòd infami esset libidine, & nimia crudelitate, nec ex æquo ius diceret, & subditos intolerabilibus exactionibus opprimeret, admonuit cõstanter Stanislaus episcopus Cracouiensis, nec indignè ferenti, & minas intentanti pepercit, quo minus (quod episcopalis erat muneris) eum subinde suorum grauissimorum scelerum argueret. Quumque verbis nihil proficeret, rexque ei morte minaretur, ipse regem sacris *Cromer. de rebus Polon. lib. 4. Crantzius Vandal. li. 3. cap. 13. 14. Munster. Cosmogra. lib. 4.*

sacris tota vrbe Cracouiensi interdixit: id quòd regem offendit, vt captata opportunitate, dum intra vrbem episcopus in tacello quodam diuinum sacrum peragit, irruens in eum cum suis satellitibus prophanus rex, episcopi ad altare stantis caput abscinderet, eiusque cerebro parietes cruentaret: cuius corpus mox in minutas partes à lanistribus est dissectum & obiectum canibus. Quam ob causam Pontifex Romanus Gregorius VII. absoluit *ab eius obedientia omnes principes, Barones & Vasallos regemque Boleslaum anathemati subiecit, totamque interdixit Poloniam: cui etiam Coronæ regalis conferendæ ius abstulit, ne de cætero quispiam principum, absque speciali consensu Sedis Apostolicæ coronaretur.* Boleslaus autem à suis expulsus fugit in Hungariam, vbi proximo anno, *Dei vindicante, in amentiam incidit*, & ipse sibi mortem conscisiuit. Quo ita interempto, Polonis eius fratrem Ducem Vladislaum regem suum constituunt. Qui *quanquam vsurparet regium titulum, non tamen fuit coronatus, horrentibus episcopis Apostolici mandati prævaricationem.* Post huius autem mortem ab illo positum est nomen regale, nec ducentis deinceps annis vsque ad Premislaum II. cuiquam Polono est tributum. Hic verò primus ab Archiepiscopo Gnesnensi, veteri more repetiti vnctus & coronatus est, assentiente Romano pontifice, qui ordinauit vt in posterum ad honorandam Stanislai episcopi Cracouiensis memoriam, rex Polonus in Cracouiensi Ecclesia coronaretur. quod ius deinceps Cracouiensi Ecclesiæ pontificijs diplomatis perpetuum fuit dictum est.

Rex Poloniæ.

Munster. vbi supra. pag. 895.

An. 1295. Cromerus lib. 11. Munster. pag. 900. 901.

Imperator Germaniæ excommunicatus & depositus.

In Germania autem vt Ludouicum quartum, Othonem item IIII. & Henricum III. breuitatis causa prætereā, à sui temporis pontificibus, Alexandro III. Iohanne XXII. Innocentio III. & Gregorio

tio VII. exauthoratos, vnica Frederici II. historia satis manifestè docet & quæ sit pōtificum erga Imperatores authoritas, & quæ fuerit orbis Christiani de tali pontificum authoritate fides. Excommunicauerat illum primò Honorius tertius & deinde Gregorius nonus. Quum tamen potentia & vi imperium retineret, & in Germania Italiaque multi propterea cruentissimi tumultus nascerentur, obeunte Gregorio, Innocentius quartus in Generali Concilio Lugdunensi, missis orbis Christiani nomine legatis Fridericum ad pacē inuitauit, pollicitus quæcunque optari possent ad sarciendam Ecclesiæ cōcordiam Et si quidem Fridericus *diceret quòd in nullo contra iustitiam læserat Ecclesiam, aut quòd vel Pontifex defunctus, vel Innocentius contra iustitiam eum læsissent, parati eramus (inquit pontifex) vocare reges, prælatos, & principes tam Ecclesiasticos quàm sæculares ad aliquem tutum locum, vbi Fridericus vel per se, vel per solennes nuncios conueniret: eratque parata Ecclesia de concilio Concilij satisfacere illi si eum læsisset in aliquo &c.* Quum vero Imperator omnē istiusmodi pacificationem respueret, & obstinatè incæptos tumultus tota Germania Italiáque foueret, *pacemque inter Ecclesiam & Imperium* stabilitam infringeret: & ob grauem hæresis suspicionem, & ob sacrilegia, & quia Ecclesiastica iura sibi vsurpauit, & quia contra fas iusque bello pōtificiam vexabat ditionem, & quia sua insigni simulatione expeditionem in Orientem contra Saracenos cum magna Christianorum clade impediuit, & quia episcopos à Gregorio Romam ad Concilium generale vocatos, Cardinalesque varios, obsessis itineribus cepit, & in vincula coniecit, *qua ex re Gregorius tantum dolorem cepit, vt non diu superuixerit*, & quia episcoparus & monasteria 40. in odium Papæ expoliauit, multosque sacerdotes ablatis eorum bonis su-

Innoc. in Concilio Lugdun. Sext. decret. lib. 2. tit. 14. ca. 2. Ad Apostolicæ &c.

Paulus Lāgius chron. Citizense an. 1219. & 1227. 1229.

Platina in Greg. 9. Alber. Crant. Saxon. lib. 8. cap. 8.

Concilium Lugdunense vbi supra.

nis suspendit; *ob hos & ob alios eius nefandos excess nos cum patribus nostris*, inquit Innocentius Pontifex, *& sancto Concilio post diligentem deliberationem, tua thoritate quam Christus Iesus in B. Petri persona pastoribus tradidit memoratum principem qui se imperii gnis, omnique honore & dignitate reddidit tam indig omni honore ac dignitate priuatum à Domino esse denunciamus, & simul sententiando priuamus: omn ei fidelitatis iuramento tenentur astricti, ab huiusmo ramento absoluentes: authoritate Apostolica firmiter hibendo, ne quisquam deinceps ei tanquam Imperato regi pareat, decernendo quoslibet qui ei deinceps velu peratori vel regi consilium auxiliumue præstiterint, fa uorem, ipso facto excommunicationis sententiæ subia*

Iudicium Papæ comprobatum ab orbe Christiano.

Ita Pontifex. Neque tum fuit aliquis in o Christiano princeps, vel respublica, quæ pon cis sententiam improbauit, si eos excipias q armis militibusq; Fridericus sibi habebat allig

Genebrar. in Chronolog. anno. 1254.

Electores quidem principes successorem ei c runt Henricum Lantgrauium Turingiæ D. Eli bethæ filiũ, eòque defuncto Guilielmum Com Hollandiæ Galliæ rex Ludouicus Sanctus cum bus viribus pontificis iudicium roborauit, & Fridericus paulò post, cum immenso exercitu se

Belforest in annalib. lib. 4. cap. 9.

ginta millium, partim Germanorum, partim T catum & Saracenorum (quos longè quàm Chris anos habebat chariores fouebatque magis) à to minoribus pontificis copijs profligatus, fugit

Nauclerus generatio. 42. pag. 308. 309.

Apuliam, vbi à Manfredo filio spurio, iniecto puluino dum dormiret suffocatus est. Neque opus est exquirere singulorum principum sufra gia, quando in Concilio Lugdunensi habemus ge neralem omnium Christianorum, saltem Occiden tis consensum. Quin & ipsi Imperatores Græci in his inter Fridericos patrem & filium Romano

que pontifices tumultibus, suos Romam mittunt Oratores, vt vel fauore, vel præmijs, vel subministratis contra schismaticos Germanos auxilijs, Imperialem dignitatem à pontifice sibi procurarent tanquam postliminio reddi, quando eadem iam suppetebat eius Germanis eripiendæ, & Græcis iterum tradendæ causa, quæ prius pontifices impulerat vt Græcis ablatam ad Francos Carolumque Magnum transferrent: Græci (inquam) hoc facto suo, satis clarè demonstrarunt nec ipsos dubitasse qui in Pontifici Romano iusta fuerit huius honoris dandi & auferendi potestas. Hac siquidem tempestate *Emanuel Imperator Græcus legatos ad pontificem misit, qui ei pollicerentur & magnas copias in Fredericum, & mentem omnium Græcorum cum Ecclesia Rom. conuenientem, vt Occidentalis & Orientalis eadem fieret, si pateretur Imperium Romanum antea diuisum in vnum corpus redigi.* Sed renuit pontifex, & re infecta dimissi legati. Quum verò deinde Fredericus atrocius Alexandrum persequeretur, & Roma à militibus suis Germanis capta in Apuliam fugere compulisset, eo iam in maioribus angustijs posito, *misit rursus Emanuel alios Oratores, qui maiora pollicerentur si pontifex in suam sententiam descenderet, & Coronam Occidentalis Imperij qua Fridericus iustè & debitè priuatus videbatur, Constantinopolitano redderet.* Verùm ille habito consilio Cardinalium maxima grauitate & constantia non tam quid sibi in præsens, quàm quid in posteritatem & vniuersè rebus Christianis vtile futurũ esset cõsiderans, *respõdit se nolle id in vnũ contingere, quod olim de industria maiores sui disiunxissent*, vnde rursus spe sua frustrati legati domum redierunt, ita tamen vt certum argumentum relinquerent, eam fuisse Ecclesiæ Græcæ hoc tempore fidem, quòd pontifex Romanus iustis de causis, ea quàm à Christo

Ecclesia Græca probat sententiam Papæ.

Platina in Alexandro 3. Nauclerus generatio. 39. pag. 225.

Nancl. ibi. pa. 226.

Summa constantia & æquitas pontificis Rom.

sto deriuatam habebat potestate, Imperium Occidentis & Orientis vel desiũctum colligare, vel ligatum potuerit disiungere, eademque ratione [illegible] Imperia in vnum contrahere, qua maiores eorum in duo separauerant.

11 Neque verò est quòd hæretici more suo ganniant, hæc facta esse à pontificibus impijs, bis, ambitiosis, furori, vindictæ & gloriæ suæ gentibus. Si enim his perturbationibus occ recta ratione auersi fuissent: nunquam Alex hanc tam præclaram occasionem se de inimic ciscendi, tam opportunè oblatam, eamque adeò babile & speciosò prætextu fundatam (quid erat in speciem glorioſius quam distractas Orie & Occidentis vires in vnum redigere?) præter fisset. Sed qui nouerit quàm ignauè, seditiosè, fa legè, & hæreticè hac ætate Imperium Græcum rit administratum; vt patriarcha Constantinop tanus vir sanctissimus reipub. miseriam deplo loco cesserit, in cuius locum ab auaro Imper Alexio *suffectus est spado, simplici vir ingemo, & qui in angulo magis quàm in clarissima Orientis* degeret; quo tamen post triennium deturbato, sublimem illam cathedram *euectus est Nicolaus* matícus (quæ Ecclesiasticæ & episcopalis honoris sordidos homines traductio, ruentis Ecclesiæ est præsagium) qui meminerit vt ijdem Græci cu suis Imperatoribus Christianos Germaniæ & G liæ hoc sæculo in Asiam Turcis debellandis m mo numero commeantes, nequissimè contra fide datam oppugnauerint, *quos per insidias arctis & opp tunis locis collocatas interimebant, clausis portis vrbium gressu arcebant, & si quid Christiani emere vellent summa de muro attrahendæ pecuniæ causa demissa, pro ea summa commeatus prout Græcis ipsis placuit, subministrabant,*

Improbitas & impietas Græcorum.

Glycas in annalib. parte 4. & Iohannes Commenus in continuatione Glycæ annalis, pag. 470. 479.

sęp
mis
eban
cud
dare
est &
lum
Græ
spic
hun
turn
mu
Tur
pen
aute
fere
nica
mo
ana
us,
Test
con
cere
roic
nica
Græ
ctiss
tan
pter
prop
prin
pon
cop
fere
Nat

sæpe perparcè, sæpe nihil penitus; aliquando calcem farinæ miscentes, panem corrumpendo exercitui pestiferum efficiebant, Imperatoris iussu de argento minimè probo pecuniam cudebant, quæ vendituris aliquid ex exercitu Alemannico daretur; idemque Imperator missis literis Turcas hortatus est & edocuit quemadmodum cum Latinis illis bellum gerere debebant : hæc qui recordatur ab ipsis Græcis historicis scripta & memoriæ mandata, perspiciet pontificem Romanum diuino potius quàm humano consilio, nec perturbatione animi sed maturrimo iudicio adductum fuisse, ne populo adeò mutabili, inconstanti, religionem negligenti, & ad Turcas magis quàm ad Christianos iuuandos propenso Imperium rursus tradendum censeret. Illis autem reliquis pontificibus, qui in Imperio transferendo, vel regibus & Imperatoribus excommunicandis, deponendis, mutandis, ita infracto animo laborarunt, nihil vnquam respublica Christiana ea tempestate vidit sanctius, nihil prudentius, nihil religiosius : quemadmodum & in veteri Testamento illis prophetis pontificibusque qui contrà suæ tempestatis tyrannicos reges eadem fecerunt, nihil fuit suo tempore magis diuinũ & heroicum. Gregorius etenim secundus qui excõmunicato Philippico, prima iecit fundamenta Imperij Græci ad Latinos transferẽdi, vir græcè latinéq. doctissimus, propter summam liberalitatem in reparandis publicis ædificijs, mœnibus, templis; propter castitatem, sapientiam, sanctitatem, in primis propter summam mansuetudinem & pacem inter principes procurandam ita laudatur, vt eum proponant tanquam singulare harum virtutum episcopalium exemplar : cuius certè in hoc ipso transferendi Imperij negotio mira eluxit moderatio. Nam cùm Itali detestantes dominatum Imperato-

Vide Græcorum nequitiam in Paulo Æmilio li. 5. in Ludouico Iuniore rege. 40. fol. 225. 226.

Istorum pontificum Roman. summa bonitas, prudentia & mãsuetudo

Gregorius 2.

Platina. Genebrar. Marianus Scotus.

ris Græci Ecclesias spoliantis, *suos quisque dum ma-*
stratusque ipsi creassent, pontificemque rogassent vt hu-
ci generis Cæsarem designaret; is illud se facturum ac-
quòd compertum haberet, Leonis tantùm & assentio-
lus illud fuisse non Græcorum omnium, ideoque tum
ctione sua tantummodo *vetust vectigal illi pend*
gorius verò III. & Zacharias, qui quod Greg-
Gregor 3. II. inchoauerat perfecerunt, quum alter fuer-
rus, alter Græcus, vterque Græci Imperij alum
Leo item III. nunquam in cæptis Gregorij II. p
uerassent, sed Græcos potius quàm Francos Im
rialibus honore frui voluissent, nisi maximæ ratio
ipsa nimirũ religionis Christianæ veritas & Ec
siæ tuendæ necessitas aliud suasisset. Nam etsi
Platina in Gregor. 3. Genebr. in Greg. 3. Naucler. generatio. 25. pa. 788. nihilo quoad perfectam virtutum omnium co
xionem Gregorio II. inferiores. Hic enim III.
singularis doctrinæ, & humanitatis præcipuæ, græcè lat
que doctus, mentem diuinæ scripturæ ita callebat, vt
prædicatione atque interpretatione rerum abditarum
vinceret: ita autem sanctæ viuebat, vt iudicarẽ diffic
set, vtrum promptior lingua, an opere habendus esset. V
tæ denique humanitatis ac beneficentiæ fuit erga pau
captiuos, ære alieno nexos, viduas & pupillos, vt fere
Zacharias. *parens ac pastor merito vocaretur.* Zacharias autem
Ibid. *tione Græcus, optimus pontifex, vir fuit mitissimi ingen*
miræ suauitatis ac gratiæ, omni virtute præditus, ad
tardus, ad misericordiam & clementiam promptissim
nulli malum pro malo, sed pro malo bonum reddens, v
ante pontificatum habuerit inimicos & æmulos, eos
pontificatu præmijs & honoribus affecerit: ipsis hostib
Blondus decad. 1. li. 10. adeò amabilis, vt Longobardorum rex, antequ
Pontificum Rom. hostis, huic tamen magna
præclaras vrbes dono dederit. Neque Leo III. b
Leo 3. rum alterutri quicquam concessit, *ab ineunte ae*
optime educatus, vir castus, integer, facundus, vtrum
Græc

ſtorum magnus amator, cui ægrotos viſere, eoſque ad patientiam adhortari, eleemoſinas indigentibus præbere, deſperatos conſolari, errantes in viam reducere prædicando, admonendo, quibus plurimum ob doctrinam & eloquentiã valebat, peculiare fuit. Homo certe ita mitis ingenij vt omnes deligeret, neminem odio haberet, tardus ad iram, ad miſerendum promptus, inſigni pietate, ſed vna *fortiſsimus rerum Eccleſiaſticarum honoriſque diuini procurator & defenſor.* Et iſti pontifices Græcos Imperatores propter hæreſim Imperio (vt diximus) Occidentis exuerunt. Et quis non ſtatim cogitet viros doctiſſimos & ſanctiſſimos, eoſdemque Græcos, & quum alijs virtutibus inſignes, tum maximè ob pietatem, humanitatem, clementiam, animum à vindicandis iniurijs alieniſſimum, adeò celebres, vt hoſtibus etiam ſuis non ſolum iniurias condonauerint, ſed eos quoque beneficijs cumulauerint, ita voluiſſe non modo regum & Imperatorum, ſed patrię quoque ſuæ honorem minuere, & (vt videri poterat) labefactare potentiam, niſi fides Chriſti & reip. Chriſtianæ neceſſitas, quã omnibus priuatis commodis & affectionibus anteponere debebant, eos ad hæc facienda pertraxiſſet. *Platina in vita eius & Zonar. to. 3.*

Reliqui autem Pontifices, qui eadem authoritate cõtra Galliæ, Angliæ, Poloniæ, Germaniæq. Reges vſi ſunt, Vrbanus II. Innocentius III. & IIII. Gregoriuſque VII. omnes ab hiſtoricis deſcribũtur fuiſſe præſtantiſſimi, & veræ fidei, diuini honoris, Eccleſiæque tuendæ etiam cum capitum ſuorum diſcrimine ſtudioſiſſimi: id quod vel ex operibus eorum quiuis ſtatim animaduertat. Alias enim cur vt alij multi Romæ, otioſi non conſederunt? cur maximorum regum odium, & hoſtilem inimicitiã ſuſceperunt? Cur Vrban⁹ Gallus Gallorũ

regem potiùs lacessere quàm placare voluit, quam naturali inclinatione magis Galliâ amauerit quam Zacharias Græcus, qui tamen ereptum Græcis Imperatorium diadema Gallis attribuit? Sed Dei & defensio religionis quam istis præcipue miserat Christus, eos in hanc cum regibus & peratoribus palæstram impulit, à qua aliàs bra, & musæis & monasterijs educati erant rentes. Vrbanus enim antea monachus, erat doctrina & sanctitate, cuius tota vita, in pontificatu ad reformandum clerum & dam Simoniam, magna & constantia & mode one gestæ, declarant eum fuisse *eo supremo tu dignissimum*. Innocentius tertius, multis ditis insignis, *vita adeò probata fuit, vt quum uendecim in pontificatu vixerit, nihil post eius mort rum omnium immutatum sit, quæ in vita egit, aut improbauit*: quod paucissimis vel in Eccles tificibus, vel in vlla repub. magistratibus al do contigit. Innocentius autem quartus *vel Theologus vel iurisconsultus*, quàm vehemen cem & concordiam cum Frederico expetiuer ijs quæ in Consilio Lugdunensi gessit & sup commemorata sunt manifestò perspici pote goriumque septimum quem pauci aulici, & schismatici carpunt, ita plurimi fideles hist virique Christiani orbis iudicio Sancti habiti, rifícis laudibus extollunt, vt nihil eo fuerit ad bilius, *qui in gremio sanctæ matris Eccles nis euntritus, tam eximiè, tamque Apostolicè vitam ebat, vt nec minimam sinistri rumoris maculam, tion is eius sublimitas admitteret, signaque & prod per orationes eius fiebant frequentius, & zelus eius ser tissimus pro Deo & Ecclesiasticis legibus, satis eum venenatas detractorũ linguas cõmuniebant: cuius*

Vrbanus 2 Platina in Vrbano 2.

Innocẽt. 3.

Nauclerus generatio. 39. pag. 151. Pat. in vita eius. Innocentius 4. Genebrar.

Gregorius 7.

Platina in Greg. 7. Lambertus Schafnab. de rebus germanicis An. 1077

diuinitus est approbata : qui inter omnes sacerdotes & Rom. pontifices, præcipui zeli & authoritatis fuit, qui iustis clamoribus & querimonijs Catholicorum motus, & zelo Dei accensus, Henricum regem excommunicauit : vir certè timens Deum, Deoque gratus, religiosus, iustitiæ & æquitatis amator, prudens, clemens, pauperum &c. patronus, atque vnicus Ecclesiæ Rom. fortissimus defensor, contra hæreticorũ improbitatẽ, & malorum principũ potentiã res Ecclesiasticas per vim occupare conantiũ, & qui propter Deũ, in his quæ ad iustitiam pertinebant, nihil timuisset perficere.

Otho. Frisingens. lib. 6. cap. 36. Martianus Scotus an. 1075. Plat. in vita, & Naucl. generatio 37. pag. 144.

Hæc & similia de his pontificibus scribunt historici fidelissimi, multoque plura & pro istis & cõtra eos reges, quos priuarunt fidelium communione & regno, scripserunt sanctissimi eorum temporum viri, Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus, & alter Lucensis episcopus, vterque post mortem in Sanctorum numerum relatus, Stephanus episcopus Halberstatensis, Abbas Vrspurgensis, Leo Hostiensis, Guitmundus, & alij permulti eius sæculi scriptores egregij.

Anselm. epist. & lib. de Azimo in initio. Anselm. Lucens. in epist. apud Abbatem in Vrspurgẽs. Abb. Vrspurg. anno 1068. Leo lib. 3. histor. Casinensis. Guitmũd. de sacrament. lt. 1. & 3.

Neque tamen solùm vrgeo pontificum probitatem & excellentiam, sed etiam orbis Christiani consensum, Ecclesiæ Græce Latinæque iudicium, Christianorum in illis regnis vbi reges excommunicati erant fidem, eamque & scripturis diuinis, & omniũ ætatum tum apud Christianos tum apud Iudæos praxi perspicuè testatam, adeo vt hæc veritas fuerit & olim inter Christianos maximè certa atque indubitata, & iam post eandem tribus Oecumenicis Concilijs, Claromontano, Lugdunensi, & Lateranensi firmatam, multo magis sine omni quæstione à Christianis recipienda, vt verè Christianus haberi non possit, si quis Ecclesiæ sententiã agnoscens, de ea in posterum disputare aut litigare voluerit. Sic autem est in Concilio Lateranensi decretum. *Si Dominus*

Vide Genebrard. ann. 1087.

Fides Ecclesiæ de regibus hæreticis deponendis.

minus temporalis requisitus & monitus ab Ecclesia terra
Concil. Later. c. 3. suam purgare neglexerit ab hæretica fœditate, per Metropolitanum & comprouinciales Episcopos excommunicationis vinculo innodetur. Et si satisfacere contempserit intra annum, significetur hoc summo Pontifici, vt ex tunc ipse vassallos ab eius fidelitate denunciet absolutos, & terram exponat Catholicis occupandam qui eam exterminato hæreticis, sine vlla contradictione possideant. Sic Concilium illud, ex omnibus quæ ab annis mille in orbe Christiano coacta sunt amplissimum; in quod præsidente Innocentium III. pontificem laudatissimum, præter legatos Imperatoris Romani, & Græci, regum Ierusalem, Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, Cypri, & aliarum rerumpub. Archiepiscopi Græci & Latini 71. Episcopi 412. prælati alij octingenti, præterea doctissimos viros plurimos ex omnibus Christianis regnis conuenerunt.

12. 12. Atque hoc etiam Concilij decretum Episcopos Gallicanos excitare debet vt recordetur actum locum in Ecclesia & repub. Galliæ diuina prouidentia vocati sunt, se speculatores esse domus Israel,
Ad episcopos Gallia. pastores huius populi, quorum negligentia si Christiani Galliæ in hæreses abducantur, *eorum sanguis* de Episcoporum *manibus* Deus iam olim præmonuit se repetiturum. Meminerint non esse temporis
Ezech. 3. 18. dulandi & gratificandi, sed *arguendi & increpandi, opportunè, importunè*, non *consuendi puluillos*, & suppositi
2. Tim. 4. Ezech. 13. 18. di cubitis hæreticorum, sed virga disciplinæ eos castigandi, sed lancinandi eorum vlcera, eaque salubri aceto perfricandi. Reminiscantur ex ea lentitudine quæ Barbaries plusquam Turcica grassetur in Anglia, quæ vastitas & depopulatio facta sit in Estridria; & quam propterea mercedem hæretici, si dominatu rerum potiatur, illis (nisi penitus apostatæ vel

tundere) sint reposituri, vtriusque regionis lamentabili exemplo considerent. Sumant sibi spiritus loco quem & diuinitus & humanitus, ordinatione Christi & reipub. tenent respondentes. Iam nimirum ad radicem Ecclesiæ Gallicanæ securis posita est. Eam & occultis cuniculis & apertis viribus excindere conantur hæretici, & simul Deus tales se pastores excisurum minatur, nisi Ecclesiæ in qua eos posuit episcopos tuendæ & regendæ, & à lupis inhiantibus liberandæ, diligentem fortemque nauent operam. Caueant & horreant quod est in Cõcilio Lateranensi sapientissimè dictum, *negligere, quum possis deturbare peruersos, nihil est aliud quàm fouere: nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto fautori desinit obuiare*. At quid episcopis faciendum est ad hanc tempestatem quæ Galliæ imminet dispellendam? nimirum vt cum principibus quos habent Catholicos, contra pseudoregem quem habituri sunt hæreticum, cum proceribus & ciuitatibus Christianis & Catholicis contra illos Atheos & Caluinianos, suas operas iungant, sua consilia conferant, & suis armis spiritualibus eorum arma temporalia corroborent. Quod eò facient alacrius & animosius, si primò authoritatem sibi à Deo commissam serio reputent, si cum coëpiscopo suo Gregorio Nazianzeno Theologo, perpendant omnes in Gallia principes & regulos quocunque se titulo commendent, siue Nauarræos, siue Condæos, *sui esse gregis oues, quos episcoporum imperio & throno lex Christi subjcit. Imperium enim episcopi quoque gerunt, idque præstantius ac perfectius*. Hoc quum animis infixum atque insculptum habuerint, se pari cum D. Nazianzeno cum D. Ambrosio, cum alijs Hispaniæ, Germaniæ, Poloniæ, veteribusque Galliæ suæ episcopis potestate à Christo esse instructos, tum

Mat. 3.

Act. 20.

Conc. Lat. sub. Martino 1. pag. 788.

Supra fol. 124.

Exempla vet. Episc. imitanda, Gallicana.

Suprà fol. 122. suorum maiorum fortes animos ad memoriam r
uocēt. Ambrosius & Nazianzenus in causa religi
nis non reueriti sunt potentissimos orbis terrarū
Monarchas: quid illi blandiūtur regulo, quocū
tentiam illis Imperatoribus nulla ex parte cōpara
do, & tamē quoad impietatem millies scelerati
Episcopi Hispaniæ. Hispaniæ episcopi *consonam promulgarunt* iam
Deoque placituram sententiā nequis regiā sedem
scendat, nisi prius de religione Catholica in re
Suprà fol. 62. suo sarta-tecta tuenda iusiurandum sanctissim
emittat: *Cuius promissi si rex ipse temerator exister
Anathema maranatha in conspectu æterni Dei, & p
lum efficiatur ignis æterni, similiter & Christiani omnes
cum eo consenserint.* Cur *hanc consonam Deoque
quæstione placituram sententiam* episcopi Galli, co
tra Caluinianū regem, & omnes *qui cum eo consen
rint* non promulgant? cur non denunciant gr
suo Nauarræum esse *Anathema maranatha in cons
tu æterni Dei*, hoc est, creaturam cœlo terræ que
uisam, quem propter hæresim omnes Christiani
gere atque abominari tenentur? Cur quod pu
episcopi Hispani fecerunt, id multò plures episco
& archiepiscopi Galli facere reformidāt? Illic ep
coporum grauitate & constantia, Christiana relig
sic regi dominabatur, vt qui contra eam offend
Suprà fol. 70. rat, qui susceptum in regno adeundo iusiurandi
violauerat, *propria scelera metuens, seipsum regno p
uauerit, se ipse se potestatis regiæ fascibus exuerit*:
apud Gallos qui in exigua prouinciola regend
omnium regum Christianorum iuramenta vio
uit, qui infinitè plura atrocissima & tragica scele
admisit; tantum abest, vt se ea deinceps guberna
Episcopi Germaniæ. da indignum iudicet, vt ad regnum multo maius
amplius ambiosè aspiret, nec scelera & sacrilegia
quæ commisit innumera metuit; sed potius de illis

vt euan-

mãgelicis facinoribus gloriatur. Henricus IIII. etsi legitimè fuisset electus, & à Rom. pontifice Paschali coronatus, tamẽ quod postea euaderet *Simoniacus nefandissimus, inuestituras Episcoporum & alia beneficia ecclesiastica pro pecunia conferens, pro arbitrio denique episcopos constituens ac deponens*, episcopi Germani hoc modo disputabant, & suos docuerunt disputare: *Omnis qui dignitates spirituales vendit, hæreticus est. Henricus autem quem regem dicunt, Episcopatus & abbatias vendit, vt Constantiensem, Bambergensem, Moguntinensem, & plures alias pro pecunia Ratisponensem Augustensem, Strasburgensem pro gladio, Abbatiam Fuldensem pro adulterio &c. quorum omnium testis est cœlum, testis est terra, nec nisi impudentissimè negari possunt.* Ex istis quid efficitur? *Omnes nimirum etiam à furno redeuntes scioli concludent: Ergo dominus Henricus hæreticus est, & pro istis nefandis malis ab Apostolica Sede excommunicatus, nec regnum nec potestatem aliquam super nos quia Catholici sumus potest obtinere.* Hoc vno argumento suæ fidei commissos Christianos Episcopi Germaniæ instruebant, vt Imperatori hæretico excommunicato parendum non esse scirent. Cui & alterum hoc adiecerunt ex sacris literis petitum. *Absit vt dicamus Henricum inter fratres aut Christianos reputari, qui toties Ecclesiam corripientem non audiens, sicut Ethnicus & publicanus habetur, cuius odium pro magno sacrificio Dei offerimus, dicentes cum Psalmista, Nonne qui oderunt te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi.* Hæc argumenta quum plenius & efficacius contra Henricum istum Gallum quàm illum Germanum valeant, cur in Gallia de conclusione non *sciole à furno redeuntes* & omnia hominum genera etiam remiges & baiuli edocentur vt arguant, Dominus *Henricus Nauarræus hæreticus est, & pro suis nefandis malis à*

Chronicon Citizense Pauli Langij. anno. 1057.

Stephanus Episcopus Halberstat. in appẽdice ad Chronic. Mariani Scoti.

Ibidem.

Ad hunc modum Episcopi Galliæ populũ Gallic. debẽt instruere.

lis à Sede Apostolica excommunicatus: Ergo nec regnum
potestatem super Gallos quia Catholici sunt potest obtin-
Cur non è pulpitis prædicatur, eius *odium pro nul-*
sacrificio esse offerendum Deo? Aut num maius pecc
existimant in illo Henrico Episcopatus & Abba
Episcopis & Abbatibus quanquam improbis,
tholicis tamen vendere, quàm in isto Henrico
scopatus accisos & spoliatos flagitiosissimis h
ticis addicere? Aut fædiorem hæresim putant Si
niam illam (quæ propriè hæresis nō est) hac Ca
niana omnium hæresum, & Simoniarū, & blasp
miarum & Atheismorum sentina & Lernaï Pre
Polonis ante annos quadringentos Miecislaus,
historici *Monarcham Poloniæ* vocant. Is quum cop
sam sobolem haberet, filiasque suas, Bohemiæ, S
xoniæ, Pomeraniæ, alijsq. vicinis principibus m
gnis in matrimonium dedisset, ideoque contra s
se firmis præsidijs munitum putaret; ita superbè
minari cœpit, vt subditorum, siue procerum
præsulum (sed istorum maximè) bona licentios
admodum tyrannicè prædaretur. Quare ab *Ar*
piscopo Gnesnensi, & Gedeone Episcopo Cracouiensi, mu
chatu deiectus est, in Casimirum Ducem Sandomirien
eius fratrem natu minorem *translato principatu.* L
enim rex quinque haberet filios, præterfilias plur
illis tamen reiectis Poloni ad fratrem regios ho
res detulerunt, & vnà *Archiepiscopus Gnesnensis cum*
*piscopis Cracouiensi, & Vladislauiensi, cæteris*q; *omnibus*
tificialibus indutus decretum hoc communi sente
factum, *astante Casimiro monarcha, & Baronum multi*
dine pronuntiauit. Qui bona pontificum aut Ecclesiasticar
personarum rapuerit, occupauerit, distraxerit; etiamsi per-
sona sit illustris, & Regali, Ducali, aut quacunq; alia pre-
fulgeat dignitate, anatema sit. Cur hoc anathema quod
omnes Episcopi Poloni iecerunt in magnum illum

Episcopi Poloniæ. Cromerus hist. Polon. lib. 4.

Stanislaus Orichou. in Chimera fo. 55. 56.

Munst. in Cosmog. l. 4

monarcham Polonum à nullo Episcopo Galliæ fertur contra minutum istum monarcham Biernæ, qui tamen illud tanto magis est commeritus, quanto maximum imperiũ Poloniæ, minimo territorio Biernensi est largius & patentius? Quàm erit æterna macula & inexpiabile scelus Episcopis Gallicanis, & personas Episcoporum, & opes Ecclesiarum, & animas omnium in Gallia Christianorum in prædam hæretico prodere, quum illi solas Ecclesiasticorum personas & bona, tam gloriosa fortitudine cõtra tyrannũ defenderint! Aut vero abiecti & effæminati, adeoque & seruilis animi signũ non est tot in Gallia Episcopos contra tenuẽ, & inopem, & sterilẽ regulũ nõ efficere, quod pauci Episcopi Poloni cõtra regẽ, & suis opibus, & tot vicinorũ principũ cognatione, & liberorũ multitudine formidabilẽ sunt executi?

Quod si magis domesticis exemplis delectantur, vt S. Iuonem Episcopum Carnotensem mittam, pulchrè tamen ostendentem quemadmodum erga regem excommunicatum se gerere debeant, quod illustrius signum tãquam alteram Cynosuram qua in turbulentis his fluctibus dirigantur, & quò referant oculos poterunt exoptare, quam magnum illũ & diuinum Remigium Archiepiscopum Rhemensem, totius Galliæ primatem, ad quem in omnibus istiusmodi difficultatibus Ecclesiæ Gallicanæ ordo eos iubet respicere. Ille autem vt viuens nihil ab hac communi Episcoporum Christianorum de regibus excommunicandis fide dissensit; ita moriens hanc suam quasi vltimam voluntatem, & regibus & Episcopis Galliæ commendauit. *Si (inquit) Dominus meus Iesus Christus vocem orationis meæ, quam quotidie pro charissimo filio meo rege, in conspectu diuinæ maiestatis specialiter fundo audire dignatus fuerit, vt sicut à me accepit, ita in dispositione & ordinatione sanctæ Dei Ecclesiæ*

Supra fol. 537. 538

Exemplum & mandatũ D. Remigij lr. de abyciendo Nauarræ.

Histoire de l'Eglise de Rheims li. 1. cap. 12.

Archiepiſcop. Rhemenſis pater regum Galliæ.

cleſiæ perſeueret: benedictiones quas Spiritus ſanctus manum meã peccatricem ſuper caput eius infudit, pleniſ ſuper caput illius per eundem Spiritum S. ſuper addam & ex ipſo reges & Imperatores procedant, qui & in pre ti & in futuro, iuxta voluntatem Domini ad augmen ſanctæ ſuæ Eccleſiæ, virtute eiuſdem in iudicio & in confirmati regnum obtinere atque augere valeant, Hoc regibus Galliæ filijs ſuis chariſſimis mag iſte Gallorum Apoſtolus precatur. Nec dubium quin has benedictiones per manus epiſcopor Spiritus ſanctus illis infundat *qui ſicut à B. Rem acceperunt, ita in diſpoſitione & ordinatione Sanct Eccleſiæ perſeuerant,* & qui *iuxta voluntatem Dom augmentum ſanctæ Eccleſiæ* ſe à Deo Chriſtianis hom nibus præpoſitos eſſe norunt. At quid horum Caluiniſtis regibus vel fingi aut ſimulari poteſt benedictiones has epiſcopales, vt ſuperſtitioſas dent, qui epiſcoporum manus ſibi imponi non ſtinent, qui *contra veterem fidem quam à B. Remigio ceperunt*, nouam perfidiam ab impuriſſimis hær archis hauſerunt, qui *in diſpoſitione & ordinatione ctæ Dei Eccleſiæ non perſeuerant*, ſed eam ferro flam que perſequuntur, qui ſi his rebellionũ ſuarũ te poribus ciuitatem Rhemenſem cepiſſent, ſine co trouerſia corpus huius Sancti vt aliorum alibi ctorum Vulcano conſecraſſent, eòque magis qu hunc Sanctũ dum viueret magis quã alios pla que Eccleſia Romana honorauit, quem Hormi Pontifex Romanus eius ætatis ſuum conſtituit neralem per totam Galliam Clodouæo regna vicariũ. Quum ergo benedictionẽ S. Remigij ci cipere non poſſit Nauarræus, quid ſupereſt nisi maledictio & anathema S. Remigij in eũ iacia

Vbi ſuprà. vti Sanctus ipſe his verbis præcipit. *Si regnum quod ad honorem S. Eccleſiæ, & defenſionem pauperũ*

cum fratribus meis & coepiſcopis omnibus Germaniæ, Galliæ, atque Neuſtriæ, in regiæ maieſtatis culmen perpetuò reguaturum ſtatuens elegi, baptizaui, à fonte ſacroſuſcepi, domoque ſeptiformis ſpiritus conſignaui, & per eiuſdem ſacri chriſmatis vnctionem ordinaui in regem; Si (inquam) aliquando genus illud regium per benedictionem meam totis domino conſecratum mala pro bonis reddens, Eccleſiarum Dei peruaſor, deſtructor, depopulator grauis aut contrarius exiſtere voluerit: conuocatis Rhemorum epiſcopis, primùm moneatur, & deinde Eccleſia Rhemenſis adiuncta ſibi ſorore Eccleſia Treuirenſi, iterum eum conueniat. Tertiò verò Archiepiſcopis Galliarum tantummodo tribus aut quatuor conuocatis, princeps illi quicunque fuerit admoneatur. Quòd ſi deinceps incorrigibilis contumaciæ ſpiritum non depoſuerit, & ſe per omnia Deo ſubdens, benedictionibus Eccleſiæ participare noluerit, elogium ſegregationis à Chriſti corpore ei ab omnibus porrigatur, totumque ei quod in perſona Judæ traditoris Domini noſtri Ieſu Chriſti decantare ſolet Eccleſia, per ſingulas ei decantetur Eccleſias: Fiantque dies eius pauci & principatum eius accipiat alter. Hoc vobis ô epiſcopi præcipit Apoſtolus & Archiepiſcopus veſter S. Remigius, & ira præcipit, vt ſi ea facere neglexeritis, ea Sãctus ipſe vobis imprecatur, quæ rex iſte ſua ſacrilega contumacia eſt promeritus. Quòd ſi ne hanc anathematis formam ſyllabatim obſeruetis iuſtę rationes vos impediant, ſaltem rei ſummam exequamini, id quod & S. Remigius, & tota epiſcoporum Gallicorum ſeries, quę poſt Apoſtolorum tempora in Eccleſijs Gallicanis ſedit, & nunc in cœleſti regno cum Chriſto Ieſu triumphat, & quorum omnium iſte Nauarræus generalis hoſtis eſt, non minus quàm S. Remigius à vobis requirit & ſub commination diuini iudicij flagitat. Si non vultis decantari per ſingulas Galliæ Eccleſias quod de Iuda Apoſtata & traditore Chriſti

Statuens elegi.

Nauarr. per S. Remigium regno Galliæ abdicatum.

Ibidem.

Eccle-

Ecclesia vsurpat,& quod S. Remigij veritissimum dicio in regem hæreticum quadrat, saltem fiat per omnes Galliæ Ecclesias è pulpitis sonare docenam de regibus Apostolicam quam hic D. Remigius prædicat. Doceantur Christiani Galliæ, non reges Christianos, & vestrum nominatim Clouæum magnum à S. Remigio & reliquis Episfuisse factum & electum *ad honorem sanctæ Ecc & defensionem pauperum*. Doceantur in vestra pstate esse eum à *corpore Christi* Ecclesia Christiana *gregare*, vt deinceps rex Christianorum magis non possit quàm *Iudas traditor*. Doceantur cum Remigio precari Deum, vt *fiant dies eius pauci*, decernite sequētes hunc Primatem vestrum, æquissimum ius esse, vt *principatū eius accipiat alter*: & quoniam *benedictionibus Ecclesiæ participare non vult*, illi super est vnum vt *hæc maledictio ei à vobis omnibus prorigatur*.

Vide suprà fol. 53.

Officiū Episcoporum Gal. erga Nauarraū

13. 13. Nam quòd *incorrigibilis contumaciæ spiritum* depositit,& quòd *Ecclesiarum Dei peruasor, destructor, populator grauis extitit & existat*, grauior non dari quàm Angli, quàm Burgundi, sed quā vel Normani, vel *Saraceni*, tota Gallia clamat, & est Solis clarius,& nos superius abūde explicuimus,nec ego opinor Ministri quanquā impudentissimi potestinficiari. Imò verò si quis velit simul coacervare vnā quasi massam,omnes scelerum & hæresum crassas,propter quas Imperatores & reges vel Græci Latini, Germani, Franci, Poloni, Angli imperio Christianos subditos priuati sūt,eas simpliciter vel multo maiorē partem comperiet in Caluinistis regē cuiuscunq. generis, & nominatim in eum, de quo agimus conuenire. Græcorū quidē, Philippici & Leonis Isauri hæreses cōtra sacras imagines & textum Concilium vniuersale, nugæ erant, sicut Caluinis-

Comparatio Nauar. etiam regib. abdicatu.

Græci.

Caluiniſtarum blaſphemiis omnia Concilia condemnantibus, Sanctos, non modò Sanctorũ imagines irridentibus & violantibus, eorumque corpora concremãtibus, ipſoſque Sanctos (quantum eſt in iſtorum poteſtate) è cœlis in inferos præcipitantibus, eoſque damnatos eſſe prædicantibus conferantur. Philippus Gallorum rex legitima vxore viuente, nuptias illicitas contra ordinem Eccleſiæ contraxit, cuius exemplum ſequutus eſt nuper Henricus VIII. Anglus: & quàm primum à Catholica Eccleſia diſceſsit, ſtatim ijſdem contra leges Dei & Eccleſiæ nuptiis ſeſe illigauit. Et quàm probabile eſt hunc Henricum illius in eadem nefaria copulatione futurum comitẽ, qui iam nunc tot annos vxore ſua Chriſtianiſsimorũ regum ſorore tam indignè & inhumaniter abuſus eſt! & cuius Miniſtri perpetuò garriunt eam Cananæam & idololatrã eſſe, cum qua lex Dei cõiugiũ Chriſtianis interdicit. Sed ſiue eam repudiabit alteramque aſſumet, quę eſt noui Euangelij praxis ordinaria, ſeu nullam certam curabit, cui libertas Euangelica multarum copiam facit; quin ſub eo rege creberrimæ erunt per Galliam inceſtæ monachorum & monacharum libidines illis Philippi nuptiis longè fœdiores, id quidem exploratum eſt & longè certiſsimum. Ioannes Anglus vaſtauit aliquot Epiſcopatus & monaſteria & non decuplo, non centuplo plura depopulatus eſt cum ſuis Hugonotis Nauarræus? Epiſcoporũ bona rapuit Miecillaus Polonus, ideoque regno eiectus eſt. At vtinam bonis ereptis contentus, domos Epiſcoporum & Eccleſias nõ diſturbaſſet iſte noſter Henricus. Vtinam non niſi vnum aut alterum Staniſlaum, vnum nimirum epiſcopum aut ſacerdotem ad altare Dei cũ Boleſlao Polono trucidaſſet. At

Philippus Gallus.

Ioannes Anglus.

Polonus.

quum

Suprà fol. 360. quum eius authoritate quinque bella ciuil
hoc regno susceptа sint, & in eorum duobus
plusquam quinque milia sacerdotum parti
Ecclesiis & monasteriis ad altaria, parum
crudelissimè mactata sunt, guttam matutin
Oceani Atlantici fluctibus comparat, qui B
laum vnius Stanislai interfectorem compara
Henrico communi tot sacerdotum carnific
Germanis si quis etiã Frederici II. aut Henrici IIII. Ger
cum isto Henrico Biernensi comparationem
re velit particularem, quorum alteri eique
biori cùm tanquam ingens & inexpiabile cr
obiectum sit ab eius sæculi Christianis quod
Suprà fol. 318. *copatus & Abbatias* 40. *expoliauerit*, quantopere
stupescerent iidem Christiani si istius Henrici
Ierem. 52. 13. us *Nabuzardanis sanctorum omnium euersoris*, fact
ra alterius magnitudinis & infinitè immani
audirent, cuius vnius impietate, ex Nauarra, G
enna, Gasconia, Languedoca, & vicinis Ga
prouinciis, multò plures Episcopos exulare,
illic in misera seruitute sic oppressos & spoli
& nequissimorũ Hugunotarum libidini obno
viuere, vt contra tantãm tyrannidem nec hi
audeãt, notissimũ est: & præterea Hospitalia
peribus & orphanis alendis destinata nonge
monasteriorum duo millia, aliarũ verò Eccle
Malac. ba. 1. 11. rum in quibus Deus sanctissimè iuxta ritum
staméti noui colebatur, viginti millia, post a
bissimam direptionem & spoliationẽ ab eo
que ducibus funditus excisa & diruta fuisse,
torum est libris testatũ, & per omnium ora fer
nesque iactatum. Quare his omissis, reuocet
tummodo Christianus lector ad memoriam,
quam particulam ciuilium istorum bellorũ. co
sideret horrorem facinorũ quæ vbique in histo
occurr

occurrunt,& quæ nos breuiter lectoribus quasi per transennam prætereuntibus carptim spectanda exhibuimus. Reuoluat non simplices cædes, pauca sacrilegia, aliquas blasphemias, vulgares hæreses, sed centenarias ciuitatum direptas, multitudines nobilissimorum in Gallia procerum cæsas, milliones plebeiorum obtruncatos, multa templorum millia à fundamentis post sacrilegas spoliationes euersa & inflammata, cælites omnes, Christumque ipsum horrendis blasphemiis laceratũ, impositum & alligatum asino, & circunductum per plateas tanquam morionẽ,& quantum in istis bonis Euangelicis fuit iterum cruci affixum. Recordetur totum Caluinismum esse profundam & verè tartaream spurcissimarũ blasphemiarũ, Iudaismorum, Turcismorum, Paganismorum & Atheismorum abyssum, cuius extremus finis est vt Christum ad inferos damnet,& Deum cum Satana confundat, & vel Deum nullum habeat, vel Satanam pro vero Deo honoret, & tum (quod necessario consequens est) vitam humanam omni turpitudine flagitiosissima contaminet, conscientiaque extincta hominem soli ventri & veneri deditum in meram belluam transformet; hæcque omnia Nauarræi imperio, authoritate, nutu fuisse prædicata, cõmendata, acta, patrata, sparsa & multiplicata. Hæc qui recogitat,& deinceps exigua (comparatè) Frederici & Henrici erratula perpendit, si Christianus est & istos iustè amotos imperio credit, obstupescet eorum impudentiam, qui Henricum Nauarræum tantã terrimorum scelerum mole oppressum ad regnum velint attolere.

Suprà cap. 6.

Supra fol. 357.

Suprà cap. 5. §. 5. 7.

Summa & sinus Euangelij Caluiniani.

14 Denique vt ij qui à scorpiis sunt icti, ab eisdem scorpiis optimum remedium petunt, ita nos qui nobis totique reipub. grauissima vulnera ab 14

hæreticis inflicta perferimus, si illud detrimentum

Nauarr. à regno arcendus exemplis hæreticorum.

nostris remedium adhibere voluerimus quod iis exemplo hæretici suppeditant; & ijs ipsis vulneribus cicatrices obducere poterimus, & ne eadem nobis in posterum infligantur, certissimo præcauere. Hæretici autem vt primum in Germania sub Carolo V. in Flandria sub Philippo, in Gallia sub Francisco II. & Carolo IX. his nouis Euangelijs Lutheranis & Caluinianis imbuti fuerunt; deinde rum regum Catholicorum imperio excutiendum Luthero, Caluino, Beza, ministrisque maximè pa bantibus & eos incendentibus statim consenti

Suprà fol. 382. 393

Quid ita? rationem reddiderunt sæpenumero, ipsi per Euangelismum suum noui homines effi sunt, nouumque corpus politicum constituunt Catholicique qui in veteri fide persistunt, his Caluiniana fide imbutis sunt Madianitæ, sunt nanæi, sunt idololatræ, quibuscum istis nullo m potest, neque verò debet conuenire. Conclusi

Suprà fol. 394 395.

mala, nisi lucem vocarent tenebras, diem noc & pro Euangelio Christi amplecterentur Calu mum, hoc est Euangelium Satanæ. Hinc est q nullam fidem regi Christiano datâ putant esse p standam, si rationes Euangelij promouendi a

Hæretici Catholicũ regem suũ non ferunt

postulant. Hinc est quod & olim Admiralio & stea Nauarræo vel Condæo belli signum dant contra regem, omnes statim ciuitates Euange ad arma concurrunt, illis iubentibus arma de re, deponunt, illis pecuniæ subsidia flagitant persoluunt, regi autem ista præcipienti non p quam pictæ in pariete imagini obtemperant.

Quid ita? quia nimirum isti sunt Angeli, a

Beza in epist. theol.

Catholicè Christianus, est istis *Satanas*, v batim de rege Carolo IX. & Catholicis ei c Hugonotas adhærescentibus scripsit Beza.

Isti sunt fideles Hebræi, Catholici sunt Moabitæ & Madianitæ. Euangelici cuiuscunque sectæ siue Lutherani, siue Caluinistæ, siue Ariani, siue Trinitarij, semper tamen sunt filij Dei, sunt electus Dei populus, cui Deus regnum Galliarum vt olim Iudæis terram Palestinam condonauit. Catholici autem sunt Cananæi & idololatræ penitus & funditus ad vnum omnes occidendi, vt nec vno eorum superstite *noua in Gallijs populi Euangelici soboles instauretur.* *Supra fol. 351.*

Ergo hæretici regem Catholicum optimo iure in regno præsidentem, regem suum ferre nolunt: & Catholici hæreticum regem omni iure destitutum in regali throno locare volunt? Latrones ciuem bonum regem suum non sustinent, & ciues boni latronem & sicarium sibi regem præficient? *Ministri, Angeli Satanæ*, Michaëlem Archangelum Ducem suum non admittunt, & *ciues sanctorum, Deique domestici*, Beelzebub qui verè *dominatur* in hæreticis *filijs diffidentiæ* suum in regnum principem volunt adoptare? Vnde hæc tam excellēs prærogatiua hæresi supra fidem, mendacio supra veritatem, tenebris supra lucem; & diabolo supra Deum? quanta est hæc stupiditas? quantus furor & insania? *2. Cor. 11. 14. Ephes. 2. 19.*

Cæterùm ó nimium miserabiles Catholicos si qui ita peruerse de sua religione sentiunt, fælices autem ter & amplius hæreticos qui cum Catholicis talibus in quacunque orbis regione versantur.

Neque enim vitari potest, quin illic breui paucissimorum annorum curriculo, Catholici in hæreticorum seruitutem Babylonicam ruant, hæretici vicissim in Catholicorum bonis & spolijs superbè triumphent & effuse luxurientur; nimirum vbi hæretici & verbis, & factis, & fœderibus extra intraque regnum initis, & cōspirationibus, & insidijs, &

aperto Marte, omniqüe genere acerrimæ dimi-
tionis, Catholicorũ à suis ceruicibus dominat
depellere satagunt: Catholici autem hæretica
suum in Catholicos imperium viam facilẽ & e
pendiariam siue hæreticorum labore & sudore
nunt. Sed hæc de Catholicis Vtopiensibus
sunto, vel saltem de hominibus verbo tant
externa specie Catholicis: re vera, tota ment
bituque vel Caluinistis; vel plane Atheis. N
enim Catholicus vlla ratione dicendus est, s
eum hominem regno Gallicano dignum exist
quem supremi pastoris censura iuxta Catholi
& vniuersalem orbis Christiani omnibus
poribus fidem, omni Christianorum imperi
communione indignum pronuntiauit: vt nec
sit eum qui contrà sentiat, fidem habere non
uersalem & Catholicam, sed priuatam & hæ
cam, vt pote à fide Catholica orbis Christian
sentientem.

Non est Catholicus quicunque sanct Na. narrat.

Orbis enim Christiani fides Catholica est p
à Pontificibus, qui sunt generales Ecclesiæ pas
omnes eiusdem Ecclesiæ Christianos tanqua
Christiani gregis, siue reges vocentur, siue Imp
tores, modo tamen Christiani, à suis pastoribus
rigi, & quando opus est excommunicari, suoq
Christianos dominatu priuari. Hoc Euangeli
Christi docet. Hoc fides Christiana semper re
Hoc praxis Christiani orbis in Oriente, in Occi
in Græcia, in Gallia, in Italia, in Germania, in
nia, in Anglia, in Hispania, in quouis christian
no confirmauit. Hoc Cõcilia generalia suis C
nibus fecerunt ratum. Hoc Christiani subdit
moribus docuerunt se vnà cum Christianæ d
plinæ lacte à matribus ita suxisse, vt pauci ad
dum, & quod scio, nullus aliquando rex pot
hactenus

hæresim à Sede Apostolica regio iure priuatus sit, quin subditi statim eius obedientiam deseruerint, nisi tyrannico regis metu, tanquam armata manu comprimebantur, ne possent exequi quod maxime cupiebant. Atque huic veritati omnis ratio, omnes leges humanę diuinæque & communis naturæ iura suffragantur. Siquidem longè arctiori nexu, siue ius humanum, siue naturale, siue etiam diuinum respiciamus, mariti vxoribus, vel vxores maritis, liberi parentibus, & mancipia dominis obligantur, quàm subditi certo alicui regi. Hæc enim mera ciuilis stipulatio est, eàque multis conditionibus temperata. Hæresis autem & vxorem ab obsequio maritali facit immunem, & parentum irritam facit in filiis emancipandis actionem, *quia dignum est propter tanti atrocitatē delicti, vt filij esse in parentum potestate desierint: & serui quo absoluuntur à debito fidelitatis, dominij, totiusque obsequij, si lapsis manifestè in hæresim aliquo pacto quacunque firmitate vallato tenebantur astricti.* Et quid hos à naturali obligatione, & obedientia dico solutos, quū scriptura diuina tā expressè, & maritos in vxorum, & parentes in filiorum, & seruos in dominorū cædem armat, hocque vt sacrificium Deo gratissimū prædicat, si illi à vera Dei religione ad hæresim & idololatriam desciscant!

Nulla obedientia debetur hæretico.

Sextus decretal. lib. 5 tit. 2. c. 2. Decretal. Gregor. lib. 5. tit. 7. cap. 16. Codice de hæret. &c. tit. 5. cap. Manichæos Exod. cap. 32. v. 27. Vide supra 465.

Atque hoc totum, posse nimirum principem hæreticum & ab Ecclesiæ totius pastore generali, & à suæ quoque prouinciæ Episcopis, principatu exul; euidens ratio ex ipsius naturæ visceribus deducta abundè docet. Quis enim est adeò brutus, vt manum cancro correptam non potius velit amputare, quam permittere manum magis magisque ad reliqui corporis perniciem computrescere? Qualis ergo est illa resp. quæ iusta caret authoritate, vel etiam voluntate, pestilentissimum membrum à re-

liqua populi totius societate segregandi? Quòd autem ab hæretico rege virus in vniuersum reipub. corpus permaneat, ecquis Christianus ita stupidus est qui non sentiat, ita improbus vt dissimulet? Scotiæ sub Iacobo Bastardo, Angliæ sub Iezabelle illa, Flandriæ sub perfidiosissimo Aurangio, & Galliæ sub Catilina Colignio eiusque fœderato Cadæo stragcs & vastitates sint adeò recentes? Rursus si Christiana aliqua respub. Turcam sibi regem velit assumere, quis dubitet pastorem supremum, cui à Deo Ecclesiæ procuratio commissa est, eam electionem Christianis sub anathematis censura posse interdicere? At hæreticus Christianæ fidei hostis est Turca longè capitalior. Nam & in Turcia sub crudelissimis Turcarum Imperatoribus secutus degunt Catholici, & hodie viget illic magis semperque magis viguit Catholica fides, quàm in Scotia sub illo Bastardo, aut in Anglia sub Iezabelis dominatu. Igitur anathema illud sine dubio incurrunt, & æterna maledictione apud summum tribunal damnabuntur, quicunque à pastore suo hac maledictionis pœna prohibiti ne hæreticum regem admittant, eum christianis regem imponi sustinent. Rursus sub hæretico rege Gallia quemadmodum gubernabitur? Catholicè, an hæreticè, aut verò Centauricè (vt ita loquar) hoc est partim humanè, partim belluinè, ita nimirum vt aliæ prouinciæ sint Catholicæ, aliæ hæreticæ? At primum quemadmodum vel fingi potest, vt hæreticus regat Catholicos, improbitas præsit honestè, ministri Satanæ seruant Angelicè, infidelitas Caluiniana ex meris blasphemijs & dogmatibus Catholicam fidem funditus euertentibus coagmentata, Catholicam fidem suam immortalem hostem, patiatur quum impedire potest, viuentem & vigentem? Si hæreticè, quales

Hæreticus fidei Catholicæ infestior quàm Turca.

quales illi (Deus bone) Catholici dicendi sunt, qui scientes volentes, ferre possunt suam religionem eripi sibi, & hæreticos Apostatas Catholicæ religioni pro sua libidine imperare! Imò si hoc tolerare iam antea cogitant, nequaquam certè Catholici, sed vel hæretici, vel potius Athei & infideles sũt. Sin verò (quod probabile est) partes aliæ Catholicæ, aliæ hæreticæ sint futuræ, quam citò corruet & minutè dilacerabitur monarchia Gallicana? *Omne siquidem regnum in se diuisum* vastatum iri Saluator prædicit, & quin statim in multas prouinciolas discerpatur Gallia, virari nunquam poterit. Alij Lutherani esse volunt, & illi euocabunt ad Euangelij defensionem Germanos; alii Euangelium Anglicanum præferent, & illi cum eius Euangelii capite se colligabunt, Anglisque (vt in prima rebellione) Normanniam & maritimas partes tradent. Et quis crimini dabit Catholicis si Hispanos, si Allobroges si Burgundos, si Italos, si vel ab extremis Scythiæ Asiæque finibus Moscouitam aut Indum ad suum auxilium accersant? quando magis honestum est & laudabile quemcunque vel remotissimum Africæ Americæve incolam Canibalem modo Catholicum Christianis regem dare quàm hæreticũ quẽcunque. Et vero sine controuersia legibus Christianis maius Americano Catholico ius in regnum Gallorum conuenit, quam Caluinistæ qualicunq. etiamsi proximo sanguinis gradu regiam familiam attingat. Multo .n. & infinite multò maius est impedimentum in hæresi Caluiniana, quam in peregrinitate. & peregrinus Catholicus lege successionis regiæ coniunctior est vel Clodouæo I. vel Carolo Magno, vel Hugoni Capeto, vel S. Ludouico & aliis Catholicis Galliæ regib. quã Hericus Nauarr. Caluinista etiãsi fortasse recta serie naturalis generatio-

Mat. 12. 25.

Ruina Frãciæ coniunctiõ Nauarr. regno

Burgundus Catholicus melliore iure petat regnũ Galliæ quã Nauarr. hæreticus.

ad eos suæ stirpis originem referret. Firmissima ergo maximèque rata est Pontificis erga Nauarræum censura, si in lege diuina, si in lege Moysis, si in Euangelio Christi, si in fide totius Ecclesiæ Catholicæ, si moribus & legibus omnium Christianarum nationum, si in ratione, si in natura, aliqua possit esse firmitudo; & hæc omnia ab eis perfringenda sunt qui volunt homini hæretico Catholicum Galliæ regnum tradere.

Et quid opus est ad supremum Ecclesiæ pastorem confugere, quando in ipsis Galliæ Episcopis tanta authoritatis est ad regē hæreticum regno abdicandum, nisi vel Episcopi & Galli & ab alijs Episcopis Christianis, & à suis maioribus Episcopis, vel nobiles Galli à suis maioribus Catholicis nimium degenerauerint. Si enim Episcopi Galli eandem habent à Spiritu sancto potestatem in Gallia, quam in Germania Episcopi Germani, in Polonia Poloni, in Hispania Hispani, certè penes eos est regno capessendo prohibere manifestum hæreticum, quum illi, qui schismaticos & lōgè minoribus flagitijs quàm hæresis secum trahit inquinatos, à gubernaculis dejecerint. Et si in Archiepiscopis Gallicanis, D. Remigij, aut D. Rigoberti, aut D. Hincmari, aut Geraldi, & tot aliorum fortissimorum Rhemensium pontificum qui nunquam regem coronarunt nisi prius de fide Catholica tuenda & expellendis hæreticis firma eis iuramenta, & syngraphas dedisset, spiritus & constantia vigeat, nunquā expectabit Nauarræus diadema regiū & solitas nouis regibus acclamationes, sed potius audiet cōtra se omnibus in Galliæ Ecclesijs circunsonare *illud anathema quod in ipsa Iudæ traditoris domini decantare solet Ecclesia*, vnus intelligat non se magis quam *Iudam traditorem*, Galliæ regno adeundo esse idoneum. Audiet omnes

Supra fol. 43.

Supra fol. 365. Nauarræo Galliæ regno non magis idoneo quā Iudæ.

rerè Gallos ei imprecantes, *fiant dies eius pauci, & alter principatum eius accipiat*, ad quem ille hæresi pollutus nullam vel tolerabilem iuris speciem, in vllo Christiano regno potest prætexere, minimè autem in Gallia, vbi regia dominandi potestas verè sumitur ab Ecclesia, & ab Ecclesia regibus electis ad Ecclesiæ defensionem confertur; id quod omnes antiqui reges, quum coronabantur expressè & verbatim solebant profiteri. Quæ anathemata & exe- *Supra fol. 48. 53. 54*
crationes, vel summorum totius Ecclesiæ pontificum, vel particularium Galliæ Ecclesiæ episcoporum vt plenè cumulatéque Nauarræum comprehendant magis quàm alios veteres Philippicos, Leones, Copronymos, Boleslaos, Ioannes, aut quoscunque alios vel hæreticos, vel schismaticos, vel tyrannos, facit hæresis eius Caluinianæ quam Nauarræus defendit horror & immanitas: & quæ suos cultores multò longiùs à Christo Christianáque fide & Ecclesia disiungit & separat, quàm vlla hæresis alios hæresiarchas, vel ipse Alcoranus Mahometistas. Iustissima ergo & Christianissima contra Nauarræum hæreticum, Caluinistam adeo Antichristianum, est Ecclesiæ censura, & sententia qua ille declaratur, *ipso iure priuatus & incapax, ac inhabilis ac succedendum in quibuscunque ducatibus, principatibus, dominijs, & regnis; ac specialiter in regno Franciæ, in quo tot atrocia & nefaria crimina patrauit*. Quæ sen- *Sixti V. declaratio cõtra Henric. Borbon.*
tentia omnes Ecclesiæ filios ita astringit, vt sine grandi ac inexpiabili peccato Nauarræum regno Christiano gubernando regem nunquam possint admittere.

Contra regem hæreticum rectè piéque non modò à regibus Cstristianis, sed etiam à suis ipsius subditis bellum potest suscipi.

Caput IX.

1 *Ex eo quòd hæreticus iusta in Catholicos authoritate caret, sequitur bellum contra eum iustè geri posse: idque multò sit glorioſius, quàm si susciperetur pro quacũque terrena causa vel commodo.*

2 *Ita semper iudicarunt Christiani reges, vt Clodouæus primus Gallorum rex Christianus, eiusque filius Childebertus: quorum ille Alaricum patrem, hic Amalaricum filium, Arianos Hispaniæ reges propter hæresim inuasit & occidit.*

3 *Eandem ob causam Iustinianus & Heraclius Imperatores, ille Vandalos reges Africæ, hic Persarũ regem aggressus est: & vterque hostem ipsis longe potentiorem, inopinato & mirabiliter diuina inprimis ope subiugauit.*

4 *Maximè autem Francorum reges ob religionem præliari sunt soliti, vt Carolus Martellus contra Saracenos eodem prorsus animo modoque quo Caluinistæ, Gasconiam, Guiennam & Languedocam spoliantes, & templa diripientes, quos fœliciſsimè fudit & superauit. Martelli filius Pipinus propter religionem & Rom. Ecclesiæ defensionem pugnauit contra Longobardos. Eiusque nepos Carolus Magnus contra eosdem in Italia, & Saxones in Germania, & Saracenos in Hispania, pro fide Catholica fortiter & feliciter dimicauit: qui item summa cum religione se & suos ad prælium præparare est solitus. Denique fidei Catholicæ defensionem esse causam belli iustiſsimã, ex ipsa regis Christiani institutione patet.*

5 *Virùm*

5 *Vtrùm verò reges hæretici à suis subditis bello possint impugnari, nonnulli dubitant: & Caluinistæ noui nuper prorumpo quinquennio, contra veterum Caluinistarum doctrinam nefas esse aiunt, quorum stultissimæ rationes breuiter refelluntur.*

6 *Hæresis regem è rege priuatum facit, qui si deinceps regalem locum tenere voluerit, vt à subditis depelli potest & debet. Id quod primitiuæ Ecclesiæ doctrina fideque ex scripturis deducta, ipsaque regis ordinatione ostenditur: qui vt primùm desinit obedire Ecclesiæ, eo ipso desinit erga eum obedientia subditorum Christianorum, quæ in priori regis obedientia Christo & Ecclesiæ exhibenda fundatur.*

7 *Cuius rei exemplum præbuerunt Germani in Henrico IIII. Imperatore.*

8 *Sic item Machabæi contra Antiochum legitimum alioqui Iudææ regem gloriosè multa prælia gesserunt propter religionem, regemque eum à Iudææ possessione depulerunt, & regnum illud vt iustè partum ipsi occupauerunt.*

9 *Alij quoque antiquiores Hæbræi ob eandem causam armis sumptis, iustè Deoque ipso probante, opposuerunt se suis regibus.*

10 *Quas veterum Hæbreorum historias, antiqui Ecclesiæ primitiuæ patres accommodant ad Christianos eadem contra reges suos hæreticos præliandi alacritate accendendos: quos decet animo nequaquam frangi, etiamsi habeant aliquando aduersos præliorum euentus, quum flagitiosissimi tyranni aliquando ad tempus, viris bonis & pro æquissima causa pugnantibus euadant superiores.*

11 *Antiquitus Catholici Græci, laici, sacerdotes, monachique viri sanctissimi, vi resistunt Basilisco & Anastasio Imperatoribus hæreticis, & contra eos in armis se ad mortem vsque perseueraturos denuntiant: Ducesque Imperatoris Anastasij, vi à schismate in Ecclesiam inducendo cohibent.*

12 *Eadem*

12 *Eadem fuit fides Ecclesiæ Latinæ, vt patet ex rebus gestis Germanorum contra Othonem 4. & Gallorum contra Ludouicum Iuniorem, quem regni proceres propter vnũ factum sacrilegum deponere voluissent, nisi D. Bernardus apud eos pro rege pœnitente interceßisset.*

13 *Deus, hoc ius subditis omnibus statuit in ipsa prima regni Hæbreorum institutione, vt subditi possint a regibus hæreticis deficere, & regna ipsorum inuadere, sibique & posteris suis occupare.*

14 *Eadem fuit generalis Caluinistarum fides & praxis ab exortu Euangelismi sui vsque ad mortem Ducis Alençonij anno 1584. quorum vera doctrina ea de re explicatur & in certa capita redigitur.*

15 *Protestantium fœda debacchatio contra veteres clarißimos Francorum reges excitare debet Catholicos Francos vt eorum tueantur honorem; & nullam vnquam pacem faciant cum Nauarræo, contra quem longè iustiores habent bellandi occasiones, quàm vlli vnquam reges aut subditi cum quocunque suo hoste infestissimo.*

QVVM igitur adeò clarum & manifestum sit hæreticos omni potestate in Christianos carere, cùm ea sit fueritque Christianorum hominum in omnibus temporibus & regionibus fides, hæretico Imperatori non esse parẽdum; cùm hoc euincat omnium Christianorum regnorum forma & institutio, quæ ad ciuilem pacem, & honestatem, & potissimùm ad æternam corporis animæq. fœlicitatem fide Christiana consequendam dirigitur, quæ bona hæreticus ipsa hæresis professione naturaliter & necessariò Christianis eripit, eosque ad seditiones, ad vitia, ad æternam animæ corporisque damnationem directè impellit & præcipites agit; quum hæreticus rex legitimus non sit, nec esse possit, imò

t, imò fere sit tyrannus, & tyrannorum nequissimorum sceleratissimus; ecqua inter Christianos controuersia esse poterit vtrùm contra talem tyrannum bellum possit iustè suscipi? Num episcopi tenentur suæ fidei commissos instruere, vt à commercio regis hæretici abstineant, vt ei nec in bello nec in pace opitulentur, vt omnes ignari & idiotæ ratiocinari discant, *Talis vir hæreticus est, Ergo in nos qui Catholici sumus, potestatem non potest habere*, & non tenentur proceres, suos famulos instruere, vt tali hæretico non iam regi quia regni ius non habet, sed tyranno vel latroni dominatũ iniustè arripienti resistant? vt armis contra eum se muniant, eumque si vim intentare voluerit, vi quoque & armata manu repellant? Num docet Spiritus sanctus *hæreticidium pro magno sacrificio offerendum esse Deo*, ab eoque tanquam à cancro cauendum, & tamen nefas erit eidem cancro nos corrumpere molienti resistere, & eius impetum ferro à nobis propulsare, qui iubemur etiam carnem nostram rescindere, si tali cancro fuerit infecta? Certè quum & principibus contra principes multæ, & subditis contra principes aliquæ sint iustæ belli gerendi causæ; tum neque subditis neque principibus vlla suppetit iustior & laudabilior, quam vbi ad vindicandam religionem & profligandas hæreses, vel principes principibus, vel subditi regibus, Catholici hæreticis bella indicunt. Quid enim? An ad recuperandum ab Anglis Caletum, aut à Germanis exiguum Burgundiæ agrum, vel ab Hispanis Sanquintinum aut Sandesirium, iustum erat Francisci primi & Henrici secundi bellum? Num ad depellendos ex guienna Saracenos & Arabes cum Carolo Martello principe tota Gallia sese iunxit, & propter ea bella regnum Galliæ posteris eius, authoritate reip. Gallicanæ & ecclesiæ Catholicæ

Supra fol. 179. 180.

Ibidem.

Mat. 5. 30.

Bellum pro fide contra hæreticos est omnium iustissimum.

Catholicæ adiudicatum est, & ad exterminandos ex Gallia Caluinistas bellum non erit æquè gloriosum? Aut si fortasse apud homines æquale præmiu eius belli authoribus non potest rependi, saltem Ecclesia Christi ipseque Christus an non talem zelu & fortitudinem æternis in cœlo terráque præmijs remunerabit? Fallimur nimirum, fallimur, & nimis crassa ignorantia occæcati in tenebris pluscquam Cimmerijs iacemus, lõgéque sumus Christiano nomine indignissimi, si pauca terræ iugera, si semiruta castella & oppida, si quęuis pulcherrima prouincia siue Cisalpina siue Transalpina, acriores quàm religio, & fides, & Ecclesia Christi nobis iniiciat belli gerendi aculeos. Et quidem si causam belli gerendi quærimus, nulla est sub cœlo grauior & ponderosior. Si authoritatem belli faciẽdi, nulla potest esse authoritas maior & augustior, quando omnes Christiani reges & Imperatores, tota Christi Ecclesia, vniuersa scriptura, ipse Deus, bellum hoc iustũ, imò sanctum esse pronuntiat. Si præmium belli attendimus, nec ea sanè nulla sunt, si rectè Christiana instituta consideramus; & Christus longè vberiora in cœlo promittit, si pro eius gloria vitam nostram periclitamur. Et quanquam de nullo militum genere tam diuinè existimem, quàm ille Græcus Imperator Nicephorus Phocas, *qui quantum in se fuit, decreto sanxit milites quosuis in bello interfectos paria martyribus honore colendos, & similibus hymnis ac veneratione celebrandos*: tamen hoc genus militum qui propter diuini nominis gloriam, & vt labefactatam ab hæreticis fidem Catholicam instaurent, magno animo ad bellum vadũt, in eáque vitam suam profundunt, hos ego ad martyres quàm proximè accedere iudico, ijsque amplissimam in cœlo mercedem paratam sine vlla controuersia agnosco.

Supra fol. 556.

Zonaras tom. 3. in Niceph. Phoca.

2.

Et quidem quin principibus Christianis pro religione Catholica contra hęreticos, vel etiam Paganos fidei Catholicæ persecutores, arma sumere multò iustius & glorioſius sit, quàm pro quacũque iniuria vel sibi priuatim vel reipub. generatim illata, nunquã ambigerimus, si maiorum nostrorũ ardentem zelum in hoc genere recordaremur: quorũ heroica facta vel per se satis efficacia sunt ad hanc non dubiam veritatem Christianis principibus suadendam, eorũmque excitandos spiritus, vt magna alacritate ad hæc potissimum Christianorum & sanctorum bellorum genera procurrant. Alaricus Hispaniæ rex regali iure abauis & atauis ducto Hispanis imperabat, quorum regnũ eo tẽpore maximã Galliæ Aquitanicæ partẽ includebat. Neque de iure regnãdi aliqua intercedebat inter ipsum & Clodouæũ primum Gallorum regẽ disceptatio. Tantũ quòd Arianus esset, ideoque ius nullum in Christianos haberet, idque tũ inter Christianos erat axiõma certissimum, Clodouæus eum bello lacessiuit, & hanc iustam regni eius inuadendi causa esse minimè dubitauit, etiamsi nec à Concilio aliquo episcoporum, nec à Pontifice Rom. particulare aliquod anathema Alarico fuisset dictum. Et quibus verbis Christianissimus ille rex Christianos milites suos ad bellũ fortiter gerẽdum animat? Eiusmodi, quibus demonstrat causa religionis causã esse belli gerendi alia quauis laudabiliorem. *Valde (inquit) molestè fero, quod hi Ariani partẽ tenẽt Galliarũ. Eamus milites cum Dei adiutorio, ipsque superatis redigamus terram ditionem nostrã. Hoc solũ vos nosse cupio, nobis aduersus immanissimos hostes non pro coniugibus aut libris, non etiã pro acquirẽdis diuitijs certamẽ esse, sed potius pro inseparabili S. Trinitatis vnitate, quam illi nefandissimo diuidunt errore.*

Gascouia & Aquitania iure religionis occupata à Gallis.

Gregor. Turonensis hist. Franc. lib. 2. cap. 37. Aimoinus de gestis Fræc. li. 1. ca. 20.

Quæ sit belli causa iustissima.

errore. Festinemus igitur ad prælium, & diuina protectione confisi hostiles phalanges aggrediamur intrepidè. Hoc animo & fide Clodouæus hostes aggressus, regem Alaricum interfecit, thesauros eius Tolosæ repositos occupauit, ipsamque Tolosam multasque ciuitates & prouincias Arianorum, suo imperio adiecit, & dum hanc ob fidei causam præliatur, ipse Deus multis in periculis opem ei suam mirabiliter præstitit. Neque verò alij Christiani principes bellum hoc quasi iniustum, & ex ambitione & augendi imperij cupiditate natum criminati sunt: sed contra Christianorum Imperator Anastasius missus Constantinopoli magnæ dignitatis legatis, Clodoueum propterea miris laudibus extulit, quòd *defenderit Christianum nomen, ac potius orbem terrarum à Gothorum furore, quòd sua vnus manu Dei hominumque hostem occiderit, vt propterea eum generis humani patrem Deus religiosa effecerint.* Hæc aliaque eiusmodi elocuti Legati *coronam aureamgemmis & margaritis distinctam, ab augusto quidem datam, sed cum orbis terrarum approbatione* tradunt, quam postea Clodouæus Romam ad templum Lateranensem misit. Quo vno exemplo videmus bella iustissimè regibus hæreticis, & *Christiani Imperatoris, & orbis quoque terrarum*, omnium videlicet principum, & sacerdotum, & Christianorũ hominum *approbatione* inferri. Filius quoque & hæres Clodouæi Childebertus paterna prorsus virtute & indole præditus, cum intelligeret sororem suam ab Amalarico Alarici filio & hærede indignis modis habitam eo quòd Ariana fieri nollet, sed in Catholica fide constanter persisteret: non tam quòd Franca esset, & soror, vnde iniuria ad ipsum solum & nationem Francorũ, sed quòd Catholica esset & Christiana, vnde in Christum eiusque Ecclesiam contumelia redundabat; cum valido Francorum exercitu

Hispa-

Paul. Æmil. li. 1. in Clodouæo rege 5.

M. du Haillan li. 1. in rege 5. an. 507.

Greg. Tur. lib. 2. ca. 8. Aimon. li. 3 ca. 20.

Greg. Tur. li. 3. ca. 9. Ioan. Vasæ in Chron. Hispaniæ an. 530.

Hispanias ingressus, Amalaricum cum exercitu occurrentem profligauit & occidit, Toletumque & præcipuas Hispaniæ vrbes cepit, & ablata sorore, cum maxima præda victor domum est reuersus.

3 Quod si ex Europa in Africam Asiámue transeamus, omnibus temporibus hæc bella pro fide susceptа, bonis Imperatoribus fuisse commendatissima perspiciemus. Vandali centum ferè annis Africæ possessionem tenuerunt, & ab auis ad nepotes per Gensericum, Hunericum, Gundimundum, Trasimundum, Hildericum, Gilimerem, decurrens successio, approbantibus Romanis Imperatoribus, legitima quoad ciuilem regnandi consuetudinem facta est. Neque hoc ius ignorauit Iustinianus, pater iuris, & omnium Roman. Imperatorum æquissimus iurisque consultissimus. Et tamen quoniam idem Vandali Ariani erant, & crudeliter opprimebant Catholicos, Iustinianus qui & ex iure ciuili sciebat hæreticos Christianis minus quam Iudæos dominari posse, & ex religione fideque Christiana idem ipsum intelligebat, & ex vtroque didicerat illa bella esse sanctissima, non quæ pro imperio dilatando, sed quæ pro extirpandis hæresibus & instauranda fide Catholica geruntur; bellum Vandalis intulit, cùm illud orsurus edixisset, *ne Pagani vel hæretici in exercitu suo militarent*: & per Bellisarium ducem, Vandalorum regem in bello cepit, & argentea catena vinctum Constantinopolim duxit. Atque ita Vandalica rabies cum ipso nomine funditus extincta est. Quod difficile (vt videbatur) bellum contra gentem eam aliàs potentissimam, tam breui spatio confectum est, subiugata intra tres menses Africa tota, vt Iustinianus valde extraordinariam in eo Dei opem sibi affuisse prædicet, idque eam potissimùm ob causam, quia non Imperij sed

3.

Nauclerus Generatio. 16. 17. 18.

Iustinianus bellum pro fide contra Vandalos.

Nauclerus

Iustiniani mirabilis victoria.

Cod. lib. 1. tit. 2 6. de officio præfect. Prætor. Africæ.

Ecclesiæ fideique iniuriam armis vindicandã sũscepérat. *Quas* (inquit ille) *gratias, aut quas laudes Domino nostro Christo Iesu exhibere debeamus, nec mens nostra potest concipere nec lingua proferre. Multas quidem antea à Deo meruimus largitates, & innumerabilia circa nos eiusdem beneficia profitemur: præ omnibus tamen hoc quod nunc omnipotens Deus per nos pro sua laude & nomine demonstrare dignatus est, excedit omnia mirabilia opera quæ in sæculo contigerunt, vt Africa per nos tam brevi tempore reciperet libertatem, ante 95. annos à Vandalis captiuata: qui animarum propter hæresim, & simul corporum propter crudelitatem fuerunt hostes: ipsas quoque Dei sacrosanctas Ecclesias suis perfidijs maculabant, aliquas vero ex eis stabula fecerunt &c.*

Heraclij bellum pro fide contra Persas.

Heraclius quoque Imperator cùm aduersus Chosroem & Persas crudelissimos Romani Imperij hostes exercitum vellet educere, quemadmodum & quibus argumentis Romanos milites ad prælium alacriter ineundum excitauit? Iisdem prorsus quibus nunc Catholici, qui necdum magnitudinem periculi quod eorum capitibus à Nauarristis imminet sentiũt, ad bella cum eis quàm acerrimè gerenda expergefaciẽdi sunt. *Videte* (inquit Heraclius) *fratres & filij, quod inimici Dei conculcarunt religionẽ nostram. Altaria concremarunt, mensas incruentorum sacrificiorum sanguinibus & homicidijs oppleuerunt, & Ecclesias quæ flagitia non admittunt, flagitiosissimis conspurcarunt voluptatibus. Amorem igitur Dei in mentem sumamus, & vindicemus corruptiones virginum. Stemus fortiter aduersus hostes impijs telis armatos. Induamus fidem, nec formidemus interemptionem & interemptricem gentem, & vitæ perennis præmia in cœlis habituri sumus, Dominusque Deus cooperabitur nobis, & perdet inimicos nostros.* Huiusmodi argumentis Romanos milites ad bellum inflammauit, altaria euersa quàm incensas ciuium domos,

Paulus Diaconus rerum Roman. li. 18.

domos, concremata templa quàm oppida, corruptiones virginum quàm spoliationes agrorum, religionem Christi & gloriam Dei quàm honorem Imperij Romani, iustiorem esse causam, & acriores præliandi aculeos in mentibus Christianorum militum relinquere arbitratus. Hacque fide & spiritu dum pugnat, & de Christi gloria magis quàm sua recuperandâ solicitus est, breui, formidabile paulò antè Romanis Persarum regnum & regem ita afflixit, Deo planè mirabiliter supra omnem spem, militum suorũ conatus fortunante, vt fortasse nunquam tantulo temporis spatio in orbe terrarum facta sit tam insignis rerum mutatio, nec sine magna causa Ecclesia eam historiam annuatim solenni memoria honorandam censuerit. Chosroe enim qui modò maximè contemptâ Romani Imperij maiestate, in omnes eius prouincias sibi vicinas milites suos prædatum emiserat, qui direpta vrbe Hierosolymorum captoque illic episcopo Zacharia & abductis in captiuitatem multis Christianorum millibus, Crucem Christi tanquam amplissimum victoriæ suæ trophæum in Persiam amandauerat; nec his contentus, ducem suum Saitem totam Asiam minorem inuadere, Byzantium ipsum adoriri, omnia diripere, nec quicquam integrum Heraclio relinquere iusserat; qui dux Asiam totam effuse populatus, *peruenit ad ipsum vsque* Byzantium, *copias superbas & insolentes secum ducem de quauis natione bellicosa collectas, de Medis, Chaldæis, Asirijs, Persis, Bactrianis, Parthis, qui omnes galeis vtebantur aureis, eleganter instructi, pharetris muniti, quos aureæ phareræ contegebant*: qui dux Heraclium coëgit ad quas volebat pacis & subiectionis conditiones, & inter alia ad *septuaginta obsides ex optimatum numero* tradendos: cum quibus tamen in Persiam reuersum

Septembris 14.

Insolentia regis Persarum.

Constantin. Manasses in annalibus pa. 58.

Glycas in annalibus parte 4. pag. 325.

ita iracundè accepit Chosroe, vt coniectis in vincula obsidibus, *ipsi etiam Saiti post alia tormenta cutem detrahi iusserit, quod inter alios ipsum quoque Heraclium Constantinopoli non adduxisset:* moxque nouis in Romanas prouincias emissis exercitibus Christianum Imperatorem in eas angustias redegit, vt suppliex per legatos iterum atque iterum pacem expetat, *orans vt tandem aliquando interitu hominum satiatus bello finem imponat, annuáque tributa* ab eo fideliter persoluenda *accipiat*; ad quæ Persa *superbè contumelioseque respondit se nunquam parsurum Christiano, nisi Crucifixum inficiarentur, & Solem* (maximum Persarum Deum) *adorarent*: hic vir qui ita insultabat, ita triumphabat, ita gloriabatur, ita iam spe sua totum Romanorum Imperium vnà cum Imperatore & Imperatoria vrbe Constantinopoli deuoranerat, vt nullis vel maximæ submissionis conditionibus placari potuerit: is paucis post diebus ita fractus est, vt nescio an vspiam in historijs occurrat incertæ rerum humanarum vicissitudinis documentum illustrius: nusquam certè legitur diuinæ prouidentiæ cœlesti ope suos adiuuantis exemplum singularius. Hæraclius enim ea qua dixi fide & pietate armatus contra Chosroem progressus, post memorabiles vbique persarum strages editas, post tres Chosrois exercitus, totidemque duces clarissimos mira celeritate nec opinata fælicitate tribus in locis fusos, cæsis ex vno exercitu triginta millibus; denique in interiora Persidis penetrans, multosque dolorum lucos cum suis idolis euertens, ipsum Chosroem turpi fuga in Ctesiphontem compulit, eâsque miserias toti regno importauit, vt Chosroïs *consanguinei, Persarum optimates, amici regij, copiarum duces vniuersi, ipseque inprimis filius primo genitus* Syroe contra regem & patrem arma ceperint, quem com-

Zonaras tom. 3. in Heraclio.

Victoriæ Romanorũ

comprehensum in turrim altissimam inclusérunt, vbi paulò pòst interfectus est. Illi autem deinceps pacem ab Hæraclio ita impetrarunt, vt Zachariam episcopum & omnes Imperij Romani captiuos, & ipsam imprimis Crucem Domini cum maximarum rerum & prouinciarum additione libentissimè restituerint. Nam cùm antea Bizantinus ager à Persarum iniurijs tutus non esset, & Heraclius pro ipsa ciuitate regia annuum vectigal pendere non detrectaret, iam Tigris fluuius Romani ac Persici Imperij limes designatus est, tota Mesopotamia Persis auulsa Romanóque Imperio adiuncta: vt Romani nullo vnquam tempore vlterius in Orientem ditionis suæ terminos extenderint. Atque hoc modo *exercitus Romanus victor, laureatus, magna lætitia & ingenti pompa Constantinopolim redute & vnà Heraclius aureo inuectus curru, non lauream manu sed lignum Crucis tenens*, vti qui non viribus suis sed crucifixi, Saluatoris cœlesti auxilio se victoriam assecutum prædicabat. Quo vno exemplo perspicuè intelligimus, nihil esse Christiano principi honorificentius, quàm pro fide Christi bellum gerere: Christúmque potenti & admiranda ope sua supra hominum meritum & expectationem, talium præliorum euentus prosequi.

Nauclerus Generatio. 21.

4 Cæterùm quoniam hîc est immensus expatiandi campus, omnésque celebriores Christianorum respub. frequentissimis & valde egregijs istiusmodi bellorum triumphis sunt illustratæ, Francorum Catholicos principes & populum, in solos suos maiores, & veterem Francorum reipub. gloriam velim intueri. Hæc autem post primum Clodouæum quando erat victorijs suis tota orbe celebratissima? Quando erat propter rerum gestarum admirabilitatē & Orienti & Occidēti formidabilis?

4.

Bella Francorum pro fide contra Saracenos.

Quando erat Francorum imperium & in Italia, & in Dalmatia, & in Germania, & in Hispania quoq; amplissimum? Sub Carolo Martello, sub Pipino Breui, sub Carolo Magno *Etsi enim prima progenies regia Morouei clara fuit sedibus in Gallia parris reliquumque genti tradita, & bellis per trecẽtos amplius annos domi forisque gestis, tamen sub secunda Caroli Martelli prope multo maior erat & rerum gloria, & regum nobilitas, & sanctius culta propagataque religio*, quæ etiam rebus bello vel pace gestis maiorem gloriam adiecit. Ea quænam erant Francorum ea ætate prælia, & contra quos suscepta? Non contra Christianos pro imperio, pro territorijs, sed contra Saracenos Mahometanos, contra Longobardos hæreticos, contra Saxonas Apostatas pro fide & religione. Consederant in Aquitania acciti, ab Eudone Saraceni dominatores Orientis, *Africæ Domini Hispaniarum victores, & qui se singulos cum denis Francis pugnaturos iactabant, qui pro vno Franco decem Saraceni in aciem processuri erant, numero ad quadringenta millia, cum rege Abdirama. Emissique Vasconiam, postquam Burdegalam diruris templis spoliassent, Engolismensium, Sanctonum, Pictonumque regionem vberrimam, & (quæ erat incolentium sanctitatis) templis auro excultis & refertis ditissimam euastabant. Sacrilega cupiditate ædes sacras spoliauere, odio religionis euertere.* Ecquis qui his ipsis in locis recentia Hugonotarum facinora recordatur, inter illos veteres & hos nouos Saracenos aliquid reperiat discriminis? Contra illos, Francorum exercitum non magnum duxit Carolus Martellus. Sed quo argumẽto spẽ victoriæ cõcipit? quibus stimulis Frãcos cõtra Saracenos incitat? Audiãt genuini Francorũ liberi, audiat veterũ Frãcorũ germana soboles. Et si eandẽ sibi adesse causam perspiciãt cõtra Hugonotas, tũ demũ Carolũ Martellũ hac oratione nõ tã veteres quàm hodiernos

Paul. Æmil. lib. 2. fol. 72.

Paul. Æmil. lib. 2. in rege 20. fol. 58.

Hugonotæ & Saracẽni quàm similes.

diernos Francos hortantē interpretentur. *Lætor (inquit) milites incidisse tēpus quo patriā tutando orbis terrarum defensores & numinis vindices à genere humano vocitari possumus.* Ea quidem de causa certè lætari potuerunt veteres Franci, nec minus iustè lætari poterunt qui viuūt veterū Francorum hodierno die posteri. Cùm enim Hugonotæ si Caluiniſmum suū in Gallia stabilire possint, eūdē sine quæstione per Europā sint diffusuri, aq; alibi sacrilegia cōmissuri quę quotidie in Galliæ regionibus patrant, quicunq; in Gallia Catholici ad hæc impediēda æternū cum illis bellū suscipiūt, ij *& patriam suam tutantur, & Europæ defensores & numinis vindices* ab omnibus Christianis iure optimo vocari debēt. *Isti Saraceni* (inquit Carolus Martellus) *ab Asturibus Cantabrisque pulsi, in nos feriūtur, tanquā Asturibus Cantabrisque virtute bellica religioneque cedamus, & certiores tutioresque sedes inter nos quàm apud illos habituri sint: cæci cupiditate prædæ, latinijs non iusto bello victitantes. Non enim quòd ingenti numero vagentur, ducesque, & castra & signa habeant, idcirco minus prædones. Nam quæ illis causa belli nisi vt templa diripiant, humanum genus deleant?* Ita prorsus hodie Caluiniſmus vt olim Saraceniſmus Hiſpanorū pietate & fortitudine depulsus ex Hiſpania, per suos Hugonotas, Admiralios, Nauarræos & Condæos *tertiorem & tutiorem in Gallia sedem quærit*: tanquam Galli Hiſpanis vel *religione virtute bellica cedant*. Hactenus certè nunquam concesserunt, neque in recentibus contra Hugonotas prælijs quicquam à veterum Francorum generosa indole abfuerunt, nisi quòd quum illis in vincendo essent pares, in victoria vtendo sese præbuerunt inferiores; & fraudulentis captioſisque fœderibus perdiderunt, quicquid clariſſimis victorijs sunt adepti. Quòd si Saraceni illi quanquam sub magno rege agentes,

Ibi fol. 59.

Veterum Gallorum Virtusimitanda posteris. M. du Haillan. li. 2. Roy 29. anno 736.

nihil tamen erant quàm prædones, quia nec justam belli habebant causam, & templis diripiendis sacrilegè intendebant: Hugonotæ quidni scelerati mi prædones cum suo regulo haberi debent, qui iureiurando quod suo regi dederant rupto mille templorum per Galliam diripuerunt, & ad deletam nationem Gallicam, nouámque aliunde eo loco inducendam, à suis ministris persuasi totis ribus incubuerunt? Verùm quod Francos omnes maxima & spe & alacritate in istiusmodi sanctis prælijs complere debet, illud est quod in Caroli cione sequitur: *Tantum* (inquit ille) *pleni humana diuináque spe in certamen procedite, memores patriæ, quæ etiam antequam Christiana efficeretur, nunquã Christiani nominis hostis extitit: quod nescio in vlli alij genti vsu venit: & semel veram pietatem professa, nullum hæresis monstrum genuit, semper acerrima religionis propugnatrix extitit: & quæ primæ omnium pro religione, non votis tantùm sanctitatéque, sed armis, exercitu, periculóque capitis, cum hostibus Christi signa contulit, & Arianorum potentissimo ac ferocissimum regem in acie occidit, exemplumque pietatis virtute tuendæ mortalibus princeps præbuit: vt quicquid deinde sanctæ æmulationis apud exteras gentes extitit, id omne solis Francis acceptum ferri conueniat.* Hæc est vera & solida Francorum gloria, pro qua retinenda, magis quàm pro vita, quàm pro vxoribus & liberis, quàm pro ipsa patria decertandum est. Si enim Francia *antequàm Christiana efficeretur, nunquam Catholicæ religionis extitit hostis*, quàm erit illud æternum Gallis dedecus, si iam plusquàm mille annis Christiana effecta, Catholicam religionem destruat, quam ne tum quidem quum Pagana esse desijt! Si *prima omnium nationum pro religione defendenda signa cũ hostibus cõtulit*, eiusque semper *acerrima propugnatrix* extitit, quàm turpis futura est ea Francorum

Singularis prærogatiua populi Gallicani quoad fidẽ. Maillan vbi supra.

Clodouæus.

pertur-

eruersio, si iam hostibus Ecclesiæ vexilla sua tra-
ut, & non cum veris & antiquis Francogallis reli-
onem acerrimè propugnent, sed cum istis nouis
allogræcis eandem maiorum religionem impu-
issimè conuellant & dissipent! Si Francia *nullum ha-*
uit monstrum hæresis genuit, quantopere laboran-
um est ne nunc procreando, & nutriendo, & con-
irmando fœdissimo illo monstro & prodigio hære-
is Caluinianæ (cui centum Carolinæ ætatis hære-
es pares non sunt) in omnem posteritatem atque
adeò æternitatem infametur? Si illi Franci tantùm
gloriæ sibi duxerunt quòd *potentissimum & ferocissi-*
mum regem Arianum in acie iugularunt, quanta erit
istis ignominia si impotentem & imbellem regulũ
Caluinianum in pace bellove reformident! Quan-
to maior turpitudo futura est si mancipiorum in-
star eidem se in seruitutem vilissimam addicant!
Denique si *quicquid erat sanctæ æmulationis in alijs gẽ-*
tibus, id à Francis haustum est; nimium insignis erit
Francico nomini labes atque macula, si iam disci-
puli suis magistris, si tyrones veteranis militibus, si
Hispani Francis in zelo religionis tuendæ antece-
dant. Quod si diligenter extremum illud cogitare
velint quo cõcionem suam Carolus ille concludit,
se cum turba colluuioneque latronum & sacrilegiorũ pu-
gnare, se meminisse velint, *quibus parentibus & in quã*
nationum aliarum de iis spem orti sint, & quænam terra
eos genuit, excepit, aluit, amauit, si firmiter apud se consti-
tuere velint, aut quam dedit eis vitam natale solum ei esse
reddendam, aut vt posteris maioribus de impietate trium-
phatoribus natos decet omnino vincendum, nec pacis spem
vllam cum his belluis concipiendam, hoc animo fideque
si in bellum progrediantur, sine cõtroueisia est Deũ
non minus istis, quàm eorum sub Carolo Martello
maioribus de impietate triumphatoribus præsente suo nu-

Victoriæ Caroli Martelli de hostibus Ecclesiæ.

mine affuturum : qui etsi infinitæ hostium multitudini nullo modo essent pares, ij etiam strenuè dimicarent, *cæsa sunt tamen ad trecenta septuaginta quatuor eorum millia : vt illa Saracenorum calamitas multitudine militum & splendore ducum occisorum omnium sæculorum memoriam superarit : ipseq; Rex Abderama inter cadauera tos corporum tumulos repertus est.* E Francis autem tantum & quingenti desiderati : alij mille tantum occidisse tradunt, omnes autem non humanis viribus sed diuinæ virtuti tam incredibilē victoriam ascribunt.

Æmil. vbi sup. fo. 62. Ioan. Vas. in Chronic. Hispan. an. 730. Saraceni 370000. cæsi.

Quòd si ab hoc tempore exorsi continuatā Francorum historiam ad centum deinceps & amplius annos percurrere velimus, quando eorum & nomen & imperium erat illustrissimum, omnia & bella pro fide suscepta, & victorias pro religione comperiemus fuisse partas. *Post hunc enim gloriosissimum Francis diem, & cuius lætitia in reliquis Christianis imperiis celebrata est, Martellus mox aliud pro religione bellum fecit contra maritimos illos Frisiæ & Hollandiæ populos, qui nuper veterem maiorum perfidiam abiecta Christi fide renouarant. Eos terrestri bello è continente pulsos, Francus insulis etiā Rheni quibus se tegebant classe expugnatis, deditionem facere coegit, & euersis falsorum deorum ædibus, famulos Christi de religione publice contenderos de integro recipere & audire.* Dum in extrema Batauorum ora occupatur Martellus, in Narbonensem Galliam veteres iniurias vlturi irruunt Saraceni, quibus se iunxerunt ex Africa Sicilique Sueui, Vandali, Alani, & cum iisdem *quicquid transmarinorum in Hispania Galliaque erat, contra Francos commouit.* Id enim solenne est hæreticis, contra Catholicos etiam cum Paganis & Mahometanis opes suas coniungere. nec mirum, quum vt hæreses, sic Paganæ & Saracenæ superstitiones capitibus diui-

Æmil. ibi. M. du Haillan. vbi supra anno 738.

Frisij victi.

Ariani & Saraceni victi.

ræ, caudis tamen sunt inter se colligatæ non aliter *Iud.ca. 15*
quam vulpes Sampsonis, ad vnicum Christi agrum
vastandumque Ecclesiæ inflammandam. Athinus Sa-
racenorum rex Comitis Massiliensis proditione no- *Æmil. ibi. fo. 66.*
ctu in Auenionem receptus est, qui mox Narbonē *Ioan Vas. Chron. Hispan. anno 736.*
quoque occupauit, cui cum maxima multitudine
filius Saracenorum rex Amoreus subsidio venit: cō-
tra quem profectus Martellus & regem cæcidit, &
eius *exercitum omnē internecione deleuit, vt nullus ex prælio rerum perditarum nuntius domum rediret.* Quę victo-
ria vt primùm ad Athinum perlata est, quanta ma-
xima potuit celeritate classem cum suis conscendēs *Lōgobardi.*
Galliam pacatam Martello reliquit. Eodem ferè tē-
pore arcta admodum obsidione premebat vrbem
Romam Luitbrandus Longobardorum rex, eam-
que breui in suam erat potestatem redacturus.
Gregorius Pontifex suis viribus diffidēs, *Martellum* *Æmil. l. 5 fo. 66. 74.*
velut acerrimum religionis defensorem implorauit. Armis opus non fuit: Martelli authoritati Longobardus dolorem suum condonauit, pacem Romæ dedit, & vexilla ab vrbe prope capta retulit.

Martelli filius Pipinus, quī paternam gloriam vel
æquauit vel superauit etiam, *cuius nomen* scribitur *Ibi. fo. 68.*
fuisse *impijs adeò formidabile*, vt eo viuente nec hæ-
retici nec Saraceni contra Galliam vspiam se cōmo-
verent, ipsique Græcorum Imperatores eius amici-
tiam admodum ambitiosè expeterent, quæ ferè alia *Victoria Pepini de hostib. Ecclesiæ.*
bella gessit, quàm pro religione, pro pontifice & ec-
clesia Romana? Aistulfus Lōgobardorū rex, iniusto
bello pontificis Romani ditionē vexabat, & aliquas
vrbes sibi subegerat. Stephanus pontifex *maximus,* *Ibi. fo. 77.*
vita admirabili sanctus, exponit Pipino miseriam suā,
Romanos mancipia fore Longobardorum, nisi auxilium regio Gallorum & Pipini pietas afferat, quos ideò demisse orat vt contra Christi hostes pugnare soluti, pro Christi Apostolis

stolis arma capiant, bello magis pio, quàm aut dubia aut difficili victoria. Pipinus per legatos Aistulfum cum pontifice conciliare studens, vbi Longobardum videt à ratione alieniorem, *patrio more capessendorum bellorum vniuersæ Galliæ concilium Carisiaci indicit. ibi exercitus decernitur. Nemo hanc velut sacrosanctam militiam detrectabat, vltrò arma capiebant, certatim Stephano aderãt.* Erat veterum Francorum ad succurrendum pontifici Romano promptissima voluntas. Non enim dubitabant eam esse sacrosanctã militiam, quam pro sancta Sede eoque viro susciperé debebant, quem Christus suum in mundo vicarium & sacrosanctæ Ecclesiæ pontificem summum constituerat. Vix autem Franci Alpes transgressi suos in Italia gladios distinxerant, cum Aistulfus per oratores omnia quæ volebat Pipino pollicetur. Pax igitur illi data, & conditiones impositæ, & Longebardus ad eas præstandas iureiurando adactus. reditque in Franciam Pipinus magna gloria auctus, *quod bellum externum aduersus gentem rebus gestis nobilissimam susceptisset, nullo suo præmio confecisset.* Sed vixdum in patriam reuerterat, quum Aistulfus iurisiurandi immemor, spretis Francos semel officio functos iterũ pro aliena causa non sumpturos arma nullo suo fructu, populatus longe lateque prouinciam Romanam, ipsam vrbem obsidet. Quod vbi in Franciam nunciatum est, tum *Pipinus nõ Stephano sed sibi qui pacem dedisset legesq; prescripsisset bellum inferri ratus, milites rursus cogit instructos & ipsos ferentes virtutem suam ab Aistulfo ludibrio habitam. Redit in Italiam. Ita Romæ soluta est obsidio, versa in hostem eadem fortuna. Qui modo vrbem obsederat, Papia mœnibus se rursus clausit, obsideriq; cœpit. Supplici conditiones eædem impositæ, sed nudæ verborum fidei stare non placuit, obsides quadraginta accepti.* Dum abest in Italia Pipinus, Saxones Germaniæ & Bauariæ à Carolo Martello

Longobardi victi.

Æmil. ibi. M. du Haillan. li. 3. in Pipin. reg. 22. anno 755.

Saxones et Bauari victi.

rello ad Christianam fidem perducti cõtra Francos coniurant: sed *numen diuinum Francorum arma iuuat.* Victi statim Saxones castrisque exuti, bellum nouo delectu redintegrabant, quum optimates in castra venerunt, veniamque vniuersæ genti impetrarunt, quibus *lex parendi data, vt quotannis trecentos bellatores equos ad Francum adducerent, quosque Franci, eosdem illi socios hostesque haberent.* Tassilo quoquè Bauarorum dux Saxonum auxilijs destitutus quorum fiducia rebellarat, *in fidem reuersus comiter exceptus est ea conditione, vt se Francorum beneficiarium profiteretur & obedientiam iuraret.* Denique si Francorum sub hoc rege statum considerare voluerimus, perspiciemus eos ferè solos Christianam militiam exercuisse contra tyrannos & hæreticos: & vna videbimus eosdẽ fuisse solos Christianorum principum in controuersijs grauissimis arbitros & iudices. Gothorum Arianorum regnum in Francia per hunc Pipinum funditus deletum est. Longobardorum in Italia regnũ valde accisum, qui se cum Gothis iunxerant. Burgundi & reliqui ad Narbonem vsque interfecti populi, omnes domiti, & in Francorum potestatem redacti. Germania ab Alpibus Bauariæ ad maritimã vsque Frisiam & Saxoniam mediterraneam Franco paruit, & maiori ex parte christianam fidem est amplexa. Eodem tempore Græcorum Imperator, & rex Longobardorum suos in Galliam miserunt Legatos: & ipse Pontifex eo profectus est, omnesque vno consensu à Pipino tanquam Christiani orbis oraculo expectarunt Italicarum prouinciarum ordinationem, vt ille nimirum statueret quæ ciuitates Romano Pontifici, quæ Græcorum Imperatori, quæ Longobardorum regi subessent: & quam Pipinus sententiam tulit, eam principes illi ratam habuerunt. Illud autem de Francis hoc tempore generaliter

Fol. 78. M. du Haillan. vbi supra fo. 75. an. 756.

Regino Chron. li. 2. an. 756.

Regino ibi. ab an. 757 ad 762.

Sigiber. ab an. 755. ad 768.

Æmil. l. 2 in Pepin. reg. 22.

Gloria Francorũ.

ter est annotatũ eos semper *pias causas bello* protexisse & fortissime ad earum patrocinium incubuisse.

Æmil. ibi. fo. 71.

Carolus autem Magnus qui regiam patris dignitatem in Imperatoriam mutauit, quamuis tota vita maxima bella confecit, perpauca tamen aggressus est in quibus religionis causa præcipuè non versabatur, vnde factum est vt in reliquis etiam ciuilibus multò esset fortunatior. Principium ferè suorum bellorum à Romani Pontif. defensione auspicatus est, quem quum Desyderius Longobardorum rex graui bello premeret, idque in Franciam nuntiatum esset, *tunc Caroli digna piaq; visa causa belli.* Antea quidem inter eum & Desyderium querelæ varię intercesserunt, sed priuatæ, bello tamen inferendo, sicut aliorum principum in bellis adeundis præproperam facilitatem respicimus satis magnæ & graues. Verùm vnica Ecclesiæ causa, illis omnibus quamcunque, Christianissimi regis iudicio præponderare visa est, & tunc se *dignam piamq; belli causam* habuisse credidit, cùm summum pontificem à Christianis regibus sed periuris & hæreticis, vel saltè politicè catholicis, & nullius certæ fidei studiosis, bello vexari intelligeret. Varia pòst bella gessit idem Carolus & cum Saxonibus in Germania, & cum Longobardis in Italia, & vtramque gẽtem Imperio Francorum fortissimè subiugauit. Quorsum autem & illa & reliqua ferè omnia Caroli bella spectabit, vtrum ad largius sibi imperium comparandum, an potius ad religionem Christi contra hæreticos apostatas & Saracenos tuendam, hæc vna Christianorum in Cantabrio ad eum legatio declarat. Astures enim Gallicique congratulati *victorias partas. Sanctumque religionem datam, & Pontificiam dignitatem iniuria vindicatam, orabant vt natus ad nomen Christi propagandum, Hispanorum qui summis cruciatibus quotidie*

Ibi i. in Carolo reg. 23

Victoria Caroli Magni de hostibus Ecclesiæ & fidei Christianæ.

Æmil. l. 2 M. du Haillan. l. 3. an. 777. in Carolo Mag.

à Saracenis necari, malint quàm impiorum iugum, ne-
in religionem subire, misereretur. Saxonum salutem qui à
ro numine alienem essent curæ Carolo extitisse vt pij fierent:
torem apud superos laudem promeriturum, si tela bar-
tæ superstitionis a iugulo piorum auerteret, bellumque
aracenorum ab auo susceptum, a patre gestum, ipse tan-
tem conficiat, quod adolescentulus attigerat. Religio ergo
ad bellum Italicum & Longobardos Italia depel-
endos Carolum impulit: religio eundem ad varias
in Germaniam expeditiones faciendas permouit:
religio causa fuit vt Saxoniam victricib. armis per-
uaderet: quumque Saxones rebelles & Pagani se *in* *Ibi. fo. 88.*
fidem Francorum venturos Christumque professuros diceret
si aliquo pignore capiti suo caueretur. Carolus victor qui
alioqui ad eas conditiones vt pignora eis daret nũ-
quam voluisset descendere, *quia de religione agebatur,*
non turpè sibi Francisque omnibus duxit nobilissimos ami-
corum obsides dare, atque ita baptizati sunt. Eodemq; tem-
pore Westphali victi in eius ditionem venerunt. Religio
causa fuit vt cùm iidem Saxones ter quaterve à re-
ligione Christiana deficerent, Carolus eos ter qua-
terve domaret bello, & ad constantiorem fidei Ca-
tholicæ agnitionem cogeret, à qua tamẽ rursus no-
stra memoria per belluam illam Lutherum seducti
alium Carolum desiderant qui eis veteris Apostasiæ
memoriam pœnamque redintegret. Religio eundẽ
adolescentem ad bella Saracenica incitauit, eadem-
que Christiana & Catholica religio eundem iam
virum cum suis Francis per saltus Pyreneos ab vlti-
ma Saxonia & Cimbrica Chersoneso ad Pampalo-
nẽ Cantabriæ metropolim traduxit: in quam vrbẽ
postquam vera virtute perrupisset, eamque mili-
tibus suis præbuisset diripiendam, omnibus in ea
Saracenis qui armati erant cæsis ad cæterorũ terro-
rem, mox proximum Cæsaraugustæ regnum nul-
lo ne- *Ibi. fo. 89.*

lo negotio in eius potestatem venit. duoque illi finitimi reges cum donis in castra venerunt vectigal pacti, *omnemq́, Hispaniam Carolus nominis sui terrore impleuit. Asturiæ Galleciæq́, regi auxilia misit, nec post annis pijs Hispanis superiores bello barbari extitere, quos ultra li velut fulmina belli exhorruerunt*. Ergo quòd Hispa-

Hispanorũ Imperium inchoatum à Carolo Magno.

ab hoc ipso Caroli Magni tempore, perpetuata dam serie victoriarum Saracenos fuderunt & ma rates regnaque eis detraxerunt, quòd gradatim liquis prouinciis electos in vnicam Granatam pegerunt, ex qua totaque simul Hispania per Fer nandũ ante centum ferè annos profligati sunt: Philippus hodie Hispanorum rex amplissimu Hispania tota & alibi extra Hispaniam tam late mina tur: hoc totum Carolo Francorum regi Fe cisque illis acceptum ferendum est: quoniam o mi licet fortissimique Hispani, ante Francorum men opem nec potuerunt aliquid contra Sarace quia deerant vires, Hispanis sola montium pra pta in Asturia Cantabriaque tenentibus, nec au bant aliquid contra eos quia deerat animus, quo Hispani à Saracenis toties victi eos *tanquam fulm belli exhorruerunt*. Et hæc ego ex innumeris pauca maximis mediocria Francorum gesta delibo, ido multis annis priusquã Occidentis regno, quod p stea ad eos translatum est potirentur. Nam deinc victorias eorum & crebriores, & illustriores, & Im perium largius propagatum, & nominis claritatem in omnes orbis terminos magis diffusam omnes hi storici loquuntur. Cæterum etiam ante Imperium acceptum, illud de Francia verissimum erat, *eam fl ruisse domesticæ pacis externæque victoriæ bonis. Nullo regnum Christianum erat non multo Francis inferius vir te, gloria, nobilitate, opibus, Gallia, Germania, Italia, Fran corum regi militabat*. Vtque perspicuum est eorum

Æmil. li. 2 fol. 16.

plurima

plurima bella ob ſolam religionem Catholicã fuiſſe mota, ita non minus euidens eſt milites Francos Catholica fide munitos non tam ſuis armis quã ea fide confiſos eadem bella cõmiſiſſe, & victorias ex hoſtibus retuliſſe. Quũ enim in Auſtria Hunni cõiuncti Bauaris magnũ exercitũ collegiſſent, eumq. Carolus adoriri ſtatuerat, prius *in planitie ſpatioſa, ſacra facienda excitatis altaribus curauit, & milites duceſq; confeſſione & communione ſacroſancta præparati ſunt.* Ex qua (Deo eorũ pietati ampliſſimũ fructum rependente) *tantam numinis fiduciã concepere, vt hoſtes cõperta Francorum alacritate, pars in Scythas vnde oriundi erant ſe receperint: pars ſecundo Danubio vecti in alia loca profugerint.* Ex quibus omnibus & generali Chriſtianorũ omnibus ætatibus conſuetudine, qui nihil duxerũt glorioſius quàm pro ſuis fratribus ab infidelium & tyrannorum iugo liberandis belli fortunam tẽtare, ex fide totius orbis Chriſtiani qui in Concilijs vniuerſalibus Claromontano, Viennenſi, Lateranenſi, Lugdunenſi, ea bella commendarunt, & ad ea ſuſcipienda Chriſtianos humanis diuiniſq. præmiis incitarunt, ex ſanctiſſimorũ patrum exemplis ea bella à Chriſtianis ducibus geſta, maximè prædicãtibus: denique ex Dei ipſius authoritate huiuſmodi bella & in litteris ſacris præcipientis, & miraculis etiam confirmantis, & victoriis inſignibus præter & ſupra ſpẽ humanã proſequentis, conſtat euidentiſſimè nõ ſolum fas eſſe, ſed ipſam fidẽ & pietatẽ requirere, vt reges Chriſtiani pro religione Chriſtiana, eiuſdẽ religionis hoſtes ſiue Saracenos ſiue hæreticos bello perſequantur. Ita fecerunt ſemper Chriſtianorũ optimi Imperatores: ita fecerũt Francorũ antiquiſſimi & Chriſtianiſſimi reges. Ab iis bellis Clodouꝰ 1. regnum ſuum auſpicatus eſt. Ijſdem bellis Clodouæi filij paternã gloriã ſunt æmulati; iiſdẽ bellis

Religio Francorum in prælio cõmittendo. Haillan. vbi ſupr. an. 798. Ibi. fo. 95.

Carolus Martellus, Pipinus, & Carolus Magnus Francos ad ſummum & imperij & gloriæ culmen euexerunt, vt Imperium Francorum per totam fere Europam pateret: gloria autẽ ad extremos Europæ, Africæ Aſiæque terminos diffunderetur. Hanc potentatem Francorum inprimis nationi regibuſque tam (vt honorificè vereque notarunt hiſtorici) aliæ nationes regeſque à Francis tanquam liberi à parentibus hauſerunt. Atque hoc idem omniũ eſſe Chriſtianorum ſiue populorum ſiue regum officium, dubitare non poſſumus, ſi regum Chriſtianorũ ortum & originem perpendimus. Egregiè enim & diuine magnus ille Leo, perantiquus Eccleſiæ Romanæ Pontifex ad Leonem Auguſtum: *Debes* (inquit) *cunctanter aduertere regiam poteſtatem tibi non ſolum ad mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam, vt auſus nefarios comprimẽdo, & quæ benè ſunt ſtatuta defendas, & veram pacẽ ijs quæ ſunt turbata reſtituas.* Cumque quædam hæreticorũ in Alexandrina Eccleſia ſcelera caluiniſticis ſimilia recẽſuiſſet, vt quæ *monaſteria euertiſſent, ſacrificij oblationẽ chriſmatis ſanctificationem ſuſtuliſſent, Alexandrinam Eccleſiam ex domo orationis ſpeluncam latronum effeciſſent, in eaque omnia cœleſtium ſacramentorum lumen extinxiſſent*, & vt hæc flagitia aliquo Eccleſiaſtici ordinis velo obtegerentur, Ælurum Timotheum Apoſtatam (& vt ita dicã) Lutheranum monachum iſtis ſceleribus fauentem ex ſolo Prorerio vero Epiſcopo, pſeudoepiſcopum Alexandrinum creaſſent: *Magnum eſt* (inquit Leo) *vobis Imperator de talibus Eccleſiæ hoſtibus triumphare. Quia laudabile vobis eſt aduerſarum gentium Paganarum arma cõterere, quanta erit gloria ab inſaniſſimo tyrãno Ælurio Alexandrinam Eccleſiam in cuius cõtritione omnium Chriſtianorum eſt iniuria, liberare?* Ergo quod antea fuiſſe cõſtẽdimus, regia Chriſtianorum principum poteſtas mali-

Supra fol. 591.

Regis inſtitutum eſt ad præſidium Eccleſiæ,

Leo epiſt. 73. tom. 1 Concil.

Vide Niceph. lib. 15 ca. 16. & Euag. li. 2. cap. 8.

maximè & primario *ad ecclesiæ præsidium* refertur, postea publicas vtilitates tractat, ideoque maximè & primo loco debet Ecclesiæ hostes hæreticos, Apostatas, Saracenos, Ministros, Superintendentes coërcere; & tum deinceps secundo loco de alijs hostib. comprimendis qui ita rempub. impugnant vt religionem non violent, cogitare.

§ Vt autem hoc valde certum & exploratum est; ita illud videtur multis dubium & controuersum, vtrum subditi hæreticum regem deserere possint, eumque si sponte nolit, armis inuitum prohibere ne imperium in eos exerceat. Quod vt magis ancipitem multis afferat deliberandi scrupulum, faciũt aliorum vera de regum officio præconia, aliorum falsæ & impiæ de regum maiestate adulationes. Vera præconia intelligo ea quæ de obedientia regibus exhibenda scripturæ sacræ & diuina sanctorum monumenta continent, de quibus tamen satis existimo dictum, siue scripturas ipsas, siue orbis Christiani fidem perpetuam, optimam scripturæ sacræ interpretem intuemur, quæ nunquam infinitam, sed certam certisque limitibus terminatam obedientiam regibus attribuit. Vtrinq. enim didicimus esse potestatem in Ecclesia diuinam regia superiorẽ, & regiæ moderatricem, & cui tum in veteri, tum in nouo testamento regiam potentiam Deus ipse subiecit. Adulationes autem impias dico quorundam fanaticorum Caluinistarum recentia scripta, qui iam post sanguinariam viginti octo annorum rebellionem, quum hactenus pluribus libellis & inuectiuis docuerint fas iusq. esse contra regẽ pro Euãgelio præliari, iam nunc mutato repentè Euangelismi sui textu, quia magnam spem concipiunt Gallicanum diadema capiti Caluiniano imponendũ, his argumentis suadent grande peccatum esse subditis

Caluinistarum noua theologia pro rege hæretico.

Bellay en l'Apolog. Cath. part. 2. pa. 179. & 1. 124. 262.

si contra quemcunque regem siue hæreticum, siue Apostatam, pro religione arma sumant: 1. Subditos diuino præcepto obligari principibus qualescunq; fuerint. 2. nec illis laborandum est quales sint principum consuetudines & mores, 3. neque subditi ab hac obedientia solui possint per vllam traditionem aut permissionem hominum generalem aut particularem, quia nullus potest immunere aliquem. 4. Neque verò Ecclesia vnquam liberauit Christianos subditos ab obedientia debita regi qui fuit vel legitimo defuncti successor vel iure electus, 5. Illique omnes semper runt sine dubio iram & furorem diuinum qui se opponunt regi legitimè succedenti. Regis enim electio 6. cœlitus facta in mundum venit, nec humanum est murmurare contra sapientiam diuinam, qui sæpe ad affligendum populum suum electum, & domum Sionis, dat eis reges improbos, stultos, infideles, verosque tyrannos: quales erat in Iuda & Israel Roboam, Ioram, Ochozias, Nadab, Baasa, Achab cum vxore sua Iezabele. Sic item post Christi tempora plerique Imperatores & reges fuerunt hæretici & inimici iurati Christianæ, vt Constantius, Valens, Zeno, Anastasius, Iustinianus primus & secundus, Leo tertius, Philippicus, Bardanes, Constantinus V. dictus Copronymus, Leo quartus, & alij, qui etiamsi sint habiti pro hæreticis, 7. non sunt tamen regia dignitate amoti. Quid verò si rex ille cui diuina quandam potentiam omniq. exceptione maiorem affingitis, cuius electio cœlitus ad nos venit, cuius diuinam tam seuerè iubet obtemperare, à qua obedientia per nullam traditionem aut permissionem humanam siue generalem siue specialem solui possumus, hic rex si cum prudentissimorum suorum consilio & assensu statuat ne hæreticus ei in regno suo succedat, nũ hoc licet regi cœlitus & diuinitus potestatẽ habenti est obediendum? Nihilminus: & hic dabit mihi veniam rex si libere loquar quod verũ est hoc certe vt faciat & nõ est in eius potestate. Lex enim regni per quam ipse regnat, prohibet ne quis

2. 3.

4.

5.

6.

7.

Obiectio.

Insana responsio Apologetici.

8.

quid noui hac ex parte moliatur. Atque ita iudicatum est à Parlamento Parium pro Carolo VII. contra Carolum VI. qui fœdere Trecensi Catharinam filiam tradens in vxorem Henrico V. regi Anglorum, eum etiam designauit proximũ Galliæ hæredem excluso Carolo VII. Neque enim per regem mutari potest lex Salica huius florentissimi regni, cuius rex tutor est, curator, vsufructuarius, & administrator, 9. salua eius substantia. Itaque quoad proximũ sanguinis & cognationis ius, nihil potest contra veteres leges immutare: semperq; proximus agnatus ipsa regis prioris morte sit dominus iuxta authoritatem legis & moris Galliarum. Atque ita expressè loquuntur de nostro regno 10. *Ioannes Andreas, Baldus, Panormitanus, Iason.* Hæc summa est theologiæ Caluinianæ ab an. Dom. 1584. de obedientia quã subditi Gallicani præstare tenentur regib. suis deinceps in regno Galliarũ successuris. Nã ab an. 1561 ad hoc vsque tempus, Euangelismus eorum longè alio modo in Caluinistarum auribus insonuit, vt supra fusè declarauimus, exemplaq. sunt apertissima. Et paulò post primam rebellionem Theod. Beza noui Testamenti translationem suam Latinam dedicans Angliæ reginæ, ita præfationem eã concludit & subscribit; *Geneuæ, anno à nato Christo* 1564. *Decem.* 19. *quo die ante biennium, Gallica nobilitas illustrissimo principe Condensi duce, non procul vrbe Druydum fortissimè præliata, prima restituendæ in Gallijs Christianæ religionis fundamenta suo sanguine fœliciter Deo cõsecrauit.* Ita hoc an. 1564. & deinceps, opus Christianissimum & maximè Euãgelicum fuit bello regem lacessere, & euocatis in Galliam Anglis, Germanisque, funestissimum in Gallia bellum gerere, & contra regem perfidiosissimè præliari: & qui in tali bello vitam amittit, is à Theod. Beza summo Caluinistarum patriarcha, in diuorum numerum refertur, & tanquã martyr honoratur, quòd sanguine suo

Ibid. pag. 138. 139.

9.

Nauarr. Dominus Galliæ.

10.

Mutabilitas Euangelismi Caluiniani.

Sup. ca. 6.

Bezam præfat. translat. no. testam.

suo *Christianæ religionis fundamenta* (quasi hactenus Galli omnes fuissent Pagani & Ethnici) Deo cõsecrauit. At post alios 20. annos inuersa penitus eli Euangelismi facies & scena, & iam ius diuinum requirit vt simpliciter sine vlla recusatione regi pereant omnes, contra quem si quis quidpiam meliatur, is ad imam inferorum abyssum damnatus est. Tum contra optimos iustissimosque reges, Francisc um, & Carolum, bellum dimicare subditis erat licitum, imo opus erat diuinum & gloriandũ: Nam etiamsi immanissimus tyrannus, hæreticus, Apostata, vt Ioramus, Achab, Iezabel, Valens (qualem augurãtur fore suum Nauarræum) rex fiat, *nulla repudicio aut permissio humana siue generalis siue specialis* Gallos liberat à grandi peccato, nisi eidem cum omni humilitate obtemperent. Ecquis verò cõcipere potest quæ sit huius tam contrariæ theologiæ ratio? Nemo opinor mortalium, nisi qui primò nouerit positum esse in arbitrio istorum dementissimorum hominum, fidem pro sua libidiue variare. Hi autem iam à quinquennio statuerunt quoad hunc articulum, nouum Euangelismum in galliam ad aliquod tempus inducere, quia iam appropinquat tempus quo sperant (vti doctissimus quidam vir olim prædixit) *eandem sectarum Babilonem extructum iri in Gallia quæ tampridem extrui cœpit in Germania*. Quæ Babylon & confusio vt commodè feratur & adoleatur, iam aliquod tempus ministris Arianis & Caluinianis quietum magnoperè desiderat, etiamsi hucusque, *omne genus discordiarum inter ciues, & inter proximos omnis perfidia, omnis exulceratio animorum, & contra regem omnis rebellio*, eorum Ministrorum studiis maximè nutrita & multiplicata fuerit.

Siluester Czecanouius Polonus de corruptis moribus vtriusq. partis Pontif. & Euãgel.

Cæterùm pauciss imis summã huius Caluinianæ & Punicæ theologiæ percurramus, de veritate ipsa mox

mox fusius disputaturi. Est quidem iuris diuini obedire regibus, vt item parentibus, & dominis, & præceptoribus, & ducibus, & magistratibus, & in primis Christo & Ecclesiæ; sed ordo est in hac obediẽtia. Et vt inferiori magistratui non est obediendum contra superiorem, ita nec superiori vel ipsi regi contra patriam & rempub, multò minus contra Deum & Ecclesiam. de cuius obedientiæ limitibus semel atqut iterum dictum est superius. Si non sit inquirendum in fidem regis succesſuri sed simpliciter sine inquisitione admittendus, qui est cognatione proximus, ergo si proximus hæres sit Arianus, si Trinitarius, si Iudæus, si Turca, vel prorsus Atheus, idem à Christianis subditis statim est agnoscendus reipub. Christianæ supremus moderator & princeps. Et tamen hic qui ita blaterat, audet se Catholicum dicere? qui verius est ipsissimus diabolus in specie Caluinistæ? Si nulla traditio humana potest soluere subditos ab obedientia regum, quæ traditio annis iam 28. Hugonotas in Gallia regibus suis fecit ita refractarios & rebelles? Quæ sit Ecclesiæ his in rebus potestas suo loco dictum est. Interim si non sit Ecclesia Christi quæ soluat subditos ab obedientia regis, isti fatentur Caluinianam Ecclesiam non esse Ecclesiam Christianam sed synagogam Satanæ, quæ tanto spatio rebellionẽ subditorum cõtra reges Christianissimos fouit. Sit peccatum quàm velint atrox & horribile regi legitimè succedenti resistere. At quando probabunt hæreticum regẽ in Catholico regno *legitimè succedere*? nisi forte succedere ita interpretantur, quemadmodum diei nox, paci bellum, vitæ mors, & in quibusdam regnis Asiæ & Africæ, Christianæ fidei successit Turcismus & Saracenismus. Sed hunc stultissimè vocari successorem alibi ex diuo Nazianzeno ostendimus.

1. *Responsi ad superiora theologiæ Caluin. pro regib. hæreticis capita*

2.

3.

4.

5.

Supra pa. 59.

ostẽdimus. Neque verò vnquam *legitimè succedat, qui* contra omnium Christianarum nationum mores, & leges, & fidem, Caluinianè hæreticus veterẽ Catholicè Christianorum regum solium ascendit. Si

6. omnium regum etiam tyrannorum & Apostatarũ electio sit cœlitus, quid ergo vult illud Dei per

Oseæ 8. v. 4. Prophetam, *ipsi regnauerunt sed non ex me*? Et tametsi facile concedo ipsam etiam tyrannidẽ aliquo modo esse à Deo, quemadmodũ etiam fuit tyrãnis Satanæ

Iob. 1. affligentis Iobum: sed qui ex eo colligit tyranno non esse resistendum, ille idem argumentetur & Satanæ ipsi esse obtemperandum, cuius in nos potestas

Ibi. v. 12. & ca. 2. 6 cœlitus vt scripturæ euidenter aiunt. Ita nimirum furebat monstrum illud hominis, istorum Euangelismi parens alter Lutherus: *Præliari contra Turcam, repugnare Deo visitanti iniquitates nostras per illos*: eaque

Luth. to. 2 art. 34 fo. 89. doctrina fecit, vt Germanis patriam suam aliquo tempore scelleratissimè magno Turcæ prodentibus & eius defensionem negligentibus, Turca magnos fecerit in Germania progressus. Sed tandem sui Lutheranis circunstrepentibus, excitatus è veterno ebriosus & Bacchicus antistes reuocauit brutam illam opinionem, & (vt memoriæ mandat aduersator eius Sleidanus) bellum cõtra Turcam geri posse censuit, etiamsi Deus *eo tanquam flagello nos verberaret*. Et iste ergo amens Theologus nisi Luthero ebriosior, cum Luthero sententiam muret: aut quando diuina prouidentia ex morbo decubuerit, caueat vt accersat medicum ne diuinæ prouidentiæ videatur resistere.

Sleid. an. 1542. li. 14.

7. Quòd verò addit, istos quos enumerat tyrannos non fuisse ex regiis thronis per populum eiectos, id luculentum est mendacium: quemadmodum partim superius, partim mox demonstrabitur, & ex ipsa scripturæ historia & Ecclesiasticis monu-

Cap. 2. et 3 vide ca. 10

mẽ-

mentis, cuiuis vel Latinè, vel Græcè, vel Gallicè intelligenti est perspicuum. Deinceps de authoritate regis ita stupidè philosophatur, vt auriculas Midæ vel vertiginem spiritus Caluiniani facilè deprehendas: ita nihil dicit sobriè, nihil constanter, nihil Christianè: omnia desperatè, impiè, & prorsus furiosè: sic enim concionatur Regis authoritas diuina est, eique vt simpliciter & omnino pareamus iure diuino compellimur. eidem tamen si cum consilio Ordinum regni sui præcaueat ne princeps hæreticus regnum occupet, morem gerere non debemus. Hic enim religiosus iste Caluinista *veniam petit vt liberè loquatur* quod ab eo honor sui Euangelismi extorquet. Omnia quidem potest rex, inquit iste, & tamen hoc quod est & corporibus & animabus singulorum, & totius regni saluti vtilissimum non potest. Rursus, *nulla traditio* potest quempiam ab eius obedientia excipere, vtque ei humiliter quoad omnia & singula subijciamur *ius diuinum flagitat*: hoc quidem verum est, nisi cùm hæreticum à regno Galliæ adipiscendo impedire conatur. hic enim *ius diuinum* silet & interrumpitur. Si rex Catholicam fidem abrogare velit, si sacramenta tollere, si ius diuinum & humanum peruertere, id ei per hunc theologum licet. At vt idem rex aliquod obstaculum interponat ne Caluinismus, hoc est Turcismus, & Atheismus, & Sataniſmus plenis velis per Galliam feratur, in hoc *ius diuinum* (quod hæreticis, & Turcis, & Atheis mirificè fauet) regiæ potestati nihil concedit. Neque verò rex aliquid potest immutare eorum *quæ sunt de substantia Coronæ* Gallicanæ. Quasi hæresis aut hæreticus aliquis Caluinista sit *de substantia Coronæ*, sine qua respub. Gallicana non possit consistere: aut quasi fides Catholica æquè ac lex Salica non esset de *Coronæ illius sub-*

8. *Mirabilis Theologia Caluinistarum.*

9.

10. *ſtantia*: aut quaſi *Ioannes Andreas*, *Baldus*, *Panormitanus*, *Iaſon*, hæreticis vnquam tale quidpiam indulſerint, aut de hoc portentoſo Atheiſmo quicquam ſomniauerint; aut verò in animos induxerint quempiam ex Gallorum Chriſtianiſſimorum regum ſtirpe ad tam fœdam & Antichriſtianam blaſphemiarium ſententiam aliquando ruiturum: aut quaſi iſti iuriſperiti, & eorum pater & author iuris Iuſtinianus primus, reliquique Imperatores, & patres antiquiſſimi, & prophetæ, Apoſtolique, ipſeque adeò ſaluator noſter Chriſtus Ieſus in Euangelio non demonſtret eſſe abſurdiſſimum & prodigioſiſſimum, vt ouium ſuarum grex lupum rapacem ſibi paſtorum præficiat. Hæc eſt theologia quæ hoc verno die per Galliam diſpergitur. Hi libri quos iſta beſtiæ impudentiſſimè ſub Catholicorum nomine ſeminant. Et quis ita cæcus eſt qui non perſpiciat iſtos eſſe merè Atheos, qui nihil habent penſi quid ſcribant, quid loquantur, quid mentiantur, quid peierent, quid blaſphement, modò tamen Caluiniſmum ſuum promoueant, & tandē aliquando quod ſolicitè & ambitioſiſſimè conantur, ſui generis Caluiniſtam in auguſtiſſimo & Chriſtianiſſimo Gallia-rum throno ſedentem conſpiciant?

Supra fol. 463.465.

6. 6 Sed mittamus ad tempus iſtos Chameleontes & Vertumnos, qui vt polypus colores & ventus ſtationes, ſic ſuam variant fidem & theologiam: remque ipſam per ſe intueamur. Quod ſi reiectis iſtis quiſquilijs, & amputata inani oſtentatione, faſtuque qui reges ferè conſequitur, regiam conditionē per ſe expendamus, vnde veniat, quò pertineat, quem in finem referatur, quos habeat limites & cancellos; fortaſſe nec hoc de ſubditorum erga ſuos reges bello magis apparebit Chriſtianis ambiguū, quàm illud alterum de hęreticis principibus

per alios

per alios principes Catholicos bello castigandis. Si enim respub. Christiana regendi sui habenas regi tradat ea expressa conditione, vt primùm Christianè iuxta fidem Catholicam, deinde iustè iuxta leges patriæ præsit; an si is hæreticè contra fidem Catholicam dominari velit legesque patriæ perfringere, tum populo vitiosum erit ei obedientiam negare? Multa regibus Europæ vectigalia antiquitus populorum consensu donata sunt vt ij vias à latronibus tutas præstarent, quò ciues vltro citroque commeare, negotiari, & sua commercia exercere possent. Si rex quispiam vel per se vel per armatos sua authoritate latrones eas vias obsideat, viatores spoliet, ciuium commercia impediat, num tenebitur deinceps populus, regibus concessa vectigalia tali latroni dependere? Omnes respub. ciuiles tyrannum, qui in bona & corpora ciuium iniustè grassabatur, viribus populi à gubernatione remouendum censuerunt; & tyrannum hunc in bona & corpora, & (quod caput est) in animas debacchãtem Christianæ respub. tolerabunt? Diximus reges Christianos ita, vel potius multò magis ad sacramenta legis Euangelicæ, quàm reges Hebræos ad cæremonias legis Mosaicæ alligatos esse. Illi autem si legem Mosaicam transgrederentur, regia in Hebræos potentia abdicandi erant. quidni ergo reges in nouo Testamento hæreticos eadem pœna sequatur? Quum pontifices Hebræi regem Hebræum denuntiassent loco illo indignum tenebatur populus eum deinceps ex regali solio deijcere: & quum pontifices Christiani regem Christianæ legis desertorem Christianos regendi potestate priuauerint, minus rata erit sententia? ad pastoris sui vocẽ populus obsurdesset? & quem Christus conténi despicique vt paganum præcipit, eum Christiani vt Christia-

Reges hæretico obediẽtia non debetur.

Vide ca. 3.

Suprà fol. 271. 273. & cap. 8. §. 2.

Officium populi ergà regem hæreticum.

Christianorum patrem regemque verebuntur? Elegánter quidem diuus Chrysostomus interpretans illud prophetæ Isaiæ, *In anno quo mortuus est rex Ozias vidi dominum sedentem &c.* ostendit quid sit populi erga reges hæresi infectos, & à pontificibus excommunicatos officium. Nota est historia, quemadmodum Azarias summus sacerdos cum aliis Dei munere sacerdotes fungi volentem, lepráque percussum è templi liminibus expulit, quem deinceps & populus è ciuitate omnique regio honore debebat eijcere. *Hanc pœnam vt alium quemuis è populo, ita regem perpeti oportuit* (inquit D. Chrysostomus) *non perpessus est, his qui in ciuitate erant, illum ob diadema regiamque dignitatem reuerentibus, verùm manebat animo sua clanculum, & consedit in throno rursus legem transgrediens.* Non aliter regem è Christiano fieri hæreticum est transgressio legis diuinæ. sed regem eum postquàm hæreticus est in throno regio consedit, regem eum ex societate Christianorum non ejici, sed cùm leprosus sit in ciuitate permitti, vt alios non lepra & hæresi contaminet; hoc alterum est contra legem peccatum, & propter contagionem ad multos permanantem priore longè atrocius. Idque prophetæ significat, cùm ait Deum per prophetam non inceps non fuisse loquutum donec mortuus esset Ozias. Iratus enim erat Deus, quòd cum regem populus è solio regali penitus non exturbauerat. Negligentia hæc (inquit D. Chrysostomus) *Deum ad iracundiam prouocauit, hoc prophetam inhibuit. Vos populus metuitis impurum eijcere? reueremini regiam dignitatem Dei legem violantes? Quid igitur? Deus auersus est ab illis. Non amplius loquor prophetis vestris, non amplius mittam spiritus gratiam. Non vultis vlcisci vicem meam? nec ego vobiscum loquor vobiscum. Ipse quidem poteram illum eijcere, verum quod restabat, vobis relictum esse volui. Non vultis? & ego vos de-*

Isai. 6. v. 1

2. Paralip. cap. 26.

Chrysost. tom. 1. de verbis Isa. hom. 4. & 5.

Lex Dei armat subditos contra regem hæreticum.

Ibi hom. 4.

vs desero, nec excito prophetarum animum. Non agebat in eis spiritus gratia, simultas erat inter Deum & hominem. Hinc propheta necessariò designat tempus mortis dicens, Anno quo mortuus est Ozias vidi dominum &c. quum ille mortuus esset, tum vidi dominum: nam anteà Deum non videbam. Venit mors impuri & soluit iram, & Deus reconciliatus est hominibus. Qua in historia tota, illud singulare & egregium est, omnibusque Christianis diligentissimè aduertendum, quòd Deus vsque adeò hanc impietatem in regibus detestatur, & vsquè adeò fidelibus populis imponit officium hoc reges sic delinquentes castigandi, & ab omni regali altitudine funditus deijciendi, vt si hoc loco populus regi suo vel exile quid indulgeat; Deus eo facto populum peccare & diuinam suam maiestatem non leniter offendere testetur. Iudæi enim Oziæ huic aliquo modo regium splendorem detraxerant, eum segregatum ab alijs in *separatam domum* incluserant, eiusque filium Ioathamum patris loco regem proclamauerant, & vt ait Iosephus, rex iste à rerum publicarum administratione semotus, *aliquamdiu vt homo priuatus extra vrbem*, aliquo modo priuatam vitam egit. Quia tamen populus veteri rerum abeo glorioſſimè gestarum admiratione adductus (neque enim fuit vnquam Iudæis post Dauidem rex aliquis, vel foris hostibus formidabilior multisque partis victorijs honorificentior, vel domi restaurata ciuitate, arcibusque munita, & aquæductibus ornata, ærarioque & reditibus prudentissimè constitutis, & ordinata militia, dispositoque in turmas & phalanges vniuerso populo, publico regionis statui vtilor) nō nihil ei regij honoris detulit, aliquādo eum de rebus publicis regaliter consuluit, eùm cùm filio de publicis negotijs deliberare, & ijs magis quàm priuatum hominem decuit sese interponere

Ioseph. Antiquit. li. 9. ca. 11.

nere permisit, adeò vt *aliquamdiu* tantùm, non perpetuò, non plenè, absolutè, integréque omni pontifex honore & maiestate regia fuerit expolitus, hanc populi lentitudinem tolerantiamque, & talem quantulamcunque regi impio factam reuerentiam, Deus iniuriam esse suam interpretatur, eamque hæc omnia iracundiæ signa erga populum illum ostendit, quæ ex diuino propheta sacrisque literis insignissimus hic Ecclesiæ Doctor colligit. Quinetiam eodem in loco pulchrè ostendit, & cum regibus humanissimè agi, si vita eis concessa regiam tantum dignitatem amittant, & teneri populos diuinam Pontificum contra hæreticos reges sententiam exequantur, & grauissimas populis illis diuina iustitia impendere pœnas, qui in hoc peccant regibus suis adulantur: vnáque notat semper quotiescunque rex aliquis Ecclesiastica communione ob hæresim priuatur, multo magis eundem è ciuili principatu esse depellendum. Sic enim ait: *Tu tamen hic quoque considera Dei humanitatem. Neque enim peruertit ciuitatem, neq; perdidit inhabitantes: sed quod amici faciunt erga æquales amicos, quoties aliquid habet quod meritò expostulent, hoc & Deus fecit erga gentem maximam pœna supplicioque dignam. Nam ego quidem (inquit) eum illum regem è templo, vos autem nec è ciuitate quidem. Ego illum vinctum lepra è rege priuatum reddidi, vos autem nec sic quidem superastis priuatum, sed à me condemnatum non sustinuistis è ciuitate propellere &c.* In quibus manifestum est regem lepra hæresique infectum, ex lege fieri priuatum, populique fidelis officium quod Deo & Ecclesiæ debetur postulare, vt quem regum sacerdos propter lepram hæreticam eiecit ex Ecclesia, eundem ipsum respub. non aliter quàm priuatum quemuis homuncionem legibus obnoxium exterminet è ciuili societate.

hom. 5.

Rex per hæresim è regesit priuatus.

Neque

Neque est quod reges aut aulici fremant hac doctrina regum amplitudinem & maiestatem immiui: miserrimam fore conditionem suam, si hæc eis vincula & catenæ imponantur. Neque verò se reges esse sed subditos, non dominos sed seruos ponus, si hæc ita sunt: quando hac ratione seruiunt magis quàm imperant, quos nisi aliorum monitis paruerint, à suis ipsorum subditis seditiosè deseri, & armis oppugnari posse statuitur. Quibus omnibus & si quæ alia in hanc sententiam populariter dici possunt, nullo negotio occurretur, si reges quid in baptismo, quid in alijs Ecclesiæ sacramentis, quid speciatim in regno adeundo iurauerint recordentur: neque molestè ferent se vocari seruos qui Deo & Ecclesiæ seruire, sanctissimè professi sunt, & quos Ecclesiæ seruos futuros Spiritus sanctus per Isaiam prædixit, & quibus *nisi Ecclesiæ seruierint*, æternam mortem denuntiat: & hoc modo seruire verè regnare est. Qui autem aliam solutam quiduis credendi & faciendi libertatem regibus vendicant, reges verè cupiditatum suarum seruos & mancipia faciunt, eósque è regibus in tyrannos transformant, & dum hoc infinitum imperium regibus arrogant, multò iustius populum contra reges armant, qui à populo electi vt populum iuxta leges moderentur, imperium assecuti conculcatis legibus populum pro voluntate sua & libidine regere moliuntur: quæ iustissima causa est imperium eripiendi, quod adeò iniustè contra mentem eorum à quibus acceperunt, exercent. Quemadmodum autem quoad temporalia *digna est vox maiestate imperantis, legibus reipub. alligatum se principem profiteri:* ita quoad spiritualia nonminùs digna & necessaria est vox vt princeps Christianus legibus Ecclesiæ se de-

Obiectio Politicorũ.

Responsio Christianorum.

Suprà fol. 522. 523.

Regum imperium esse seruire Christo & Ecclesiæ

Suprà. pa. 144.

se deuinctũ profiteatur, & quod nisi fuisset prohi-
sus, in nulla repub. Christiana vnquam regale so-
lium conscendisset. Nec hoc est regiam maiestatem
minuere; sed qui secus opinatur, & hanc subiectio-
nem non docet, is maximè de regum amplitudine
detrahit, eosque dum supra regiæ potestatis termi-
nos extollit, infra mediocrium subditorum condi-
tionem abijcit. Id quod aureus ille Doctor, cum
proximè nominaui, in Ozia luculenter ostendit.
Chrysost. vbi supra hom. 4. *Ozias (inquit) sua transiliens septa, modumque regni ex-*
gressus, conatus est aliquid regio splendori addere, atque ex-
Rex Ecclesiasticũ gradum inuadens perdit regalem. *gressus est templum cum authoritate incensum adolere-*
lens. Ex hoc quid glorię, quid honoris, quid mag-
nificentiæ lucratus est? illud nimirum, vt dum sa-
cerdotalem locum inuaserit, regalem quoque per-
Ibid. hom. 5. derit. *Nec enim* (inquit D. Chrysostomus) *mihi dixeris*
esse regnum, vbi est legum transgressio. Non licet tibi sa-
cra adolere incensum, non est fas venire in sancta sanctorum,
transcendis septa tua, quæris non concessa; ideoque quæ ac-
Nota bene. *cepisti perdes. Non nominauit eum regem, neque titulo prin-*
cipatus appellauit, propterea quod ipse præueniens sese ig-
nitate deiecerat. Et mox de eodem. *Ingressus templum*
Vbi supra hom. 5. *vt sacerdotium vsurparet, etiam regnum perdidit. Ingres-*
sus est vt fieret venerabilior, & factus est execrabilior. Si
quouis homine priuato posthac erat execrabilior. Adeo
est mala non manere intra fines nobis à Deo præscriptos, si-
ue honoris, siue cognitionis. Ergo rex nisi anathema &
execrabilis esse velit, *filius Belial*, hoc est interpre-
Iud. 9. 22. Matth. 11. 29. scriptura *absque iugo*, proles Satanæ, vt ignominio-
sum non putant ferre *iugum Christi*: sic nec dedece-
rosum æstimat hæc Ecclesiæ vincula quæ eadem
Christi sunt sibi esse iniecta, quæ ipsi regi pocis-
mum sunt & commoda & decora: & quæ ferenda
sunt animo siue æquo, siue iniquo, si tamen velit
Ecclesia Christi Christianus homo, vel in repub.
Christiana

Christiana Christianus princeps manere velit, quod olim ex Spiritu sancto cecinit prophetaregius, interprete D. Augustino, cùm dixit, *Alligandos reges* Christianorum *in compedibus, & nobiles in manicis ferreis. Nouimus (inquit ille) reges factos Christianos. Nouimus nobiles gentium factos Christianos.* A quibus autem, & quorũ laboribus reges Pagani facti sunt Christiani? *Venit*, nimirum *Deus Christus prodesse omnibus. sed elegit prodesse Imperatori de Piscatore* (Petro) *nõ piscatori de Imperatore. Conuersi ergo* piscatoris & aliorum Apostolorum predicatione *reges & nobiles multi cessauerunt esse nobiles gentium, elegerunt paupertatem in hoc sæculo nobilitatem in Christo, vendendo omnia quæ habuerunt & dando pauperibus. Multi autem tenent nobilitatem in Christo, tenent regias potestates, & sic sunt Christiani. Ipsi sunt tanquam in compedibus & tanquam in manicis ferreis. Vnde hoc? ne progrederentur ad illicita, compedes acceperunt, compedes sapientiæ, compedes verbi Dei. Quare ergo vincula ferrea & non aurea? ferrea sunt quamdiu timent, ament, & aurea erunt.* Prudenter quidem & Christianissimè docet reges Christianos omnes eo ipso quo Christianam fidem admiserunt, compedibus & vinculis seipsos implicuisse, tradidisse se ligandos Episcopis, & ei potissimus cui Christus claues cœlorũ tradidit, cui ligandi & soluendi plenissimã potestatem cõmisit. His vinculis & Ambrosius Theodosium, & Innocentius Arcadium, & Patriarchæ Græciæ suos Cæsares, & põtifices Romani, Galli, Germani, Hispani, Poloni suos Imperatores, Reges, Principes semper colligarũt. Et hęc quidem vincula quæ reges ab impietate cohibent, bonis & religiosis sũt *aurea*, quia amore iustitiæ, Christi præceptis obtẽperant: improbis & dissolutis sunt *ferrea*, quia necessitate & terrore disciplinæ eos in quadã subiectione cõtinent, sed aliquo semper modo vel

Psal. 149. 8. August. in Psal. 149.

Reges Christiani necessario sub disciplina Ecclesiæ.

do vel *aurea* vel *ferrea* ab omnibus regibus Christianis gestanda sunt quæ vt primùm aliquis perrumpit & à se proijcit, statim & Christianus & Christianorum princeps esse desinit, & nullum Christianus iure in Christianos sibi arrogare potest dominium, qui illis solis principibus obediendum esse docuerunt, qui ipsi obedientiam Christo & Ecclesiæ iustam præstare non dedignantur, in qua prioni obedientia principum, posteriori obedientia subditorum inter Christianos fundata est, vt aliàs fusè copiosèque demonstrauimus.

Sup. ca. 2 3. & 7.

7. 7 Cuius rei illustre exemplum præbuerunt Episcopi & nobiles totius Germaniæ ante annos quingentos in Henrico, Imperatore quidem fortissimo & bellicosissimo, sed multis contra Ecclesiam flagitijs infami. Is enim postquam à pontifice excommunicatus & Imperio in Christianos abdicatus fuisset, *principes & populi pars maxima animos ab eo alienare cœperunt. Vnde in ciuitate Imperiali colloquium maximum factum est, vbi primi totius Germaniæ principes, & maximè Saxonum & Alemannorum, subiectioni regis renuntiabant, eò quòd sententiam execrationis in Romana Synodo Papa accepisset. Vnde in id concilij conuenerunt vt Henricus à pontifice supplex veniam peteret: alioqui successorem illi daturos se concordi conuentus sententia testati sunt.* Quinetiam antequam publicè sententia in eum à pontifice lata fuisset, Saxoniæ principes contra eum fœdus inierunt: cuius facti hanc tanquam rationem iustissimam assignant: *Vnicam enim & dilectam domini sponsam, quam redimit pretiosi sanguinis pretio, quantum in ipso fuit, per hereticos polluere nitebatur, dum spiritualia Ecclesiæ officia per iniqua contra atque Catholicæ fidei commercia more Simonis efficeret venalia, &c.* Quoniam enim euidens erat Ecclesiæ per eos *Simoniacos hæreticos* vastatio, Catholici præcentes

Naucler. Generat. 36. pag. 135. Oppenheim. Vide Albert. Crantzium in Metropoli Saxon. lib. 5 cap. 17.

Marian. Scotus an. 1075.

Henricus Imperator per subditos exutus imperio

Epis-

Episcopicum propheta Helia domini zelo Zelantes pro Ecclesia, & diuinitus & humanitus satis magna potestate prædíti erant ad communem reipub. & Ecclesiæ illius particularis perniciem depellendam, etiamsi pontificis summi censura ad eorum causam roborandam non interuenisset, vti in Hispanie, Polonie, Angliæque regnis aliquando vsu venisse ostendimus. Cumque Henricus iste iuxta principum Germanicorum voluntatem Pontifici se submisisset, ab eoque Ecclesiasticæ paci esset restitutus, postea autem ad vetera flagitia sua relaberetur, euaderetque *tyrannus, & virginum & matronarum stuprator turpissimus, & Simoniacus nefandissimus, bona quorundam nobilium ac principum, nec non monasteriorum & episcopatuum diripiens atque vastans, inuestituras episcoporum pro pecunia conferens, pro arbitrio præsules constituens & deponens, vt apud eum esset acceptior qui ditior non qui melior: hæc mala cùm patraret tam licenter & passim, vt iustitiam cum iniustia confunderet, & inter Catholicos, hæreticos, atque schismaticos vix esset etiam bonis discretio*, in qua cõfusione & præsenti submergẽdæ reipub. periculo, cùm nauclerus in piratam est mutatus, ad alios vectores, ad subditos tum Ecclesiasticos tùm laicos spectat vt prouideant reipub. totius saluti, *Saxones cum suis principibus, episcopis & Baronibus, mori pro Ecclesiarum & patriæ libertate parati, validum contra regem produxerunt exercitum, crebrò per annos 24. varia & cruenta vtrinque gesserunt prælia, & finaliter victores euasere, regemque superatum non sine suorum grandi cæde, & cessare compulerunt à regnando, & fugere* in Germaniã inferiorem, vbi cãptus & Leodij in carcerem cõiectus, illic ad mortem vsque detinetur.

Suprà cap. 8. §. 10.

Chronicon Citizense Pauli Langij pag. 774.

8 Atque hæc subditorum contra principes tyrãnicè religionem Dei conculcantes bella adeò sunt iusta vt nullum vnquam in populo Dei maioribus 8. *Machab. li. 2. cal. 5.*

Iosephus de Machab. & Antiq. lib. 12. cap. 7. 14.

Dei ipsius præconijs fuerit commendatum. Pacifica Iudeæ regno potitus est Seleucus Asiæ rex, cique le populus & pontifex obtemperabat non tanquam tyranno, sed tanquam iusto regi: in cuius familia regnum illud annos centum & quadraginta duo uerat, & quo regnante ciuitas Hierosolymitana alta pace florebat. Mortuo Seleuco *in regnum suc-*

Iosep. Antiq. lib. 12. ca. 3.

sit filius eius Antiochus cognomento Magnus & Illustris quum diu multa in Iudæos beneuolentia & liberalitate fuisset vsus, postea dum bellum in Ægypto eum Ptolomæo gereret, audiens fama de suo imperitu dissipatâ quosdam Hierosolymitanos maxime gauisos, protinus in Iudæam contendit, *Quòcum uenisset, spoliauit templum, & abstulit vasa ministerij, & inter cætera, candelabra aurea & altare aureum, nec ea læus quidem relictis, euacuans etiam thesauros absconditos ita vt nihil omnino relinqueret.* Cumque ad hunc modum ornamenta templi & instrumenta sacrificij

Ibi. cap. 7. 1. Mach. cap. 1.

cultusque diuini diripuisset, proximè Iudæos *quotidiana sacra secundùm legis præscriptum vetuit facere, & prohibuit circunciſionem*, quæ præcipua Mosaicæ legis sacramenta, missæ & baptismo Christianorum respondebant. *Et maxima quidem Iudæorum pars metu supplicij parebat edictis regijs*, adeo vt Iudæos alios

Antiochus legitimus rex Iudæa.

contra hunc hominem arma mouere qui maioribus regibus ordine legitimo succedens, longe etiam maiorem populi partem habebat sibi assentientem, manifesta perduellio & rebellio non excusanda hominibus profanis reges tanquam deos quosdam rerum omnium diuinarum supremos arbitros suspicientibus, videri posset. At lõgè aliter Spiritus sanctus. Si quidem Mathathias sacerdos quum moneretur ab aulicis vt *iussioni regis pareret, sicut fecerũt omnes gentes, & viri Iuda, & qui remanserũt in Hierusalem*, & si ad hunc modum fidelem se regis subditũ ostẽderet,

Propter religionem recte oppugnatur à suis subditis.

1. Macha. 2. v. 18.

deret, *inter amicos regis* numeraretur, *amplificatus auro, & argento, & muneribus multis*, respondit fortiter, *Et si omnes gentes regi Antiocho obediunt vt discedat vnusquisque á seruitute legis patrum suorum, ego & filij & fratres mei ei legi obediemus: non audiemus verba Antiochi.* Neque hoc dixit solùm, quod solum politici Christianis subditis licere putant, ita tamen vt deinceps vim nullam abhibeant, verùm capita sua regi offerant si voluerit præscindenda: sed etiam exclamauit voce magna in ciuitate dicens, *Omnes qui habet zelum legis, exeat post me.* omnesque Iudæi, qui erãt optimi, & legis diuinæ studiosissimi ad Mathathiam se adiunxerunt, factoque exercitu Antiochum regiosque persequuti sunt, & *prosperatum est opus in manibus eorum*, & inuito rege, ducibusque regis legem regiam è locis suæ ditionis expulerunt, & *legem Mosaicam* statuerunt, & si quos deprehenderũt Apostatas, eos ad legem Mosaicam abiecta lege regia obseruandam compulerunt. Nec Mathathiam etiamsi sacerdos esset, & legis sacrosanctę peritissimus, iamque in ipso mortis articulo ad Dei tribunal sistendus & suarum actionum redditurus rationem, huius tanquam perduellionis contra regem Dei ministrum pœnituit, sed potius magnum ex ea cõscientiæ suę solatium percepit, filiosque suos hortatus est, vt ad extremum vsq; spiritum in eo sancto proposito contra impiũ regem persisterent. *Vos* (inquit) *filij confortamini, & viriliter agite in lege, quia in ipsa gloriosi eritis. Assumite vobis omnes factores legis, & vindicate vindictam populi vestri: rependite gentibus quod meruerũt & intendite in præceptum legis. Præstate vos mihi germanos filios, contemptaque omni vi & necessitate, parati estote pro legum tutela, vel mortem oppetere & huic egregio facinori immori, cogitantes quòd Deus vos tales non destituet sed amplissimè remunerabit.*

Ibid. v. 27.

Ibid. v. 47. 48.

1. Macha. 2. 24. Ioseph. Antiq. lib. 12. cap. 8.

Mathathia defuncto eius locum excipiens Iudas Machabæus dignissimus tali patre filius, cum regis ducibus sæpenumero conflixit, eosque insignibus cladibus affecit. Primùm Apollonium Somaritarum præfectum vicit & occidit, tum Saronem insignis Syriæ, deinde Ptolomæum, mox Gorgiam & canorem exercituum duces cum quadraginta millibus peditum, & septem millibus equitũ laceſsîdit, postea Lysiam cum sexaginta peditum millibus & multis millibus equitũ, ipse cum parua manu, *votis pro victoria factis Deo fretus* profligauit, vrbemque ex regis manibus extorsit, regnumque & religionem & præfectos ex ea exterminauit, veteres Iudæorum ritus & sacrificia instaurauit. Ecquis verò fuit vel eius temporis, vel in omni consequente posteritate verus Hebræus qui hæc Iudæ factum Improbaret? qui diceret Iudæis Antiochi regis subditis moriendum quidem fuisse ex lege, sed non contra regiam maiestatem bello decertandum? hoc enim proditorium esse, & lege Dei interdictum? Imo istæ friuolæ & sordidæ cogitationes nunquam vt opinor in animos eorum venerunt. Quin potius Iudas Machabæus, & sacerdotes, & pontifices, & populus, *vniuersa* inquam *Ecclesia Israel* vt declararent hæc contra reges impios bella esse sancta & summè laudabilia, statuerunt quoniam hoc modo recuperata per Iudam ciuitate & templo, altare templi de integro dedicatum est, huius victoriæ & Dedicationis festum temporibus suis *ab anno in annum per dies octo celebrarent cum Lætitia & gaudio*. Cuius *festiuitatis initium fecit Iudas, qui tum statim per octo dies sacrificauit, populoque sumptuosum & splẽdidum epulum exhibuit. Ab eoque tempore mos hic apud nostros* inquit Iosephus, *obtinuit; recamusque hanc festiuitatem lumizum, opinor ideo, quòd ea inspe-*

Iudæ Machabæi gloriosa prælia contra regem suũ pro religione.

Ioseph. ibi. cap. 11.

1. Macha. cap. 4. v. 59.

Ioseph. ibi. cap. 11.

insperato nobis illuxit tanta festiuitas: ipseque Saluator noster Christus hoc festum diuina sua presentia honorare dignatus est, vt suo quoque testimonio bella istiusmodi doceret esse iusta & sancta, etiamsi rex ipse Antiochus his rebellium suorum (quos vocabat) victorijs ita fractus & afflictus est, vt mœrore confectus discesserit è vita. Defuncto patre accedit ad Hierusalem cum immenso exercitu filius Antiochus Eupator, eamque obsidet. & quia eam vi non poterat expugnare, sciebárque *Iudæos rebellasse, quia patrijs legibus vti non sinebantur, misso caduceatore pacem eis denuntiat & libertatem viuendi patrijs maiorum legibus.* Illi verò libenter hæc audientes, *accepta in hoc regis fide, & iureiurando interposito*, ciuitatem & templum ei tanquam regi suo tradunt, qui mox cum exercitu ingressus, vt vidit locũ egregiè munitum, violato sacramento, propugnacula dirui iussit, & abducto necatóque pontifice Onia, Alcimum pontificem fecit, qui non erat è sacerdotali genere, quo vno totam legem penitus euertit, quum in pontifice vero, & tota iudicandi rectè potestas, & ipsa sacrificandi legitima ratio consisteret. Ergo quamuis iam Metropolis Iudææ Hierusalem regressus obediens, nec in eam vt prius sub Antiocho Magno sacra Gentilium fuissent introducta, quia tamen & Alcimus ille non obscurè legis & patriæ hostem se gerebat, & Nicanor Antiochi prorex manifestè impius blasphemè cultum diuinum irrisit, & templo deflagrationem minatus est nisi sacerdotes eius iniquis postulatis cederent, has ob causas nec sacerdotes orant pro rege, eiusque exercitu (vti debebant si verus fuisset rex) sed contra regem periurum, & hũc eius tyrannicum ducem, *vt Deus faciat vindictam in homine isto & exercitu eius; vt cadant in gladio, vt Deus recordetur blasphemias eorum, nec det eis vt permaneant:*

Ioan. 10. v. 22.

1. Macha. cap. 6.

Ioseph. lib. 12. ca. 14. 15.

Pax inter Antiochũ & Iudæos.

1. Mach. 6. v. 58. &c.

Noua bella propter religionem suscepta contra Antiochũ.

Ioseph. cap. 16. 17. 1. Mach. 7.

1. Tim. 2. 2. 1. Pet. 2. 13. 1. Mach. 7. 38.

Iudáſque etſi ſecum non pluſquam mille pedites haberet, fretus tamen iuſta cauſa & diuina ope, cum his paucis contra Nicanorem copioſo exercitu inſtructum proceſſit, cæſóq; inter primos duce ipſo, reliquos etiã vniuerſos interneccione deleuit, vt nec

7. Macha. 7.46.47. *ex ijs relictus ſit vnus. Et acceperunt ſpolia eorum in præda, & caput Nicanoris amputauerunt & dextram, & ſuſpenderunt contra Ieruſalem. Et lætatus eſt populus valde, & egerunt diem illum in lætitia magna.*

Mortuo autem in his prælijs Iuda Machabæo eiuſque interitu fractis plurimorum animis ex

Bella contra reges impios cõtinuata à pijs Iudæis. magna Iudæorum multitudo legẽ deſereret, & ad Græcos ritus dominóſque tranſiret, filium Antiochi regem ſuum agnoſcentes in cuius ditione erat Hieruſalem; nunquam tamen deſtiterũt Iudæ Machabæi fratris Ionathas & Simon fraternam pietatem & fortitudinem imitari, ſtrenuè prælianti

Ioſep. lib. 13. cap. 1. & 2. aduerſus impium regem, ſeuerè caſtigando patriæ religionis deſertores, paulatim oppida & ciuitates recuperando, donec tandem penitus depulſo regis

Regnum Machabeorum. Pagani iugo, patriæ libertatem, populo religioni & ſibi ipſis regnum comparaſſent, quod deinceps in eorum familia vnà cum Pontificatu ad centum annos permanſit, Deo illis ſingularia multa & temporalia & ſpiritualia beneficia impendente. Ionathas enim ita ſe geſſit, vt Bacchidem, Apollonium

Ioſeph. Antiq. lib. 13. c. 5. 8. 9. aduerſarioſque duces multis prælijs attriuerit, vtrumque Syriæ & Ægypti reges Alexander, Demetrius,

1. Macha. 11. & Ptolomæus eius amicitiam ambitioſe & multis muneribus expetiuerint, vt ciuitatem Hieruſalem rurſus ex manibus Macedonum eripuerit, eámque multis preuilegijs ornauerit, treſque toparchias, Samariam, Gallilæam, & Peræam, aliáſque item ei adiunxerit, totamque Syriam Damaſcum vſque ſubegerit. Quo per inſidias interfecto,

quum

quum populo Iudæorum valde fluctuante, multisque ad regem deficientibus, quia iam post duorum nobilissimorum ducum Iudæ Machabæi & Ionathæ cædem desperabant de se contra regis potentiã tuendis, quum etiam putarent reliquos omnes horum calamitoso exitu perterritos reipub. exhaustæ & in tantis periculis positæ administrationem nolle suscipere, Simon III. Machabæorum frater qui solus supererat, conuocata multitudine, professus est quemadmodum pater & fratres pro legibus patriis & religione propaganda omnibus se periculis exposuissent, ita quoque se paratum esse eadem conditione & viuere & mori. Non dubitare se quin pater fratresque, *qui pro legibus & sanctis fecerant prælia,* & pro iisdem vitam amiserant, æternis à Deo præmiis sint affecti; se quoque eorum vestigiis ingressurum, nec vllo vnquam terrore victum, vitam gloriæ, priuatum commodum publicæ saluti, regis amicitiam diuinæ religioni prælaturum. Quibus dictis animatus populus vehementer ad inchoata contra regem regiosque prælia perpetuanda accensus, Simoni imperium committit: sub cuius principatu quoniam res Iudæorum magnis accessionibus auctæ sunt, iique multas de finitimis hostibus retulere victorias, multas in Samaria vrbes cœpere, multas expugnauere, is tanto in honore apud populum fuit, vt tam in priuatis instrumẽtis quàm in publicis scripturis nominarent eum *Iudæorum Ethnarcham optimè de sua gente meritum.* Eius filius Hyrcanus triginta & amplius annos gloriosè in pace belloque regnauit, *à Deo tribus maximis honoribus dignus habitus, principatu gentis Iudæorum, pontificatu, & prophetia. Nam fruebatur diuinis colloquijs, & magnam nactus est futurorum præscientiam.* Denique huius familiæ posteri, Iudæorum tam politica quàm Ecclesiastica

Ioseph. lib. 13. ca. 11. 1. Mach. 13. v. 2.

Ioseph. li. 15. ca. 11.

Ibi. c. 18.

ſtica vſque ad Herodem tenuerunt, qui & Pontificatum & Regnum, Hyrcani facilitate & ſimplicitate abuſus veris hæredibus abſtulit, alteroque ſibi reſeruato, alterum falſis ſacerdotibus non ex tribu Leuitici generis ſerie propagatis largitus eſt, ſectaciſum & imminutum, & pro ſuo arbitratu quam vellet vni eripiendum & impartiendum alteri. Quæ regni Iudaici mox deſituri, vel potius iam tum deſinentis certum erat præſagium.

9. 9. Neque erga reges externos tantum ita ſe gerebant Iudæi, ſed contra ipſos etiam reges Hebræos, qui è Dauidica ſtirpe procreari Dei ipſius præceptione populo illi præfuerunt. Nam cùm Ioſaphat optimi regis filius Ioramus per vxorem ſuam Gotholiam Achabi filiam ſeductus *ambularet in regnum Iſrael, & faceret malum in conſpectu domini, populum cogeret lucos in æditis montibus conſcendere & alienam colere*, quod tam expreſſè lege Dei interdictum erat, Idumæi qui fideliter Ioſaphato patri paruerant, filium eius Ioramum regem abiecerunt, nouum ſibi eligerunt: & quamuis Ioramus collecto exercitu in eos irrueret, & vicos aliquot exurens terram nonnihil inferret, tamen illis contra generoſè repugnantibus, non eſt *auſus vlterius progredi, nec quicquam hac expeditione profecit, niſi quod plures defectiones ſequutæ ſunt: illis quoque, qui Labinam regionem incolunt, eius regem excutientibus.* Et vtriuſq. populi ſic deficientis & rebellantis cauſam approbat Spiritus ſanctus, ſimulque omnium fidelium ſiue Hæbreorum, ſiue Chriſtianorum à regibus infidelibus, hæreticis, & Apoſtatis ſimiles defectiones & contra eos rebelliones commendat, quando hiſtoriam deſcribens, hanc factæ eius grauiſſimam iuſtiſſimamq. rationem aſſignat ad æternam poſteritatis memoriam & doctrinam, *Dereliquerat enim Ioramus dominum Deum patrum ſuorum, ac formam*

2. Paralip. c. 21. 6. Ioseph. Antiquit. li. 9 ca. 2.

Ioseph. ibi.

Populus iuſte rebellat contra regē hæreticum.

2. Paral. 21. 10.

ut fornicari fecit habitatores Hierusalem et preuaricari Iudam. Quod item magis confirmat exceptio adiũcta, *Noluit autem dominus disperdere domum Dauid, propter pactũ quod inierat cum eo, & quia promiserat dare lucernã ei & filijs eius omni tempore:* id quod perinde est ac si diceret: si ordinaria Dei lege ageretur, rege ipso interfecto, regnum ei stirpique eius totum erat penitus auferendum. At Deus extraordinaria clementia, quia Dauidi pollicitus fuerat perpetuam successionis seriem, & aliquẽ principatũ vsque ad Messiæ tempora, idcirco regni partem tantũmodo detraxit, ipsumque regem morte affecit: partem autem regni, impij regis filio in gratiam Dauidis permisit remanere. Nam quòd ipse rex propter hanc idololatriam suam, & potissimum quia populum suis edictis & legibus ad eãdem impietatem voluit compellere, merito quidem regno toto & vita priuandus fuerit, Helias propheta, totaque respub. Iudæorum manifestè declarauit: Helias quidem, quum scriptis literis non populum deficientem à rege, sed regem deficientẽ à Deo magis adhuc coarguit, & nouis suppliciis cum toto populo qui cum non abiecerat conficiendum fuisse prædixit. *Quia (inquit) non ambulasti in vijs Iosaphat patris tui sed incessisti per iter regum Israel, & fornicari fecisti Iudam & habitatores Hierusalẽ, ecce dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo* qui tibi adhæret *& filijs, & vxoribus, vniuersaque substantia tua; & ægrotabis pessimo langore viscerum tuorum, donec egrediantur viscera tua per singulos dies.* 2. Paral. vbi supra.

Iudæi autem idem se censuisse ostenderunt, quia postquã eo fœdissimo morbo miserabiliter interisset, *eum nec regio funere dignati sunt, nec paterno monumento intulerunt, nec aliquas exequias ei fecerunt sicut consueuerant maiorib. eius,* æstimantes eum non regẽ sed priuatum hominem, vt qui ius regni per Apostasiam Ioseph. Antiquit. li. 9 ca. 3.

siam amiserat, ideoque nec regio funere erat ef-
rendus, nec monumento regum condendus, nec
sumptuosis exequiis honorandus, quæ regio Ha-
bræorum more maioribus eius regibus veniebant
debantur. Eodem pertinet historia Amasiæ regis
Iudæ, qui inflatus victoria quam contra Idumæos
obtinuerat, religionem pro sua libidine immuta-
volebat, tanquam supremum eius caput; quoad
probis tum Iudæorum tum Christianorum regi-
valde vsitatum fuisse aduertimus. Ex quo factum
est Deo ita permittente, vt statim ad fœdam ido-
latriam prolaberetur, propterea que à propheta re-
prehensus, cùm admonitiones eius contemne-
mox ab eodem propheta audiuit: *Scio quòd cog-
uit dominus occidere te quia fecisti hoc malum, & non
non acquieuisti consilio meo.* Cuius comminationis
ritatem Deus non per Idumæos, aut Samaritas
Assyrios, hostemve aliquem peregrinum, sed
proprios ipsius subditos ciues Hierosolymita-
compleuit. Postquam enim ad hunc modum pe-
dololatriâ *rex recessit à domino*, & isti recesserunt ab
bedientia regis, *eiq; tetenderunt insidias in Hieru-*
Metropoli & primaria ciuitate, deque eo clam
lum interficiendo consilia inter se inierunt. Sed
rex eorum occultas conspirationes sagaciter odo-
tus periculum declinauit, *& fugit in Lachis.* Popu-
autem videns clandestinas suas artes non succe-
re, ad apertum bellum proruperũt, collectoq. exer-
citu ciuitatem Lachis obsederũt, eaque potiti ido-
lolatram regem *illic interfecerunt*, bonis omnibus
sacerdotibus, & pontifice, ipsoque Deo eorum pi
fortitudinem comprobante.

Rex hæreticus à populo suo interfectus.

2. Paralip. 25. 16.

Ibi. v. 27.

10. 10. Quod si hoc Iudæi contra reges suos facere
potuerunt, & Deo ipso laudante fecerunt, an sub-
ditis Christianis ea potestas erepta est? & hi arctio-
ribus

bus vinculis impliciti sunt vt hæreticorum & Apostatarum regum nutum sequantur? Num Iudaica religio fide Christiana, num vmbra corpore, nũ Moyses Christo excellentior est, vt pro illa contra reges Apostatas omnia belli discrimina fuerint subeunda, pro hac autem nihil sit periclitandum, sed ea regis cuiusque libidini committenda, vt rege volente viuat, eo nolente pereat? An verò reges Christianorum magis quàm Iudæorum per Christi Euangelium vinculis Deo parendi exolutos putamus? vt illi effrænatè possint Dei iugum excutere, & *noui Testamenti sanguinem quo redempti sunt,* impunè conculcare, cùm Iudæorum rex *irritam faciens legem Moysi,* quæ sanguine bestiarum sanciebatur, *sine vlla miseratione,* mortem perferre debuerit? Quòd si nec Christiani subditi ad maiorem regib. Apostatis obediendi seruitutem sunt obligati, nec reges Christiani lege Euangelij maiorem blasphemandi contra Deum impunitatem consequuti, & religio Christiana millies sit quàm Iudaica, sublimior, diuinior, excellentior, ideoque magis omnibus & animi & corporis viribus retinenda: per absurdum est id iuris Christianis subditis adimere, quod Deus in scriptura veteri Iudæis subditis est largitus. Doctissimique patres Ecclesiæ primitiuæ his ipsis exemplis Christianorum erga reges obedientiam metiuntur: & ex iis colligunt quid reges Christiani merẽtur cùm apostatæ vel hæretici fiũt. Ita D. Chrysostomus ex Oziæ historia, & principũ, & Episcoporum, & populorum officium egregiè demõstrat. Ita collega Athanasij Lucifer Episcopus totam Machabæorum historiam ad Constantium Imperatorem hæreticum accommodat. *Videamus* (inquit) *eodem tempore quo socius tuus, Constanti, tyrannus Antiochus persequutor nostræ religionis extitit, quid fecerint*

Heb. 10. 29.

Ibi. v. 28.

Scripturæ clare probant bella subditorũ cõtra reges hæreticos.

Vide supra 610.

Lucifer de non parcendo in Deũ delinquenti. pa. 250

cerint fideles Hebræi; & intelliges illos Dei seruos quorum nos cupimus inueniri participes, restitisse Antiochi sacrilegio sicut & nos Deo propitio, tibi resistemus. Mathathias et amici eius destruxerunt aras Gentilium, & circumcide- 1. Macha. 2.
runt pueros incircumcisos; & persequuti sunt filios superbiæ, & obtinuerunt legem de manibus gentium & regum & non dederunt cornu, aut aliquid cesserunt regi peccatori. Quique hæc egerunt facti sunt Deo amicissimi: par est ut nos tibi adulando efficiamur Deo inimicissimi.

Ibid. pag. 258. Et mox vbi verba Mathathiæ iam expiratum tetigisset, ex iis infert: *Quando itaque vides (Constantine) hunc sanctum virum talia præcepta dedisse filijs suis, & mandasse fieri quæ etiam fecerat ipse: quum doceat patriarchas, & prophetas, & cunctos iustos Deo placuisse, quid nos tu tenebrosè ne tibi contumaces videremur minas facere? An cessissemus serui Dei viui tibi mortuo seruienti diaboli, quum cernas istum Mathathiam dicere ad filios:*

Episcopalis constantia

„ Et ita cogitate per generationem & generationem, „ quia omnes qui sperant in Deum, non infirmabun„ tur: & à verbis viri peccatoris (regis Antiochi) non „ timueritis, quia gloria eius stercus & vermis est: hodie „ die extollitur & cras non inuenietur: *Ne tibi inanes videamur, tibi pareamus Dei domum destruenti, tibi qui hodie sis, & cras eris stercus & vermis?* Atque hoc modo singulas historiæ partes percurrendo, exactè & particulatim notat quid Christiani subditi contra hæreticum regem facere debeant, & grauiter ipsum Imperatorem Arianum admonet, vt ex hac *scriptura diuina* Machabæorum, *cognoscat quid filij Matthiæ istius religiosissimi fecerunt, & vtrum timuerint carnificis eius manum aut exercitum, & non domum Dei causam contra regem pro sua virili erexerint, quam Dei causam* cùm tam animosè contra tyrannum illum propugnauerint, *An nos* (inquit) *quos DEVS prædixerat ore prophetæ futuros pastores, gregis sui dicens, Et*

Ibid. pag. 275. Ierem. 3. 15

labo vobis pastores secundum cor meum, & pascent vos cum Nota.
disciplina, tacere decuerat, ne tibi rapido lupo ad mactandas
Dei oues venienti videremur insolentes? Nos Christi militib.
dicere congruum putasti, Nolite arma sumere contra Con-
stantium diaboli satellitem, noliti resistere templo omnium
damonum, magis aũt facite quæcunq; fieri præceperit? Quæ
est hæc nostra contumacia, si officium a Deo delegatum nita-
mur implere! Scripturæ ergo diuinæ iubent subditos
resistere principib. suis hæreticis, & ad hęresim sub-
ditos vi pertrahẽtibus, & si interpretes desideramus
(quâquã in historiis clarissimis quid opus est inter-
prete, sic interpretati sũt antiqui patres. Sic fecerũt,
Mathathia narrante, prophetæ: nominatim Elias & *Ecclesiast.*
Eliseus, de quorũ altero dicitur, *dereliqisti reges ad perni* *48. 6.*
ciem & facile confregisti potentiam ipsorum: de altero, *Ibi. v. 13.*
In diebus suis non pertimuit principem, & potentia nemo ui-
cit illum. Hoc est Christianorum officium, hæc fides,
nec quicquam est stupidius quàm hanc perduellio-
nem vocare: cumq. rex è pastore mutatus sit in lu-
pum, è rege in tyrannum, è iudice in carnificem, ex
Constantino & Theodosio in Mahometem & An-
tiochum, semper tamen requirere vt subditus ma-
neat ouis, vt carnifici pareat tanquam regi, vt tribu-
ta, & arma, omniaque vitæ officia concella principi
Christiano ad Ecclesiæ Catholicæ defensionẽ, con-
ferat & impendat regi hæretico eadem vertenti ad
eiusdem Ecclesiæ vastationem.

Et hoc loco refellenda est putida quorundam *Obiectio po-*
Atheorum obiectio non sua vi & scripturis diuinis, *liticorum*
sed successibus & euentis res istas ponderantium: *ex rerum*
qui quod subditi aliquando contra principes pro *euentu.*
fide consurgentes principum potentia superantur,
principum iustam, subditorum autem iniustam &
impiam esse causam concludunt. Ita nimirum pro
Henr. VIII. suos Aulicos declamasse memorat illu-
strissi-

Polus de primatu li. 1.

ſtriſſimus Cardinalis Polus, quia videlicet poſtea-
thema & excommunicationem, nihil mali incu-
rat regno, quia terra Angliæ ſolitâ fœcunditate ſe-
ges & herbas fundebat, rexque ut anteà res alias
habebat proſperas & ad ſuam voluntatem fluen-
ſubditis qui contra eum arma capiebant debi-
nihil ergo iuxta hos Theologos valebat interdi-
Pontificis, imperiumque eius coram Deo non ta-
nus quàm antea iuſtum fuit & legitimũ. Hoc non
non dubium eſt veteres Idololatras diſputaſſe.
Antiochus contra Machabæos potuerat diſſer-
qui omnes & ſinguli, Iudas Machabæus, Ionat-
Simon, Ioannes, & Eleazarus vel in bello per
ab hoſtibus, vel in pace per inſidias à proditor
occiſi ſunt. & hoc clypeo Arianiſmum ſuum pro-
gebat Imperator Conſtantius. Sed optimè reſpo-

Reſponſio Chriſtianorum.

det doctiſſimus Epiſcopus, *Saulem fuiſſe quidem re-
batum, & tamen diu regnaſſe poſt reprobationem. Ne
ergo Conſtanti, niſi rectè credere nunquam profectò hoc
imperarem: ſi eſſem hæreticus, iam Deus mihi abſtu-
regnum.* Notiſſima eſt hiſtoria Saulis, contra qu-

Lucifer. li. de regib. Apoſtaticis ſo. 162. & 163.

propheta Samuel illam ſeueram DEI ſententi-
protulit, *proieciſti ſermonem domini, & proiecit te do-
ne ſis rex ſuper Iſrael.* Nec modò propheta regnum

1. Reg. 15. v. 26. 28.

Saule abſtulit, ſed etiã *tradidit alteri.* Domino e-

Ibi ca. 16.

præcipiente, Dauid in regem Hæbreorum ab eo
propheta vnctus eſt. Nec tamen ſtatim Saul re-

Lucif. vbi ſup.

dominatu excidit, diuque poſtea nõ leuiter Dau-
verum regem affixit. *Quum itaque etiam poſtquam
in regem vnctus glorioſus filius Ieſſe, Saul tamen diu re-
uerit, & perſequendi etiam eum, quem ſibi Deus in pro-
& regem elegit habuerit poteſtatem, iniuſtus iuſtum, D
odibilis eum quem diligebat Deus*, ex hoc pulchrè &
lutariter hortatur Conſtantium, & in eo omn
Chriſtiani nominis reges per hæreſim à Chriſto a

lienos

lienos, non vt *glorientur quòd viuant*, non vt arguentur se propterea *iustos esse reges*; sed potius vt considerent, cur cõtra *Saulem indignatus sit dominus*. primò quia prædæ ab Amalachitis bello acquisitæ partem aliquam, oues, armenta, arietes seruarat, & non totum funditus destruxerat iuxta præceptum domini: secundò quia Dauidem iniustè vexabat. *1. Reg. 15*

Ex quo ita suadet reges istos raciocinari & colligere, *Quanto magis indignationis diuinæ vindicta procedat necesse est circa eos, quorum adeò ingentia sunt scelera vt in sacrilegij veniant reatum!* Qui non vt Saul Deum in rebus pecuariis, sed in legis & Euangelij summa, in sacramentis, in altissimis mysteriis, in fide circa Dei hypostases, circa Christi incarnationem, circa diuinam eius naturam & personam offendunt: qui non vnum Dauidem, sed Ecclesiam Catholicam & in ea innumeros Dauides, innumera sanctorum millia vexant & opprimunt. Quare si Saul iustè regno in Iudæos amotus est, quantò istius isti priuantur omni in Christianos principatu? Tolerat nimirum aliquando dominus in regno quem ipse euidenter regno, regnique iure priuauit, vt Oziam, in quo lepra inhærens erat realis quædam exauthoratio, tolerat (inquam) vt experiatur an populus *suam vicem vlcisci velit*, quia vt in toto Ecclesiæ regendæ, in sacramentorum, & cœlestis etiam hæreditatis adipiscendæ negotio, sic in hoc quoque aliquid *populo suo agendum reliquit* vt ait Chrysostomus, vel vt bonos ad flagrantiorem peccandi zelũ excitet, vel vt malos seuerius vlciscatur, vel quia generaliter peccata populi talem tyrannum sibi relinqui merentur, vel denique propter infinitas alias causas diuinæ prouidẽtiæ notas, nobis verò obscuras: non autem ideo tolerat quòd regis hæretici imperium ei probetur, magis, quàm imperium pira-

Quare Deus reges iustè depositos patitur aliquando regnare.

Supra fol. 609.

Iob. 34. 30

tarum, latronum, sacrilegorum, ipsius etiam Sathanæ, quos omnes aliquando dominus in populum
Iob. 1. suum grassari permittit, ad eos quidem castigãdos, ad ipsorum autem sic castigantium terribiliorem damnationem.

Ecquis enim vnquam fuit in humana specie Constantino Copronymo immanior? Ecquis tyrannus truculentior? Quem omnes historici
P. Æmil. lib. 2. Constant. Manasses in Annal. pag. 114 Græci & Latini non hominem fuisse dicunt, sed *luam, monstrum Africanum, Iudæum, Paganum, dæmonibilem & sanguinarium lupum, ventris & gulæ mancipium,*
Vide supra pag. 134. 135. 160 *præstigiatorem, veneficum, animalium mactationibus & execrabilibus sacris debitum, in cœno planè degentem, et cum stercore vescentem, qui sacras è templis imagines abstulit, earumque loco pingi sculpique curauit venationes, equestres ludos: qui canis in morem pernestigans monachos, eos tanquam agnos iugulabat, monasteria velut ouiculæ latronum euertebat,* qui spreta sanctissima
Copronymi quale monstrum. Dei matre Venerem Ethnicè coluit, eique humana
Suidas. Paul. Diac. lib. 22. hostias obtulit, monachos & monachas ad infames nuptias coegit, millia Catholicorum interfecit, cum Habdala Saracenorum principe pacem fecit ea conditione, vt quemadmodum Constantinus in Imperio Romano, sic ille in regno Saraceno Christianos affligeret. Denique quem Anastasius patriarcha
Zonar. to. 3. in Constant. Copr. *iureiurando affirmauit dixisse, Christum non esse filium Dei sed nudum hominem, ex Maria natum quemadmodum ipse Copronymus ex sua matre Maria natus esset.*
Hoc monstrum ecquis Christianus non existimet optimo iure per suos subditos Christianos ab imperio potuisse deiici? quem si Mathathias, aut Phinees, aut priuatus aliquis eorum spiritu præditus occidisset, nemo vir bonus reprehendisset: imo omnes Christiani, vel etiam Pagani alicuius honestæ indolis, vt veteres Græci Romanique, illum

vt patriæ

vt patriæ liberatorem ampliſſimis præmiis remuneraſſent? Hunc ergo tyrannum *ſecundum tyrannidis anno* (neque enim regnum vel Imperium vocant hiſtorici) *& Senatus & populus, atque etiam legiones deponunt*, & Imperium Artabaſdo orthodoxo tradunt. *Vrbana quoque* Conſtantinopolis *multitudo in magna Eccleſia congreſſa Conſtantinum anathemate notauit, & Artabaſdum laudibus proſequuta eſt, hoc eorum factum & Anaſtaſio patriarcha comprobante.* Zonar. vbi ſupra.

Bellum deinceps tyranno indicitur, qui victus in fugam coniicitur. Atque ita Artabaſdus multo maiori conſenſu Imperator ab omnibus conſtituitur. *Tum vero pietas reſtoreſcere, priſtinamque ſtatus Eccleſiarum pulchritudinem recuperare*, omniaque & in repub. & in Eccleſia ad antiquam maieſtatem reuocari incipiebant, adeo vt vix fortaſſe ab annis quingentis vllus fuerit Græcus Imperator propter ſummum omnium ordinum in eligendo conſenſum iuſtior, vel propter rectam gubernationē, & reip. & Eccleſiæ ſalutarior. Et tamen nondum exactis duob. Imperij annis, à Copronymo rurſus bello petitur, & de ciuitate eiicitur, tandemq. cōprehenditur, & poſt effoſſos oculos imperio exuitur, quod Cōſtantinus iterū arripuit, nequaquā morib. in melius mutatis, ſed potius factus longè quā prius efferatior. Namq. pro Eccleſiæ Græcæ in Eccleſiaſticis capite ſe geſſit, & quod voluit in religione decreuit, & ex ſanctiſſimis monachis multos damnauit, & patriarcha vetere contumelioſiſſimè habito expulſoque, paraſitū quendā ſuum Nicetam ei ſuffecit, *eunuchum non ingenuum, ſed ſeruili genere ortum, in* Zonarā Glycā. *mulebrib. miniſterijs educatum, qui nihil aliud ſciret quām edere & bibere.* Quemadmodum verò in proceres ſæuierit, fando explicari non poteſt. Et tamen hæc bellua pluſquam 30. annos in Imperio vixit, adeo Glycas in annal. par. 4. pa. 396. Conſt. Manaſſ. in annal. pag. 115.

vt historici arcanam Dei prouidentiam obstupe-
tes exclament, *Quænam hac vicissitudo est? ô insana*
vitæ rota! Titus, Artabasdus, Imperij campum ingressi
do, & æquo citius abripitur. & impurissimus iste, humani
generis excrementum, longæuam nactus est vitam (ob-
tutum inæqualem) imperijque fructum ad satietatem
decerpsit. Quòd si quis vulgarem populi Græci
hac ætate corruptionem, leuitatem, contempt
numinis, ebriositatem, atrox Occidentalis Eccles
odium, schisma inueteratum, & istiusmodi mala
perpendat: non ita valde admirabitur iudicia
Dei, quòd sublato viro bono, hanc Chimeram
dominari sustinuerit. Ex hoc autem facto Sena
Constantinopolitani, & melioris partis ciuium
legionum, & Patriarchæ, & Cleri, illud vnum e
gimus quid fides Christiana circa subditorum
dientiam doceat: neque peccatum esse armis
reticum Cæsarem ex suo throno fugare: neq; a
vtrum illud rectè fiat, ex euentu faciendum esse
dicium. Et probabile quidem est si isti quo zelo
perunt, eodem progressi fuissent, nec ità facile
se Copronymo vrbem paucis triremibus obsidi
dedissent, nunquam fuisse sub crudelissimum
tyranni iugum redituros.

11. 11. Longè certè fælicius antiquiores Græci
peratorem suum Basiliscum ante annos mille
hæresi per Imperium seminanda retraxerunt.
enim quum sub prætextu sanctius gubernandi
perium Zenone Imperatore altero Sardanapa
inde expulso cõsequutus fuisset: deinceps vero
sis vbique *Circularibus literis* omnes Episcopos
garet ad damnandum *Concilium Chalcedonense*
mum Leonis Pontificis Romani, qui libellus fon
Catholicæ fidei contra Eutichem, Nestorium
antecedentes hæreticos continebat; multique Epi-

An. 492.

Sacerdotes et monachi resistunt hæretico Imperatori

copi metu adducti Basiliſci literis ſubſcriberent. *Acacius patriarcha Conſtantinopolis populum & ordine monachorum contra Baſiliſcum vtpote hæreticum concitauit, & cum illis ſtrenuè tyranno reſtitit: & Daniel* celebratiſſimus pietatis nomine monachus, *plebis & monochorum multitudine aſſumpta ad tyrannum acceſſit, & propalam liberè apud eum de rectis dogmatibus diſſeruit; adeò vt Baſiliſcus motum plebis veritus, ab Acacio & Daniele coactus, Circulares priores literas abnegauit*, & contrariam conſtitutionem per Imperium Romanum emiſit qua omnes ad Catholicam fidem aſtringebantur. *Nicepb. li. 16. ca. 6.* *Euag. li. 3. ca. 7.*

Expriori tamen facto, quòd videlicet *aduerſus fidem bellum gereret*; omnium odium ita Imperator incurrit (maximè quia ſimulatè hoc poſterius edictum priori contrarium euulgaſſe putabatur, nec ſua ſponte ſed quaſi inuitus, quia Epiſcopi & monachi per vim expreſſerant) vt Senatus populuſque Zenone reuocato Imperium Baſiliſco abrogarit, eligentes potius nequiſſimo regi ſubeſſe Catholico, quàm hæretico licet in ſpeciem multo moderatiori: quãquam nulla eſt hæreſis, quę non immenſam flagitiorum Lernam ſecum trahat, etſi ea ad tempus aliquod occultentur. *Ibi. ca. 2.*

Non admodum diſſimilis eſt hiſtoria Anaſtaſij Imperatoris qui proximè Zenoni ſucceſſit, qui certis conditionibus chirographo ſuo firmatis eſt admiſſus à patriarcha vt ſuperius expoſuimus. Quũq. Manichæis & Arianis faueret, eorumq. ſectas propagare ſtuderet, non poſſet autem quod volebat efficere propter chirographum quo ſe ad fidei catholicæ ſolius defenſionem obligauerat, multis modis illud à patriarcha recuperare eſt adnixus. Quum vero ille conſtanter aduerſaretur fortiterque reſiſteret, *fidei proditionem exiſtimans ſi chirographum redderet*; & Imperator poſtquam omnia tentaſſet nihil *Supra pa. 61.* *Niceph. li. 16. ca. 26.*

tamen obtineret: ad extremum hæreticorum *synodo collecta, per vim patriarcham cogere voluit vt Chalcedonensem synodum damnaret.* At populus rectius edoctus hac ætate (qua D. Chrysostomus, & deinceps eius discipulus Proclus Ecclesiam Constantinopolis gubernarunt) quibus in rebus Imperatoria potestas versaretur, quando, & quousque ei obediendum esset, & quando ei resistendū, quū cum videret Concilio Chalcedonensi, hoc est Catholicæ orbis terrarū fidei esse aduersarium, cuius in Imperiū assumptus perpetuum se custodem fore iurauerat, magno tumultu ad locum vbi Imperator cum suis hæreticis synodum agebat *accurrit, et apertè exclamauit, Martyrij tempus adest, nemo longius à pastore absistat: & iniuitia in Imperatorem coniecit, Manichæum qui Imperio dignus esset vocans. Nequit enim vir pius Imperatorem tuereri, quum ipsa religionis pietas in discrimen adducatur, personas non respicit, nec potentia subnixos formidat.* Ibid. Const. Manass. in annal. pa. 80. hæc contra Imperatorem non à vili & infima vulgi fæce gesta sunt, sed *piorum cœtu, qui tantam Imperatoris improbitatem* ferre non poterant. Ita nimirum instituti erant, vt hoc tempore, & hac in re, Deo potius quàm Imperatori adhærescendum esse rent, qui etiamsi propterea eos perduelles vocarent & tanquam perduelles suis satellitibus trucidandos obiiceret, illi tamen non dubitabant hanc perditionem esse verum Martyrium, seque æterna in cœlis fœlicitate à Deo coronandos, si in defensione fidei Episcopum suum contra Imperatorem hæreticum vel corporibus suis stiparent: vnaq. hoc habebant firmum & certum axioma, Imperatorem qui *hæreticum Imperio indignum*, & per hæresim amittere ius, quod vel populi vel Senatus Christiani subiugatio ei conferre solet. Et Imperator hac populi constantia fractus, *quum fugā meditaretur & capitis sui metueret,*

Heroica Græcorum constantia contra Imperatorem hæreticū

tueret, vtilissimum suis rationib. consilium cepit patriarcham adeundi eumque placandi: ad quem vt accessit, patriarcha *eum multa cum libertate velut Ecclesiæ hostem obiurgauit*. *Anastasius* autem non Imperatoriam iactauit maiestatem, aut contra eum vt rebellem, & rebellionis authorem vociferatus est, sed in *verbis eius acquieuit*, magnaque cum humilitate *ei se submisit*: & vt alius eruditus rerum Græcarum scriptor ait, *videns vniuersam multitudinem imperium ipsius detrectare, volens nolens de impetu audaciaque remisit, non aliter atque dum oris equus anhelans præ ferocia, si ferrum durius sentiat, perdomatur*. Sed redit paulò post ad ingenium Anastasius, & hæresiarcham Seuerum in throno Antiocheno collocans, per eum saltem Hierosolymis & toti Palestinæ hæresim suam inferre studebat, quod Constantinopoli & in Græcia efficere non poterat. Erat tum in Palestina monachorum sanctissimorum *immensa & pene innumerabilis multitudo, quorum virtutes propter copiam & amplitudinem rerum, opere peculiari maximè indigent* (inquiunt Ecclesiastici scriptores) *manifestæ tamen sunt, & linguis Ecclesiasque omnibus celebrantur*: quorũ præfecti erant *egregia illa luminaria Theoctistus magnus, et Theodosius cœnobiorũ princeps, & Sabbas monachus*. Et hos potissimum adorti sunt Imperatoris ministri, omnia se confecturos rati, si eos ad damnandum Concilium Chalcedonense possent attrahere. At illi cum toto suo grege, non magis à Conciliis illis quatuor, quam à quatuor Euãgeliis discedere posse responderunt, *datisq; ad Imperatorem literis certamen se de ijs vsque ad sanguinem subituros, neq; se vlla modo à patrum traditionibus deflexuros confirmarunt. Deinde circunquaq; ciuitates peragrãtes, velut inuicti belli duces omnibus facti sunt omnia, homines confirmantes ad fortitudinem cohortantes, secordiam excutientes hæreticorum*

Const. Manass. vbi supra pag. 21.

Niceph. li. 16. ca. 33.

Ibid.

insaniam præuenientes. Quo offensus Imperator mit
Ibi. ca. 34. Hierosolymam magnam armatorum manum, qu
Episcopos sibi non assentientes per vim è sedibu
Fortitudo monachorũ suis pellerent. Quumq. Episcopus Hierosolymi
nus in magnis esset angustiis, *admirãdi illi viri Sabb*
& Theodosius monachis rursus collectis, eos qui à Seuero
Imperatore missi fuerant facto tumultu ex Ecclesia eiec
& mox coram Imperatoris satellitibus & ducib
magna fiducia eos qui cum Seuero communionem hab
anathemati subiecerunt, potissimum ipsi Imperato
anatema dicentes, qui in Seueri defensione & co
munione erat princeps. Quod Imperator molest
sime ferens Olympiũ quendã cũ exercitu aduer
eos misit, *qui imperata pro Imperiali potestate neg*
canonib. ecclesiasticis exequeretur. Is aũt Hierosolymi
adueniens, diuinũ Eliæ patriarchã sede Episco
eiecit, & Ioannẽ quendã Seuero cõmunicantem
eius thronũ surrogauit. Cæterũ vt primũ præfecti
ille discesserat, *collocutus cum patriarcha Ioanne Sab*
illi suasit vt à Seueri communicatione abstineret & Syn
Chalcedonensem cum sanguinis sui effundendi periculo tue
tur: quod etiam ille patrũ admonitiones reuerenter susci
& pacta conuenta cũ Olympio imita negligens, fecit. Qu
Multa in hac historia singularia. egregia historia Christianæ fortitudinis plena, m
ta nos præclara docet; primùm, neminem ita esse
mundi negotiis abstractum (nam quid erat his mo
nachis rerum terrenarum magis negligens) qui pr
causa fideià solitudine in societatem ciuilem &
pertam palæstram non debeat procedere. Deinde
pro fide oẽs Christianos infimæ conditionis debe
maximos Imperatores anathemati deuouere: tum
monachos, hoc est viros sanctissimos posse regi he
3. retico vim pro fide inferenti virib. quoque resistere
vbi probabilis est defensionis oportunitas: præterea
4. pro Concilio generali pugnãdum esse ad sanguinis
vsque

vsque effusionem: & qui in hoc sanctissimo certa- 5.
mine cum Catholicis episcopis contra regem hæ-
reticum moriuntur, eos esse martyres, & vt modò
contra Imperatorem tota ciuitatis Constantinopo-
litanæ multitudo conclamauit, *hoc esse tempus martyrij*, vbi qui occiduntur, à Deo non vt perduelles pa-
triæ vel regis, pœnam, sed vt martyres Christi præ-
mia in cœlo æterna reportabunt. Denique quando
principis impietate, religionis & Ecclesiæ status in 6.
periculum vocatur, tum demum piorum hominũ,
ipsorumque sacerdotum, & monachorum esse, *peregrare ciuitates*, circuire prouincias, monere, horta-
ri, solicitare, hominesque Christianos ad hanc viri-
lem quæ in factis, & non verbis tantum posita est
constantiam atque fortitudinem incendere, & prę-
dicare pacta conuenta cum regibus contra fidem
Catholicam facta, nullius esse roboris nec ab ho-
mine Christiano debere seruari. Illud enim accura-
tè historia inculcat, qui ista fecerunt, docuerunt,
prædicarunt, fuisse homines propter pietatem ad-
mirandam *egregia luminaria*, viros toto terrarum or-
be celeberrimos; quæ item omnia ex huius histo-
riæ conclusione magis eluceſcunt. Nam Imperator
tanquam alter Antiochus quòd ita à Ioanne patri-
archa se lusum videret valde indignatus, Olympio
duci præfecturam ademit, & Anastasium cum no-
uis copijs contra illos Machabæos misit, qui repen-
tè Hierosolimam aduolans, Patriarcham cepit &
coniecit in carcerem, vehementissimè deinceps vr-
gens vt *Chalcedonensem synodum damnaret & cum Se-* *Niceph. lib. 16. cap. 34.*
uero communicaret. cuius rei vbi Patriarcha callidè
aliquam ei spem fecisset, propterea que è carcere
emissus esset, iam liber clam *monachorum cohortem in templum D. Stephani, vt præfractam hæreticorum teme-
ritatem frænaret, conuocauit*. Deinde statuto die, Im-

Monachi vi obsistere duci Imperatoris.

peratoris præfectus Anastasius ingreditur, vt ipse nimirum præsente ac teste Synodus Chalcedonensis damnaretur, cuius rei ex verbis Patriarchæ magnam spem conceperat. Patriarcha Ioannes ingressum *ascendit, ex vtraque parte Sabbæ & Theodosij pugnatorum Dei manibus suffultus, ibique sidens*, quum dux auidè cuperet audire anathema contra patres illos pro suo Imperatore & episcopo Scythe ille contra. *Si quis* (inquit) *Entycheti, & Nestorio, & vtero assentitur, anathema: Si quis quatuor vniuersalis Synodorum dogmata non sequatur, anathema.* Quod ille audiens, multitudinis impetum metuens, fugæ saluti suæ consuluit: & quod ita euasit, præclarè secum actum putauit. Nec episcopi patresque hoc tam seditiosum excusarunt, aut quasi culpa admissa in tumultum & furorem popularem retulerunt, longè secus, *quum scirent Imperatorem ea re auditurum fore, epistolam libertatis plenam ad eum dederunt, in qua tum illum arguebãt, tum dogmatis sui certitudinem adhibebant. Scire se quidem à 318. patribus Niceæ promulgatam fidem rectam. Tenacissimè autem alia tria Concilia, atque prioris illius vestigijs inniterentur retenturos, neque se quicquam, etsi duri aliquid accidat, de primis traditionibus remissuros, sed eas ad sanguinem vsque si opus sit defensuros esse. Et ita patriarcha Ioannes, & sancti illi viri simplex* aliàs quidem *sancti*, sed in hoc sanctissimi, quum scirent quid Deo, quid Cęsari deberetur, vbi iurisdictio Imperatoria desineret & terminaretur, nullum capitis periculum recusarunt, vt fidem Catholicam ab hæreticorum contagione & communione seruarent illæsam. Atque hic demum quum homines suas partes viriliter egissent, & eumè Anastasium in sua hæresi pertinax, vel fraudibus vel viribus eos fracturus videretur, Deus seruis suis prægēdis suam extraordinariã opem interposuit. Vide

Defendunt factum suum.

Mirabilis interitus Anastasij Imperatoris.

enim circa hæc tempora Imperator per quietem virum aſpectu terribili, qui chartam manibus tenebat, eáque aperta & Anaſtaſij nomine inuento, eũ ſeuerè huiuſmodi verbis compellauit. *Deus Ezechiæ pietate conſpecta vitam ei longiorem conceſsit, promiſſa inſuper ex hoſtibus liberatione: tuam verò nequitiam & profanitatem abominatus, vitæ tuæ tempus præcidit, & annos quatuordecim ſuſtulit. Hiſque dictis, illos* XIIII. *annos ex charta deleuit. Moxque Imperator exitiali plaga percuſſus & fulmine tactus viuendi finem fecit.* Neque ſanè dubito quin ſi Græci contra Copronymum pari conſtantia dimicaſſent, Deus etiã ſimili modo opẽ eis tuliſſet, & parem benedictionem eorum laboribus tribuiſſet. Alia quædam & non minus luculenta Eccleſiæ Græcæ exempla ad Chriſtianorum hominum officium demonſtrandum afferri poſſent, ſi exemplorum multitudine quæſtio eſſet decidenda. Sed quia vt Chriſtus & Chriſti veritas *eadem eſt hæ-* *Heb. 13. 8.*
ri, hodie, & in ſæcula, ſic Chriſtianorum ad eandem veritatem eadem eſt obligatio, nec Chriſtiani qui ſequuti ſunt Imperatores alio iure regnarunt quàm Baſiliſcus, Zeno, Anaſtaſius: nec Chriſtiani vel laici, vel monachi & Eccleſiaſtici magis eis lege diuina ſubiecti fuerunt quàm iſti magni Conſtantinopolis & Hieroſolymorum patriarchæ, illique alij *admirandi monachi*: ex vno vel altero illuſtri exemplo non minus quàm ex mille alijs coaceruatis, Chriſtianorum & regum & ſubditorum officium mutuum colligitur: etſi plurimæ ſæpenumero interueniãt circunſtantiæ, cur nec reges nec ſubditi eodẽ modo officia ſua exequantur.

Conſtant. Manaſſ. in Annal. pag. 81.

12. 12 Ergo quæ fuerit Eccleſiæ Græcæ fides de ſubditorum obedientia principibus hæreticis & Apoſtatis non præſtãda, his exemplis ſatis dilucidè patet. De fide autem & praxi Eccleſiæ Latinæ nõ opus eſt quic-

Suprà cap. 8. §. 9. 10. Naucler. generat. 41. pag. 274. 275. Langius in chronico Citizensi. an. 1209. Erfordesis de Landgrauius Turingiæ cap. 84.

quicquam adijcere, quando eam satis abunde à-
teà explicauimus, rebusque gestis Christianorum
Saxoniæ, & Germaniæ, & Hispaniæ, & Galliæ, &
Angliæ, & Scotiæ, & Poloniæ non minus clarè
monstrauimus. Etsi quis alia exempla desideret, e
particularibus regnorum historijs multa plura
periet; quale est (vt his Græcis Cæsaribus nos
Germanum adijciam) illud Othonis quarti quod
um *in Imperatorem vnctus & iuratus, statim fraudu-*
mento tyrannicè imperaret, & manifeste hostem Ec-
ri & Ecclesiæ gereret, principes Alemani Noc-
bergæ conuenientes, orarunt pontificem Innocen-
tium III. vt eis ab obedientia Othonis liberatis
dericus Henrici Imperatoris defuncti filius Im-
rator confirmaretur. Quod vbi pontifex fecisset,

Germani receduntab obedientia Imperat. excommunicati,

Othonis excommunicatio per Germaniam fa-
diuulgata, plurimique principes ab Othonis obe-
entia se subtraherent, illi reliquos fautores
Norimbergæ congregans, humili & demissa o-
tione vsus vt eos sibi conciliaret & à pontifice
siungeret. *Ad vos (inquit) o principes respici regni Te-*
vici quæuis dispositio, vestra interest enimus cuncta pro
cere. Vestri etenim iuris esse fatemur non Romani pontifi-

Naucler. vbi suprà pag. 276.

Imperatorem creare, & destituere similiter. Igitur o prin-
cipes & regni cordati proceres ius vestrum defendite. Ha
verbis vnam sibi plagam inferens, vt aliam repel-
ret, & dum pontificium iudicium declinat, prin-
pum sententiam (quorum tamen authoritas à pon-

Suprà fol. 530.

tifice fluxit) efficacem ad se Imperio priuandum
confessus, qui mox pontificis sententiam execu-
sunt. Quãquam enim ad tempus quidam Othon
adhæresceret, postea tamen re maturiùs *deliberata*

Ibid. pag. 277. 278. 279.

Fredericum abiurato Othone in regum Germanorum vn-
nimiter eligunt, solennes ad illum cum erectionis decret
nuncios mittentes. Qui mox in Germaniam venien-

ad eum-

ab omnibus vt rex honorificè suscipitur. & Otho videns se ab omnibus desolatum, cum paucis admodum stipendiarijs multitudinis profugit. Et si Wenceslaus Caroli IIII. Imperatoris filius Imperator ab omnibus principibus electus, & à pontifice probatus, etiam postquam annos triginta & amplius Imperio præfuisset, *quòd eidem gubernando fuisset inutilis, & duas tantùm artes sciret, vnam voluptatibus se dedere, alteram cumulandis pecuniis intendere*, ab ijsdem principibus, pontifice Romano admodum approbante Imperio deiectus est, quæ eadem ratio contra quosdam Galliæ reges valuit Childericum, Carolum Crassum, & Simplicē, quanto magis proceres principesque Germanici, & Gallici, & alterius cuiuscunque regni regem nō tantum voluptarium, auarum, inutilem, sed etiam crudelem, sanguinarium, tyrānum, hæreticū, Apostatam, omnibus flagitijs oppletum, reipub. nō modò inutilem, sed etiam facem & flammam & internecinā pestem, possunt & debēt à reipub. gubernaculis deijcere?

Naucler. generat. 57. Murrin in Chronicis Germaniæ lib. 26. an. 1400.

Cuius tamen exemplum propriè nullum in Gallia (quod sciam) à primis Gallicani regni incunabulis, saltem post Hugonem Capetum ad hanc vsque memoriam occurrit. Nullus enim hæreticus, nullus Apostata, nullus propter hęresim excommunicatus in augustissimo Francorum solio hactenus consedit. Philippus quidem primus propter adulterinas nuptias anathemate notatus, quanquam fœdissimum crimen admisit, longè tamen ab hæresis horrenda contagione abfuit. Et excommunicatio Philippi Pulchri à Bonifacio VIII. & Ludouici XII. à Iulio II. propter causas merè ciuiles, lōgè alterius est generis, largioremque præbet & regibus & subditis sese defendendi campum. Si tamen rex aliquis hæresi corruptus ad aliquam partem horum immanium

Nullus vnquam hæreticus rex Galliæ.

manium

manium sacrilegiorum prorupisset, quæ Cal... nis principibus sunt vsitata & familiaria, iso... pterea excommunicatus fuisset; quid ad... eum Franci nobiles fecissent, ex Ludouici Iun... ris historia potest intelligi. Bellum gerebat ... tra Theobaldum Comitem Blesensem, oppi... que Victoriacum, quod erat Blesensis ditionis ... ptum diripuit, & profana sacraque loca *sine dis...*

Paul. Æmilius lt. 5 in Ludouic. Iunior re- ge 40. M. du Haillan. li. 8. anno 1146.

ne incendit: vbi in æde principe ad mille quingenti... res impubesque promiscuè combusti, qui sanctitate ... salutem sperantes, ad altarium tutelam supplices con... rant. Mox se colligens rex ingenti dolore a... mœrore propter illud facinus afflictabatur, vt ... fuerit viros sanctissimos, & in his D. Bernardum ... eum consolandum accersere. Interim Theob... domestici doloris memor regem apud pro... Francos incusat, *eum primùm cum hominibus bo... gessisse, deinde in templa numenque tela & impia ... vertisse.* Illum regem *iustum Francis habendum non ... cui Deus Opt. Max. sanctus non sit. Regni iure decessu... deri quum se suosque in aras ararumque supplices arma... quas tanta religione superiores reges condendas cura... conditasque locupletarint; ac inuiolatas inspoliatasque ... voluerint. Qui sexui ætatique imbelli omnem exercu... manitatem non pepercerit, eum nefas esse apud Fran... nomen regium obtinere. Se illius dicto audientem non fu... rum cuius animus cæcus præcepsque feratur quippe cui... cendus magis sit quàm regere alios didicerit.* Theobal... hæc orante, proceres reliqui non vociferantur ... bellum & proditorem, qui contra regiam maies... tem ita declamet, sed potius Comitis approbant ... orationem, & detestantur regem, qui contra regni ... officium & decorem tam longè vltra humanitatis ... fines excesserat, facinusque putabant adeo detesta... bile, vt iustè propterea rex alioqui non malus male...

Hostis altarium & Ecclesiarũ non potest esse rex Francorũ.

Æmil. ibi.

fines

ante regia potuerit amoueri, *defectioque futura vi-* *Æmilius ubi supra.*
deatur, continuòque exorta fuisset, si aliquis se regis æmu-
lum & caput rei contra eum gerendæ obtulisset. Quid illi
fecissent si rex manifestè hæresim præ se tulisset?
si procerum odio & indignationi supremi pastoris
anathema fuisset adiunctum? si rex non vnum mo-
dò templum & oppidum, sed templorum multa
millia vt iste *Hugonotarum princeps & protector* in his *Suprà fol.*
suis rebellionibus incendisset? Verùm pacificandis *422. 567.*
rebus Gallicanis interponunt operam suam Ro- *D. Bernar-*
manus pontifex, & sanctissimus ille D. Bernardus, *dus reconciliat proceres regi.*
non quasi proceres hoc facto maiestatis læsæ rei
fuissent, aut etiam contra officium vel Christiano-
rum vel subditorum aliquo modo deliquissent; sed
tantummodo petunt à nobilitate Francorum, vt
Christiana charitate regis offensam condonent, &
quam in regem iustam conceperant iram, eam con-
tra Saracenos effundant ipsique cum rege contra
infideles in sacram militiam proficiscantur: nomi-
natim Theobaldum D. Bernardus *orauit monuitque,* *Ibid.*
vt Francia communi matri memoriam simultatum condo-
naret. Si vocem mittere posset, petituram eam vt domi pace
stabilita, cædes, cruor, omnia bellorum exempla in Christi
hostes verterentur. Reges vt homines natos peccare grauiter posse, ac in homines superosque multa impiè nefariéque
edere facinora: quem verò pœnitentia scelerum subeat, qui
pietate corrigere mala facta contendat, eum velut tabulas
naufragij sui colligentem, non obruendum quum emergat
fluctibus, sed subleuandum esse. Ita agente D. Bernardo,
rex procereſque oblitionem præteritorum sanxe-
re. Quòd si rex ille Hugonotarum principum more
scelera sua ac sacrilegia prædicasset, si ea à proceri- *Suprà fol. 419.*
bus *approbari tãquam iustè facta* flagitasset, nunquam
eum D. Bernardus in mediopelago naufragum ma-
rinisque fluctibus obrutũ eripuisset, neque eripere
potuis-

potuisset, qui sola pœnitentia & sacrilegij cõfessione tanquam naufragij tabulis nitentem & enatantem adiuuit, & præsenti submersionis perdendæ diadematis periculo liberatum pristinæ maiestati securitati restituit.

13. 13 Denique non solùm permitti subditis contra reges hæreticos arma sumant, sed etiam laudabile esse, idque subditorum Christianorum officio requiri: ne per singula Orientis & Occidentis regna particulatim vagando prolixior sim, hoc generale omnium totius mũdi regnorum ius esse, Deus in antiquissimo populi sui regno expresse decreuit. Deus enim ipse Dauidi & posteris eius regi Iudæorum attribuerat, Deus ipse hoc æternum 1. Reg. 16. 2. Reg. 2. 5. 7. 3. Reg. 1. re semel atque iterum pollicitus fuerat. Populus, pontifices, exercitus, omnes hominum ordines regnum illud consenserat. Et tamen quia semper in omnibus eiusmodi fidelium hominum regum implicitè & absconditè latet illa conditio, *modo ges à vero Dei supremi regis cultu fideque ad falsas ligiones ad idola & hæreses ne deflectant*, Salomon autem hanc conditionem non seruauit, sed ab uxoribus seductus eorum Idolis seruiuit, nec à Deo mel atque iterum monitus resipuit: ideo diuinum illud iudicium tanquam Ecclesiasticum anathema Matth. 18. 17. vel excommunicationem audiuit, *Quia habuisti 3. Reg. 11. 11. apud te, & non custodiuisti pactum meum, discrumpens dam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo*. Atque hac authoritate Israëliticum regnum à Iudaico dissectum est, longeque maior portio, è duodecim tribuum partibus decem à regno Dauidis auulsæ. Ad quas recuperandas vbi exercitu collecto expeditionem suscipere vellet Roboam, prohibuit Deus per prophetam dicens ad eum & quæ cum 1bi. ca. 12. v. 23. 24. remanserat tribum Iuda & Beniamin, *Non ascendetis*

fratres

tis neque bellabitis aduersus fratres vestros filios Israel. Re-uertatur quisque in domum suam. a me enim factum est verbum hoc: Ego sum huius defectionis & noui regni author & conditor. Et quidem quòd seruus Salomonis contra regem dominumque suum propter hæresim & tyrannidem conspirauit, & ab eius obedientia maximam subditorum partem auertit, rectè factum est, Deoque ipso authore & auspice, & ad æternam subditorum imitationem iubente factum est. Quòd verò mox impius vir diuinæ erga eum bonitatis oblitus, vitulos aureos Dei loco adorandos nefariè erexit, ex eoque sempiternam Dei maledictionem sibi posterisque suis conciuit, hoc scriptura damnat, hoc Deus est abominatus, & hoc in posteritate Ieroboami seuerè vindicauit. *Neque enim* (vt ait D. Augustinus) *Deus religionis, sed regni probauit diuisionem.* In regni autem, ad eum quem diximus modum à rege Iudaico defectione, *nullum fuit vel regis* Israël rebellantis, *vel populi* eum sequentis *peccatum*, vt verissimè ait D. Augustinus, & ipse Deus sua sententia confirmat. Qui etiam nouo regi mox per Prophetam pollicetur, *Si ambulaueris in vijs meis custodiens mandata mea & præcepta sicut fecit Dauid seruus meus, ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelem quomodo ædificaui Dauid:* adeo vt regnum Ieroboami nõ minus fuerit quàm Dauidis iustum, legitimum, Deoque gratum: eoque exemplo regna aliorum subditorum, qui à regibus idololatris & hæreticis regna etiam maximè hæreditaria auferunt, iusta sunt, & æquissima, ipsiusque Dei voluntate, lege, & expresso iussu fundantur. Et hoc Dei præceptum, atque exemplum imitatæ sunt aliæ deinceps Iudææ ciuitates & prouinciæ, quæ regibus Iudææ hæreticis recusarunt parere. Hoc Dei præceptum alienauit, Idumæos & Labinos, à subiec-

Deus liberat omnes subditos ab obedientia regis hæretici.

August. de ciuit. Dei lib. 17. cap. 21.

3. Reg. 11. v. 38.

Suprà fol. 625.618.

Suprà fol. 335.

Canon Ecclesiæ liberans subditos ab obedientia regis hæretici, fundatur clarè in scripturis.

ctione Iorami. Hoc alienauit Machabæos & totam Iudæam à subiectione Antiochi & stirpis Seleuci cui per annos centum quadraginta pacificè obtemperauerant. Hoc Dei mandatum edocuit pontifices Christianos statuere vt quas Catholici prouincias regibus hæreticis adimere possent, eas optimo iure & iustissimo titulo occuparent vt suas. Hanc legem episcopi in Concilijs generalibus imm sunt. Hac lege Occidentis Imperium à Græcis Imperatoribus fidei Catholicæ inimicis ablatum Et optimi fortissimique Francorum reges, Pipinus Carolus magnus, Ludouicus Pius, totáque Francorum natio, & Italorum, & Hispanorum, & Occidens vniuersus pontificesque Romani illi, quorum & virtus & pietas & doctrina erat celeberrima, Græciaque ipsa, Græcique & Imperatores episcopi, hoc est ipse populi Christiani flos, semper credidit regna hoc iure acquisita fuisse regna iustissima: iusque aliorum quanquam vetustissimum per hæresim tamen amitti, & per sententiam Sacerdotum & Ecclesiæ nouis regibus priorum regum subditis accrescere. Nulla enim alia ratione regna Christiana Christianis regibus voluntate Dei adiudicuntur quàm qua regnum Iudææ mandato Dei Dauidicæ stirpi attributum fuit, nimirum vt leges Dei custodiant, & omnē idololatriam hæresimque deuitent. Eadem est semper Dei voluntas, eadem scripturæ sanctæ authoritas, eadém hæreseos contra Deo fœditas, eadem vel maior fidei necessitas, idem reipub. & populi ius, eadem conditio regum, nulla denique prorsus discriminis, quin vt illorum ita istorum quoque subditorum cōtra reges suos Apostatas bella sint sancta, prouinciarum defectiones licitæ, procerum conspirationes ad regni partem hæretici regis iugo auellendas probatæ, & expedita

Dei

Dei voce præceptæ, quod quotiescunque sincera mente ad protegendam à lupis, ab apostatis & hæresiarchis Dei religionem populumque fit, certissimò dici potest vt olim, *à Domino factum est verbū hoc*: & qui ista moliuntur quamuis fuerint antea talium regum serui, iam tamen *Deus dat* istiusmodi *seruis* tam impiorum dominorum regna, & qui ita contra principes suos bella mouent, & ab eorum obedientia ciuitates prouinciasque auertunt, *Si ambulent in vijs domini, & mandata eius*, eius fidem, eius cultum, eius Catholicam religionem *custodiant*, Deus *erit cū ijs, & ædificabit eis domū stabilē* æternam in cœlo & in terra gloriosam, *quomodo ædificauit Dauidi*. Sic enim propheta Dei loquitur, sic Deus ipse pollicetur, & hoc genus diuinæ vltionis quo hæretici reges per suos subditos castigantur, regnisque suis exuuntur, multò magis Deo placet quàm quum idē per alios reges efficitur. Quod in regno illo Dauidico aliorū typo & imagine Deus ipse patefecit. Qui quū Salomoni propter idololatriā duos eodē tēpore hostes suscitaret, alterū *Adad Idumæum de semine regio*, cuius maiores Idumæā, magnā regni Salomonis partem, regio iure tenuerant, alterū seruū Salomonis Ieroboamū, qui in nullū vinculū ius aliquod regiū poterat obtēdere; Adadus *licet à Deo suscitatus*; veniēs tamen in hæreditariū suū regnum, illud ad defectionē à Salomone nō potuit impellere, sed in Syriam profugere coactus est. Ieroboamus autem, & Idumæā & longè maiorē Iudææ ipsius partem à Salomonis familia ad se pertraxit, regnumq; Israëliticum cōtra illā in ætates multas stabiliuit. Voluit nimirū Deus hoc facto perspicuè in oculis fidelium omniū cōstituere ius ad regna fideliū & Christianorū maius esse in religione, quā in successione, maius in vltione hęresis quā in cognatione sanguinis, maius & solidius

Bella subditorū contra reges hæreticos Deo maximè probantur.

3. Reg. 11. v. 14. Ioseph. Antiq. li. 8. cap. 2.

in eo qui exterminatis hæreticis illud sibi & Catholicæ Ecclesiæ subiungit, quam qui religione neglecta & spreta, longam & absoletam seriem maiorum suorum in tali regno sibi vicissim succedentium pretest prætexere. Nam hic multæ obscuræ & spinosæ difficultates solent emergere, illic clarissima est lex & Ecclesiæ sententia, *Postquam* per summum pontifi-

Supra fol. 525.

rem *vasalli à fidelitate regis hæretici denuntiantur absoluti, Catholici terram eius occupent, & eam exterminatis hæreticis sine vlla contradictione possideant*, quam veritatem vt pote per se claram & euidentem & ex apertissimis scripturis deductam, Christiani & in Oriente & in Occidente, tum fide tum moribus semper prætulerunt. Optimi quidē Græci & sacerdotes & [illegible] Imperatoribus suis hæreticis armata manu resistere nunquam putarunt esse peccatū, aut lęsę maiestatis crimen: sed contrà potius si regibus extrà limites & cancellos potestatis suæ ad hæreses, ad schismata & Ecclesiastica peruertēda & perturbanda enagāre non ita se opponerēt, hoc ex verbo Dei edocti esse seclus fuisse piaculare, & quo Dei Opt. Max. Maiestas grauissimè lædebatur. In quam fidem præximę quemadmodum conspirauerint omnia Occidentis regna Christiana, ex his quæ hactenus percurrimus satis clarè Christianus lector aduertat.

14. *Doctrinæ Caluinianæ summa de bello à subditis contra reges ingerendo.*

14 Eademque fuit Protestantium cuiusque secti potissimum Hugonotarum Galliæ, à primo Euangelismi huius exortu vsque ad ducis Alēçonij motem, quæ ante paucos annos accidit, generalis persuasio. Ab eo autem tempore, propter causas cum fatuo apertissimas, variarunt Euangelistæ sui temporem, & deinceps non gladijs sed orationibus pugnandum aiunt, & regem Galliæ sine recusatione adorandum, quisquis est agnationis iure proximus, siue sit hæreticus, siue tyrannus veteribus illis Heliogabalis

Apolog. Cathol. part. 2. pa. 151 227.

Vide supr. fol. 601.

liogabalo, Valente, Bardane, & Andronico multò sceleratior. Sed quoniam qui huius sunt Euangelij, noui authores, sunt adhuc infantes, & nulla habent opinionis suæ præsidia, præter mera & puerilia mẽdacia, vetus autem Euãgelium Caluinianũ semper huc vsque contrariũ sensit & suasit, nouo huic verboso & garrulo & nihil nisi muliebriter rixanti, vel sophisticè potius garrienti & mentienti, antiquius, illud oppono: eiusque doctrinam in certa capita redigam, ijsque hanc tractationem concludam & definiã. Continet enim summã eorum quæ hactenus à me dicta sunt, vel etiam quæ de hoc argumento dici solent. Quid Beza de ijs iudicarit, qui contra regẽ pro Euangelio præliati sunt, & in eo bello vitam amiserunt, suprà exposuimus. Decem ferè annis postea ministri Geneuenses vt fratrum Hugonotarũ causam toti mundo probarent, alium imiserunt librum cuius hæc fuerunt capita.

Caluinistæ probant bella Gallorum contra regem Nauarr.

Suprà fol. 603. Comment. de statu religionis in Gallia, part. 2. lib. 12. à fol. 120. ad 130. ann. 1572.

1

Regi manifestè tyranno & ad leges euertendas sua potestate abutenti, opponere se debet inferior magistratus ex iureiurando præstito obligatus ad eorum salutem & conseruationẽ qui suæ fidei commissi sunt, armis etiam si opus sit adhibitis. At quemadmodũ hoc legitimè fieri potest, quum inferiores omnes iurati sint vt regi obediant, ideòque sine manifesto periurio eius authoritati sese non possunt opponere? Respondent isti,

Bellum subditorũ contra regem.

2

Ius naturæ ex quo pendet conseruatio societatis humanæ, nunquam patitur vt hoc caput in dubium reuocemus. Etiamsi nobis firmissima obligatio & pactum cum rege intercedat, tamen illam obligationem abrogari quum essentiales conditiones manifestè violãtur propter quas propriè cõtracta erat obligatio. In populi autẽ iuramento illa fuit semper tacita aut expressa conditio, se obtẽperaturũ regibus quãdiu iusto & æquo imperiorẽ gererent. Est enim hæc certa regula, Cùm cõditio aliqua tacita aut expressa contractui oppo-

Iuramentũ non semper obligat subditum ad obedientiã.

nitur, illam omnino frangere, qui ei aduersatur: non ita verò qui sub conditione obligatus, ab eo qui conditionē fregit ipso iure liberatur. Atqui quis regis conditionis gni susceptī transgrediētis iudex esse potest? Nem penitus nisi solus Deus si nonis Caluinistis cre mus. Sic enim fuse & copiose declamant, & nu ratiunculis conantur astruere. At respondent res Caluinistæ hoc esse mendacium impudens enim sempiterna illa Ordinū regni in regem authori supra demonstrauimus, quæ vsurpatione, aut longi tempo præscriptione immutari nō potest. Certūmq; est nec pop creasse nec recepisse reges, nisi certis conditionibus, quib magistratu summo manifestè violatis consequitur tūm lorū abdicandorū habere qui habuerat creandorū, id est pulū summos magistratus imperio abutentes abdicare i rio posse. Neq; verò omnes regni partes insolidū regis tuntur, sed tantùm superior regni dignitas, cuius tamen modo & certis quibusdā cōditionibus inferiores magistr sunt participes, maximè illi, qui Officiarij Coronæ nuncupātur, qui nō regiæ familiæ domestici, sed regni sunt ministri, de quibus statuendū est, illos nō tā a rege q à regno pendere. Atqui nū vlla suppetūt populi C stiani exempla qui hoc iure in reges & Imperato sunt vsi? Maximè.

Apolog. Cathol. part. 2. §. 21. 22. Suprà fol. 601.

3 Rex à populo potest exauthorari,

Officiarij Coronæ.

4 Multi reges à subditis iuste depositi.

Hoc siquidem apud omnes nationes celebriora exempla vsurpatum fuisse perspicuum est. Id quidem & in regno Romano, & in Republica, & in Imperio ipso seuerè observatum (quatenus quidem legum instituta vim obtinuerunt) ex ipsis rerum Romanarum locupletibus authoribus patet. Apud Danos, Suedos, Scotos, Anglos, Polonos, recens exempla probant illam aduersus reges esse populi authoritatem. Idem in Hispania factitari certum est. Et in Imperio Electores possunt Imperatores vt eligere, sic abdicare, quando ita opus fuerit, quemadmodū ex Adolphi & Vuenceslai abdicationibus apparet. In Gallia quoque idem perspicuum est, vbi

plis constat vsque ad recentia Ludouici vndecimi tempora. At diuinũ fortasse ius his omnibus humanis exẽplis præiudicat. In scripturis autem sacris nusquam opinor populus tantum sibi arrogauit: vt contra regem tyrannum aliquid istiusmodi tentaret. Imò verò (inquiunt veteres illi Caluinismi doctores) hoc totũ ex mera ignoratione proficiscitur.

5

Nam abdicandi regis penes populum Hebræum extitisse authoritatem, perspicuis exemplis apparet, tum ex Athaliæ abdicatione atque iustissima cæde, quæ per sexennium regnum obtinuerat, item ex capitali pœna inflicta Amasiæ Hierosolymitanorum decreto, quàm non per seditionem patratam, sed certis seniorum iudicijs statutam fuisse, omnes historiæ illius circunstantiæ ostendunt. Sic item Lobnenses à se regni Iudaici iugum excusserunt, quòd Ioramus purum Dei cultum reliquisset. Estque generalis regula, omnibus ciuibus vindicandam esse communis patriæ libertatem aduersus furores tyrannorum, quam felicissimo exitu secutus est Mathathias & ipsius liberi, nec debet à populis omitti nisi peculiare Dei mandatum interueniat. Huius ergo totius doctrinæ quæ post Euangelij Caluiniani primam natiuitatem vsque ad annum 1584. Geneuæ & in tota Gallia singulisque Gallicarum congregationum consistorijs valuit & dominata est, summam & epitomen si quis scire desiderat sic accipiat.

Suprà fol. 516. 624.

Scripturæ probant reges à subditis suis iure veldepoui vel etiam occidi posse.

6

Doctrinæ (inquiunt isti) nostræ, eò redit summa. Supremum rerum imperium summaque authoritas ita est penes reges, vt si leges eas quibus præstito iuramento se obstrinxerunt, violant, & tyranni manifesti euadant, nec potiori cõsilio locum dent, licet inferiori magistratui, potissimum iis qui vocantur Officiarij Coronæ, *quique ita sunt summo magistratu inferiores, vt tamẽ ex patriæ institutis & legibus summi magistratus causa tanquam fræna quædam cõstituantur, istis licet & sibi, & eis, qui ipsorum fidei cõmen-*

Confer hæc cum nouarum Caluinist. doctrina. Suprà fol. 601.

dati sunt prouidere, seque tyranno illi opponere. Nam quod ad Ordinum consentum attinet, ei non tantum licet, sed etiam obligatur, vt se tyranno opponat, resque instaret & in pristinum statum restituat, ipsumque tyrannum arceat & plectat: estque illa detestabilis vox, regem esse nibus legibus solutum vt à repub. non possit coerceri. Ibid.

Repugnantia veterũ & nouorũ Caluinistarum.

erna ergo Caluinistarum theologia, quæ subiec imponit meram obediendi necessitatem, quæ pr dicat, ita *cœlitus* venire regum designationem vt vel immanissimis tyrannis & hæreticis sine exce one parendum sit, est non solum sordida, assenta ria, & Gnatonica, sed etiam impia, proditoria & busp. exitiosissima.

7 *Est enim mutua obligatio & patroni & clientis, etiam feloniæ crimen, vt subiecti erga Dominum, ita d erga subiectum. Perit ergo ius domino peccanti, & subiectum præter consentum aliquid agenti. Vt autem perator Imperij primus est cliens, ita & rex regni mo ponitur iusiurandũ, cui obseruando profectò tenetur. Q go dubitet summũ magistratum authoritate sua ad jec ctorum perniciem tyrannice abutentem, eo ipso iure, fel crimine reum peragi, atque adeò suam illam authorita amitteret.* Hactenus veteres Caluinistæ: quorum g neralem doctrinam nisi in particulari applicatio ne, communi hæreticorum more errarent, tanq veram & solidis argumentis fultam, istorum pos riorũ graculorum loquacitati, qui nihil norunt si mentiri, & dissimulare, & stolidissimè suas nuga & blasphemias ineptissimas Catholicorum nom nibus obuelare, par est anteponere.

Mutua obligatio regis & subditorum.

Luthoranos quoque veteres etsi in alijs plæriq à Caluinistarum grege toto cælo separatos in hi tamen idem cum Caluinistis sensisse, certissimum e

Sleid li. 8. Nam Sleidanus ipse testatur & Lutherum sic sen isse, & protestantes Germaniæ Lutheri oracula cen-

confirmatos hoc solenne decretum feciſſe: *Quia cæſar religioni (Lutheranæ) exitium molitur & libertati, cau-* *Ibid. li. 17.*
ſam præbet cur ipſum oppugnemus bona conſcientia. Cum enim in eum caſum res deuenit, licet reſiſtere, ſicut & ſacris & prophanis hiſtorijs doceri poteſt. Poſtea quando reliqua Germania tota pacata, ſoli Magdeburgenſes in rebellione perſiſterent, & ad eos domandos ex communi Germaniæ concilio exercitum Imperator mitteret, & Magdeburgenſiũ militum permulti in pugna quadã fuiſſent cæſi: Miniſtri ſtatim emiſſo libello, eos oẽs in ſanctorum numerum retulerũt vt qui *occubuerunt honeſtè & piè pro gloria nominis dui-* *Ibid. li. 22.*
ni proq; ſalute patriæ etc. Euangelicorum quoque in Anglia & Scotia, eadem fuit & eſt praxis, fides, ſcriptio & prædicatio, vt aliâs à Catholicis Anglis fusè demonſtratum eſt: idque hodierna Zelandorum & Hollandorum rebellium ab Anglis ſuſcepta defenſio, & multos iam annos continuata, perſpicuè declarat: quorum idcirco teſtimoniis recenſendis quæ aliunde peti poſſunt, lectori nolo eſſe moleſtus. *Vide reſp. ad Iuſtitiã Britan. pa. 99. 100. 101.*

15 Quòd ſi ab iſtis cuiuſque generis Hugonotis & Gallogræcis ad veros omnium ætatum Francos aſcendamus, ipſum nomen Francorum, & Francorum Imperium, & Imperatores Francorum clariſſimi voce admodũ canora toti mundo proclamant hanc eſſe certò Chriſtianam veritatem, qua glorioſi illi Francorum principes Martelli, Pipini, & Caroli Magni freti, & regnum Francorum à regibus Francis, & Imperium Græcorum ab Imperatoribus Orientis in ſuam priuatam familiam orbe Chriſtiano applaudente & congratulante tranſtulerunt. Neque contra hoc quicquam apud verum Francum valeredebet quorundam Germaniæ Lutheranorum Francico nomini inimiciſſimorum inſana 15. *Debacchatio hæretic. contra vet. Francorũ reges.* *Magdeburgenſ. Cent. 8. c. 1. pa. 3. & 497. & 855.*

Ibid.pa. 751. Sleid.de 4. summis Imperijs. 2.

maledicentia, qui excellentes illos reges perue
prædones, *charactéribus Antichristi insignitos*, mentis
Babilonicæ cultores, ore spurco & impuro latrant,
hancque diuinitus ad repellendos Turcas & hæ
ticos factam Imperij Occidentalis in Carolo Ma
gno erectionem, *Antichristi opus* vocant, quod
men alius ipsorum frater valde probat & præd
Istorum enim amentia & furor, quorum religio
hil est aliud, quàm periuriorum, rebellionum, mal
dicentiæ, & nequitiæ multiplicis apertaque
professio: qui pro suis singulatim & regionatim
resibus, Anabaptismo, Lutheranismo, Zuingli
mo, Caluinismo contra iustissimos & modes
simos nostræ ætatis principes periurè rebellare
Germania, Sabaudia, Gallia, Frãcia, Scotia: qu
dò Catholica religio exterminetur) susq. deq
bent quæcunq. perfidia siue Caluiniana, siue Lu
taria, siue Saracenica, siue Mahometana Europ
occupet: qui nullã fidẽ certam, nullũ Christũ, nul
Deum habent præter Bacchum & Venerem; illo
insanis & furiosis clamoribus cur sanus & Ca
stianus quispiam magis quàm canis latratu cõ
ueatur? Nam si serio damnant Pipinos, & Caro
& Gregorios, & Stephanos; damnent necesse
prophetas Dei, damnent martyres Christi, da
nent optimos laudatissimosque in veteri nouo
Testamento Hebræos & Christianos, damnent
cesse est ipsum Deum & Christum, quorum ille
veteri, hic in nouo Testamento hoc ius & autho
tatem posuit euidentissimè: damnent (*inquam*) op
est totam & Hebrẽorũ & Christianorum Eccles
omnes reges & sacerdotes & populos, in qua
Europæ Asiéque prouincia, vt ipsi cum suis exe
bilibus & detestãdis Leidanis, Aurangiis, Coligni
Wiatis, Iacobis Bastardis, Grumpachiis, Genes
Hugo-

Hugonotis, & reliqua perditissimorum balatronũ fæce, veri reges, fideleſque, Caluinianæ Euangelici (hoc est Mahometani & Athei) habeantur.

Cæterùm istarum bestiarum maledico dente lacessiti, magis expergefiant Christiani, & inprimis Franci vt maiorum suorum honorem tueantur, vt regum,& reipub. suæ antiquissimum splendorem contra tales calumniatores vindicent. Recordentur quemadmodum Clodouæus Magnus regnum suũ contra Arianos sit auspicatus; vt reliqui amplissimi reges Ecclesia defendẽda & extirpandis hæresib. illud maximè propugnauerint; vt maiores eorum, annos amplius mille, idem regnum, eadem cum religione, & per eam Religionem, magnum & illustre eis tradiderint: quod vt eadem fide imbutum & ab hæresibus purgatum quemadmodum acceperunt à patribus, ita quoque relinquant filiis, Ecclesia Christiana & Deus ipse ab eis postulat. Quod ni præstent, eorum peccatum tanto est apud Deum atrocius, maioribusque & in hac vita, & in altera suppliciis vlciscendũ, quantò ipsi minorem habent hostem sibi aduersarium: quantò ipsi sunt potentiores, & ampliora habent patriæ suæ ab his pestibus liberandæ adiumenta. Non enim res illis futura est cum Antiocho magno Asiæ Syriæque & Palæstinæ monarcha, non cum Anastasio totius Orientis Imperatore, non cum Henrico, aut Friderico bellicosis Germaniæ regibus, quorũ ille collatis cũ hoste signis sexagies & bis pugnauit, præcipuos Romanorum duces *M. Marcellum & Cæsarem Dictatorem supergressus:* hic fuit *potentissimus, Imperator Germaniæ, Italiæ, Sardiniæ, Siciliæ, Hierusalẽ et Suetiæ, quo nullus magnificentior tenuit imperiũ à Carolo magno vsq. ad eũ*, sed cũ exiguo & imbecillo Biernæ regulo, qui nõ magis

Ad proceres Galliæ, vt nunquã cũ Nauar. pacem ineant.

Baptist. Fignat. Rom. principẽ li. 3. & Chron. Citizense Lamgij anno 1212.

gis fortitudine bellica, quàm ditionum magnitudine ab illis prioribus superatur. Et tamen hoc cum ipsis Antiochis, si cum Græcis illis Copronymo, Anastasijs, vel Latinis, Fridericis, & Henricis bellum suscipi religionis periculũ suaderet, si veri Franci, veri & fideles Hæbræi, si Machabæi, si Christiani haberi vellent, in omnẽ belli aleã, in omnem dimicationem prompto animo capita sua immittere debebant. Deinde fac Nauarr. fuisse regem Catholicum, & Catholicè regno gubernando imposita communibusque populi votis expetitum: vt non tamen ad hæresim laberetur, officium Christianorum procerum est vt eum deserant, eoque à gubernaculis deiecto Catholicum reipub. regem præficiant. Quanto magis tenentur insigni huic deterrimo hæretico & hæresiarchæ nondum Galliæ regi sed homini priuato aditum & spem omnem ingredi adeundi præscindere, & quemuis potius vel infima procerum familia Catholicum, quam quantuis sanguinis nobilitate subnixum hæreticum regno Christiano præficere? Antiqui Francorũ principes iidemq. optimi Christiani ferri non potuerunt vt Ariani *partem tenerent Galliarum*: eorumq. rex ipse manu Alaricum regem Arianum interfecit, & non feretis non partem, sed integrum Galliarum regnum Caluinianis qui iidem veri Ariani sunt & Arianis multò reipub. & Ecclesiæ nocentiores, in præsidium & spoliationem dari? Tum amplissima belli causa erat, *quòd contra immanissimos hostes*, non pro coniugibus aut liberis, aut acquirendis diuitiis, sed *pro parabili S. Trinitatis vnitate* præliabantur. At isti Caluiniani & vobis priuatim hostes sunt immanissimi, quod experti estis, & non solum vobis, coniugibusque & liberis vestris, sed illi etiã *ipsi inseparabili Trinitati* cum Arianis, & præterea Deitati Christi, eius

Supra fol. 580.

Ibid. fol. 581.

Omnes iustæ belladi causæ supponunt Catholici contra Nauar

rorti & passioni,& Catholicæ Ecclesiæ,& omnib. Ecclesiæ sacramentis bellum nefarium indicunt,& multos iam annos gesserunt. Denique si in vnum colligeritis omnes causas & singulas propter quas Carolus Martellus contra Saracenos, Pipinus cõtra Lõgobardos, Carol⁹ Magnus cõtra eosdẽ,& rursus contra Saracenos, Machabęi cõtra Antiochũ, Greci cõtra Anastasiũ & Basiliscũ, alij vel reges vel subditi contra reges hæreticos dimicarunt, eas oẽs plenè & cumulatè, & cum magna etiam redũdantia in hoc vestro contra Nauarræum & eius Hugonotas bello reperietis. Pace ergo, si quam cum istis & eorum duce feceritis, nulla potest esse turpior, nulla magis infamis & dedècorosa. Bellum autem vt eis inferatur & ipsa fides Christiana vrget, & officium quod Deo, & Ecclesiæ, & regno Francorum hactenus Christianissimo debetis, flagitat: eoque bello nullum potest esse iustius, nullum sacratius, nullum exemplis prophetarum, & pontificum, & Episcoporum, & principum, & procerum, in veteri nouoque Testamẽto, nullum ipsius Dei iussu & præscriptione & per se, & per sacerdotes suos, omnibus sæculis commendatius.

Nauarræum esse hęreticum relapsum, cui millies interposito iuramento Catholicis aliquid promittenti non est credendum.

CAPVT X.

1. *Caluiniani scriptores quare negant regem Nauarræũ esse* hæreticum relapsum, *quia nimirum non voluntate sua sed timore adductus Catholicam fidẽ Parisijs an.* 1572. *abiurato Caluinismo professus est.*

2. *Refutatur iste eorum error scripturis & doctrinæ primitiuæ*

mitiuæ Eccleſiæ, & probatur quòd terrore etiam mortis ceat hæreticos ad Catholicam fidem compellere.

3. Nauarræum tamen non vi ſed clariſſima veritatis tholicæ demonſtratione, ſponte ſua ad Eccleſiam reuerſ quod oſtenditur ex literis Cardinalis Borbonij ad Pon ſummum, item ex litteris, & edictis, & manifeſta ſtatione ipſius Nauarræi, perſpicuiſque hiſtoria ſtantijs: & denique ex Catholicis Nauarræi actionib aliquot annos conſequentes.

4. Qui regem Nauarr. à Caluiniſmo ad Catholica dem verè conuerſum negant, faciunt eum hypocritam num qui vnquam fuerunt ſordidiſſimum.

5. Concluſio, quòd Nauarræus ſit omni modo hæret relapſus & pœnas relapſorum incurrit, & propterea gnum inter Chriſtianos, vel aliquod munus publicum bus Chriſtianis non poteſt aſſumi: de cuius ſalute eſt ad forum conſcientiæ ſi rurſus conuerteretur, Eccleſia ſperaret, tamen quoad forum ciuile, cum ciuilibus pœn ceret, & ſemper longiſſimè ab omni publico honore & repelleret. Quæ veritas eſt adeo luculenta, vt eam nec Ca niſtæ ſint inficiaturi.

6. Nauarræo millies iuranti ſe aliquid Catholicis pr turum, non eſt fidendum: quia Caluiniſtis omnibus ma proprium eſt fidem Catholicis datam & iuratam fac dere.

7. Hoc vlterius & fuſius probatur, quia nullum habe Deum verum, nullum Chriſtum, nullam omnino religio per quam iurent.

8. Idem declaratur ex praxi principis Aurangij in Be gio, qui contra fidem ſæpe iuramentis ſolennibus firm vaſtauit Eccleſias, & Eccleſiaſticos, & omnes Catholic fidemque Catholicam ex illis regionibus profligauit.

9. Item ex multiplici periurio Apoſtatæ Truchſeſij Archi piſcopi & principis nuper Colonienſis.

10. Item

10. *Item ex perfidia reginæ Angliæ erga regem Hispaniæ, in fouendis contra fœdera & fidem datam rebellionibus Flandrorum.*

11. *Ex perfidia eiusdem erga Galliarum regem, in fouendis contra fœdera & fidem datam rebellionibus Hugonotarum.*

12. *Ex immani perfidia eiusdem erga reginam Scotiæ, contra quam incredibili impietate notissimos regicidas & rebelles defendit.*

13. *Idem probatur ex dictis & factis variis Nauarræi & suorum, qui iam olim protestati sunt se nolle seruare iuramenta & promissa facta Catholicis, neque verò per doctrinã & religionem suam possunt.*

14. *Absurdissimum est Catholicos Nauarræo & principibus Caluinianis fidere, quibus nec ipsi Caluinistæ fidunt, sed eos habent pro fallacibus & perfidiosis.*

15. *Conclusio, hæreticos principes semper fuisse & esse natura Catholicis infidos & infestos, vt nihil possit esse turpius, aut stupidius quàm Catholicos Nauarræo illis aliquid vel cum iuramentis promittenti fidem adiungere.*

HACTENUS quidem de regibus Christianis, de subditis, de repub. & de Ecclesia, de singulorum potestate & officio, qui sint imperandi & obediendi limites à CHRISTO præstituti, vbi desinit regum potestas, vbi cessat subditorum obedientia, illos ita singulis superiores esse, totique reipub. præesse vt tamen aliquando respub. contra eos insurgere, & suæ securitati atque saluti contra eos, iisque inuitis possit prouidere: & tum reges, tum subditos, tum populum Christianum vniuersum Christo Christique legibus & Ecclesiæ ita esse subiectum, vt in repub. Christiana cuius pars primaria & principalis est ecclesiastica fides & status, ecclesia possit magistratum quecunque

cumque ciuilem quocunque nomine vocent, ut Ducem, siue principem, siue Regem, siue Imperatorem, castigare & excommunicare; & denique (ut id Ecclesiæ Christianæ quies & fidei cõseruatio postulat) omnino deponere, Christianisque præcipere ne tali magistratui deinceps morem gerant aut temperent: hæc vt spero satis euidenter docuimus & singula commodis atque laudabilibus operarum rerumpub. tum ante Christum apud Iudæas gentes, tum post Christum toto orbe Christiano exemplis illustrauimus. Adiecimus item quam hæresis hodiernæ quæ authore Luthero & Calvino per varia Europæ regna & inprimis per Galliam grassauit, impietas, horror, & turpitudo: eamque esse ue veteri Gentilissimo Ethnicorũ, siue hodierna Mahumædorũ perfidia & Turcarum Alcoranismo necessarium, propriis & expressis ex hæresis istius natura prædicatione sumptis argumentis conclusimus. Summa eorũ quæ hactenus dicta sunt. quo facile est Christiano homini deducere, sic hæretici ab Ecclesia damnati iura à maioribus instituta in populos & ciuitates Christianas præterea non magis cõscientias Christianorum obligare quàm si Turca aut Iudæus aliquis seriem sui principatus ad principes Christianos referens, propterea Christianos omnes qui maioribus eius paruerunt sibi quoque iã Iudæo aut Turcæ putet debere esse obsequentes. Breuiter quod sit Episcoporum, quod Nobilitatis, quod populi Christiani officium, quum rex aliquem hæreticum esse Constat ita declarauimus vt absolutum prorsus arbitremur quod de hoc argumento tractandum suscepimus, nisi quidã astuti homines nobis obsistentes, vnica obiectione horũ aliqua refellere, aut si id nõ possunt, saltem maiorũ quæ diximus vim & aciem retũdere cogitarent. Sed (quæ est eorum vel incõsiderãtia, vel fatuitas

impu-

improbi legulei friuolè & pueriliter arguẽdo, causam quam defendere simulant corrumpunt, non aliter illi dum ea quæ sunt perspicuè vera negant, commune mendacibus omnibus præmium lucrãtur, vt ne vera quidem dicentibus credatur.

1 Plæraque eorum, quæ de hæresi & hæresibus diximus, adeò sunt aperta & clara, vt in ijs non solùm Catholicos omnes omnium ætatum & regionum, sed etiam hæreticos ipsósq; Caluinistas doctiores nobis habeamus suffragantes. Hæreticos carere omni iure in Christianos, Christianos non debere subijci principibus hæreticis, Christianos subditos posse se bello defendere contra tyrannos reges, & si in bello tali moriantur, eos non esse propterea proditores, non perduelles, sed viros bonos, qui in iusto legitimóque bello contra impios tyrannos occumbunt, hæc sunt non Catholicorum modò, sed Caluinistarum quoque dogmata & sententiæ fixæ atque receptæ. Quum verò ex his inferimus, non ergo teneri Gallos Catholicos vt Nauarræum quæcunque veterum Galliæ regum Catholicorum nomina prętendentem suum regẽ agnoscant: quum adijcimus deinceps ad amplificandam causę Catholicorum in eo oppugnando iustitiam, Nauarręum non modò simplicem *Hæreticum* esse, vt si hęresim renunciare & reijcere vellet, tolerabilior eius causa, nec plane omni ad regnum iure destitutus videri posset, sed *Hæreticum* quoque *relapsum*, hoc est hęreticum duplicem & periurum, qui quum semel per legitimam reconciliationem, abiurata hęresi, ecclesię Catholicæ fuisset adiunctus, iterum *ad vomitum pristinum reuertitur, & est vt canis, & tanquam sus lota ad volutabrum*, quo nomine spiritus sanctus eum tanquam immundum & fœdum animal designat, & vnà notat quam absurdè

Supra capit. 8. & 9.

2. Pet. 2. 22.

iurisdictionem aliquam in purum & sanctissimum Christi gregem sibi possit arrogare; ita quum vrgemus, hoc loco, noui quidam Protei iuxta theologiam Caluinianam postremo quinquennio à morte Ducis Alençonij inuentam intercedunt, & nimò Nauarræum hæreticum esse negant: quibus

Supra fol. 601. 602

Supra cap. 5. §. 8.

gumentis persuasi superius exposuimus. Quorum autem videant hoc nisi perimpudenter dici non posse, nec vllo ingenio aut arte sustineri (si enim vllo Christo nato fuerunt hæretici, tum certum est Ca-

Nauar. an sit hæreticè relapsus.

umistam quemcunque in summo & supremo gradu hæreticum esse, qui ex omnibus fere sæculorum omnium hæreticis & hæresib. turpissima quæque in suam professionem corrasit) idcirco vt quoscunque ius illi vendicent, saltem *Hæreticum* ipsum esse pernegant, atque ad id docendum firmissimis seu rationibus instructos autumnant. Omnium autem eorum longa & permolesta battologia ad nicam miserabilem coniecturam & suspicionem redit. Vt (inquiunt) *relapsus* quis dicatur, prius conuersus ab hæresi probetur opus est. At princeps Nauarræus solo terrore ad Euangelismi negationem die illo Bartholomæi adductus, conscientiam nunquam habebat rectè formatam, nũquam ex animo Pontificiam fidem amplexus est. Non est ergo relapsus à fide Pontificia ad Euangelium, qui prius ad Euangelica ad Pontificiam nunquam fuerat lapsus, sed Euangelicam semper vt verissimam & Christianissimam intus in animo infixam seruauit. Ex hoc deinceps ad commune hæreticorum vbi sunt inimiores (nam in Anglia iamdiu, & nuper in Flandria quando illic dominabantur Aurangiani, longe audiebat vox Euangelij) præsidium decurrunt, fidem non posse cogi, sed esse libera cuiusque voluntate sciendam: nec Christum vnquam compulisse homi-

Apolog. Catholiq. part. 2. & Moyens de abus contre bullam Papæ Sixti V.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nes ad fidem, longeq. alio modo Apostolos fidem Christi per orbem terrarum disseminisse. Hæc illi: sed more suo contra Euangelium, contra fidē Christi quoad theologiam, & contra regem Carolum principesque Borbonios quoad historiam crassissimè mentiuntur dum honorem vnius Nauarræi illæsum seruare conantur: Et tamen reuera eū maximè & contumeliosissimè deformant, dum istiusmodi ficulneis vel potius reticulatis operimentis eius turpitudinem toti Europæ patentem velare simulant.

1. Quòd autem eos in hac defensione multiplicis mendacij accuso, in eoque istos solenne suum obtinere dico, quorum totum & vnicum ferè in mentiendo præsidium est, id quàm rectè facio, Christianus lector iudicet. Veteres Donatistæ, hæretici eius tempestatis maximè sanguinarij, quum legibus Imperatorum reprimerentur, ita prorsus vt Caluinistæ cantillabant, fidem esse donum Dei, esse arbitrij liberi, esse sponte assumendam, non vi & terrore imponendam. Sed respondet multis in locis & libris D. Augustinus, quando primùm ad fidem natio aliqua conuertenda est, verum esse quod illi aiebant. Postquam verò populus aliquis fidem Christi & baptismum eius recepit, tum deinceps legibus Imperialibus, vi & terrore posse ad eandem fidem retinendam & hæreses abiiciendas compelli. Vnde doctissimè Episcopus ille: *Imitatur Ecclesia in istis cogendis Dominum suum qui prius neminem coegit, sed expectauit vt de fide regum & gentium, prædicatio prophetica compleretur. Et de hoc item intelligi potest illud beati Pauli vbi dicit, Parati vlcisci omnem inobedientiam quum completa fuerit prior obedientia vestra. Vnde & ipse Dominus ad magnam cœnam suam, prius adduci iubet conuiuas, postea cogi. Vnde seruis suis dicit:*

28

Supra pag. 217, &c.

Hære. 2 ad fidem catholicā panis cogēdi.

August. epist. 50

2. Corinth. 10. 6.

Luc. 14. 23. *Exite in vias & sepes, & quos inueneritis cogite intrare. In illis ergo qui leniter adducti sunt, completa est prior obedientia, in ijs qui coguntur, inobedientia coercetur.* Ita D. Augustinus: egregie vnica sententia & illorum garrulitatem longam refutans, & simul tum Christi & Apostoli Pauli doctrina comprobans fas esse hæreticos ad Catholicam fidem compellere. Vbi quidem probat & commendat in ecclesiasticis hominibus mansuetudinem, lenitatem, mansuetudinem, vtique non supplicijs sed persuasionibus aberrantes oues ad caulas dominicas reducantur: *Verum si forte quos verba contemnit, adhibebis (inquit) & verbera. Incutis parum, si non ingeris dolorem, sed quæris salutem. Multi amore, multi timore correcti sunt, sed per tremorem timoris, perueniunt ad amorem charitatis. Pater quando ferit, amat, contemnit vt delinquentem, consulit ad vtilitatem. Quare? quia pater est, quia hæreditatem parat, quia successorem nutrit. Ecce ferendo pater est, feriendo misericors est. Meliora enim sunt* (vt alibi idem Sanctus docet) *vulnera amici quam voluntaria oscula inimici. Melius est cum seueritate diligere quam cum mansuetudine decipere. Vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo iustus iustitiam negligit, quam esurienti panis frangitur vt iustitiæ seductus acquiescat. Et qui phreneticum ligat, & qui lethargicum excitat, ambobus molestus ambos amat.* Hæc est legitima & Christiana defensio optimi regis Caroli IX. item humanissimi suoque illi nepoti amantissimi tum Cardinalis nunc regis Caroli Borbonij, & clarissimi Ducis Monpensierij, & si qui alij principes Nauarræo ab hæresi ad Catholicam Christi fidem reuocando suam nauabant operam. Sciebant multos *terrore correctos*, sciebat multos *per timorem peruenire ad charitatem*, sciebant meliora vulnera amicorum, quam oscula vel adulationes parasitorum. Quia *patres sunt*, quia *hæreditatem parabant*, quia *successorem* Gallicæ Coronæ nutrire cupiebant eum quem tamen eo tempore videbant

Aug. ser. 94. de tempore ca. 8.

Idem epist. 48. de hæret. vi cogendis.

Timor hæreticis conuertendis prodest.

videbant *phreneticum & lethargicũ* suæque salutis neglectione tanquam altissimo sopore correptum, & verè mente alienatum, dum insanam & belluinam communisque sensus expertem doctrinam impuri ganeonis Geneuensis sectatur: hanc ob causam si aliquos timores adhibebant, si phreneticum ligabant, id faciebant quod Christus in Euãgelio, quod Apostolus Paulus. quod Ecclesia Christi, quod tota Antiquitas faciendum suasit & præcepit, & quod hominum & Christianorum & amicissimorum officium postulabat. Poterant quidem eo tempore vlterius progredi, idque scripturis diuinis & ecclesia Christiana antiquissima comprobante. Siquidem vt idẽ diuinus & singularis scripturæ interpres scribit, *etsi Episcoporum Catholicorum nemo vult istorũ* Caluinistarum *aliquem perire, tamen si non aliter meruit habere pacem domus Dauid nisi Absalon filius eius in bello quod contra patrem gerebat fuisset defunctus, quid Dauidi restitit nisi perditum flere, & sui regni pace acquisita suam mœstitiam consolari?* Poterant cum eodem sancto viro de Nauarræo & Condæo & Admiralio & Cauãnio dixisse, *quid non isti iustè patiuntur & meritò criminum & ordine potestatum? prius enim probent se non esse hæreticos vel schismaticos, et tum demũ de indignis pœnis suis huiusmodi emittant vocem.* Poterant si illos priores cum istis posteribus eadem promeritos eodem supplicio rex sustulisset, factum illud regis æquissimi cuiuis bono facillimè probasse. Promptum enim & expeditum erat si quis illud criminaretur, respondisse cum D. Augustino, *quid tale isti patiuntur, quale faciunt? nisi quia hominum multitudo non in corde cor habet, sed in oculis.* Nam si sanguis exit de carne mortali, quisquis aspicit, exhorrescit. *Si pro pace Christi præcisæ animæ atque separatæ in hæresis vel schismatis sacrilegio moriuntur, quia non videtur, non plangitur. Imò verò mors tetrior & luctuosior,*

Aug. epist. 50.

2. Reg. ca. 18.

Idem ic. contra epist. Parmeniani li. 1. ca. 7.

Ibid.

Hæretici homicidæ omnium immanissimi.

ture consuetudinis deridetur, quum authores tantarum rerum publicè insultant. Et si quid temporalis molestiæ fuerint per certissimum & rectissimum ordinem potestatis, quum ipsi privatis furiosorum agminibus multa grauia passim & quotidie nulla regia, nulla Ecclesiastica lege mittant, nos corporum persecutores vocant, se animarum interfectores non vocant, quū privata licentia nec corpora parcant. Hoc modo piè, & Christianè, & Apostolicè tum rex Carolus tum principes illi respondere potuissent, si Nauarræū hæreticū & hæreticorū rebellium antesignanum & innumerabilium catholicorum parricidā iuxta leges toto orbe Christiano receptas non terruissent solùm, sed grauiori supplicio affeciissent. Verùm quando illi incredibili humanitate citra modum & mediocritatē substiterunt, gratum est, & impudens est, & nimium hebes atque stupidum est metum prætexere ne is ad Ecclesiam Catholicam conuersus habeatur, quando scripta tota veteris nouique testamenti, totaque Ecclesiæ primitiua in sanandis rebellibus hæreticis & apostatis metū semper approbarit, & illi tamen in particulari Nauarræi conuersione singulari sint lenitate vsi, quamuis remedium acerbius morbus inueteratus & insanabilis requireret. Quare illi Hugonotici scriptores, qui ita insulse suis hæresiarchis patrocinantur, hanc salutarem admonitionem & conclusionem theologicam discant ab antiquis patribus.

Aug. epist. 50.

Si potestate quam per religionem & fidem regum, tempore quo debuit, diuino munere accepit Ecclesia, hi qui inueniuntur in vijs & sepibus, id est in hæresibus & schismatibus cogantur intrare (in Ecclesiam Catholicam) non quia coguntur reprehendant, sed quò cogantur attendant. Quamquam eam Ecclesiam in quam coactus est (si tamen omnino coactus est) Nauarræus, aduertant fuisse Catholicam toto orbe diffusam, Ecclesiam in qua oc-

Quid hæretici in Catholicis eos corrigentibus debent aduertere.

Gallia

Galliæ & Nauarræ reges Nauarræi huius maiores à primo Clodouæo ad Carolum illum, ipsiusque Nauarræi patrem, qui putatur, Antonium vixerunt & mortui sunt, in qua omnes Christiani Angliæ, Scotiæ, Hispaniæ, Poloniæ, Germaniæ reges atque Imperatores fidem receperunt, & cuius fidem ad extremum vitæ spiritum professi sunt, in qua vetustissimi illi Monarchæ Constantinus, Theodosius, Valentinianus, Martianus, Iustinianus Deo seruierunt, legesque ad eius Ecclesiæ fidem & pacem tuēdam conscripserunt: Synagogam autem à qua extractus est fuisse lustrum bestiarū potius quam hominum, effossum à tribus aut quatuor perfidiosis lenonibus, Luthero, Zuinglio, Caluino, Beza, quib. impuriores, sordidiores, lutulentiores Epicuros Sol nunquam vidit, in quorum latibulo nemo vel vnus aut è Capetiana aut è Borbonia familia prius vixerat, contra quam Diabolicam Synagogam ipsius pater Antonius Nauarræ rex mortuus est à rebellibus illis Rothomagi interfectus: hæc si considerare possunt & volunt ineptissimi illi nugones, tū nō magis reprehendant quòd Nauarræus à tali cōsortio & *Babylonica dæmonum habitatione* (sic enim eos appellat Euangelista Christi) ad Ecclesiam, *Hierusalem cœlestem à multis millibus angelorum frequentatā* timore ductus est, quàm culpant Deum & Moysen qui sæpenumero Iudæos plagis impositis, aliquando morte inflicta, ab idololatria ad rectum Dei cultum auocarunt; quàm culpant Spiritum sanctum qui Paulum Apostolum metu & suppliciis à persequendo Ecclesiam abstraxit; quàm culpāt Apostolos qui seueriſsimè Christianos delinquentes castigarunt; quàm deniq. redarguunt patres & matres, qui filios peccātes corrigūt, & virga disciplinę à malorū societate arcent, & eosdē infantulos in cœno

Vide Plat. in Pio 4. et hist. de M. Pig. li. 6. ca. 16.

Synagoga Caluinistarum. Supra ca. 4 & 5.

Apoc. 18. 2 ibi. c. 21. 2 Heb. 12. 22

volutantes corripiunt, & vt deinceps à vestibus inquinandis caueant sæpenumero verberibus admonent:

3. 3. Verùm quia idem præstantissimus Episcopus docet, non tantùm quòd *si hæretici terrerẽtur solummodo & non docerentur, improba quasi dominatio* videretur, verùm etiam quòd *si docerentur solummodo, & non verentur, vetustate consuetudinis obdurati ad capessendam viam salutis pigrius mouerentur*, adeò vt metum cũ doctrina, disciplinæ seueritatẽ cum prædicationis mansuetudine ad hæreticorum conuersionem velit cõiũgi & copulari: inquiramus vtrùm hac ex parte principes illi Catholici officio suo defuerint. Et quidem solo terrore mortis intentatę absque legitima doctissimorum hominũ disputatione, & argumentorum rondere Nauarræus compulsus fuisse repente Ecclesiam Catholicam ingredi aliqua fuisse probabilitatis specie istorum hominũ scriptiones non carerent. At cum in eo conuertendo multi dies cõsumpti fuerint, cùm ex ipsis Nauarræi ministris doctissimi veritatis euidentia coram Nauarro conuicti, hæreses suas execrati fuerint, quum postea Nauarræus ipse liquida veritatis perspicuitate victus ad Ecclesiam Catholicam libera & propensissima voluntate confessisse se fateatur, quum de pœnitentia sua literas solennes Romam ad summum Pontificem miserit, quum pontifex in illo orbis theatro publicas supplicationes ea de causa fecerit, & multa ingentis lætitiæ signa ædiderit, & per legatos gaudium suum cum reliquis Christiani orbis regibus communicauerit, quum Nauarræus in hac fide & confessione aliquot annos perseuerauerit, & multens religiosè Ecclesiæ Catholicæ solennia officia sæpius adiuerit; quales sunt isti præuaricatores, imò quales perduelles & proditores, qui regem suũ adeò insigni-

Augustin. epist. 48.

Calumniatæ Nauarri calumniatores egregij.

ſiniter mendacem & hypocritam faciunt! Vbi eſt iſtorum erga regis ſui maieſtatem honor & reuerentia, qui cum ſimulaſſe, & diſſimulaſſe, & terrarũ orbem mendacijs & periurijs ludificaſſe aiunt! quãdo tamen rex ipſe ſeriò, & ſimpliciter, & ex animo, in verbo & fide regis & hominis Chriſtiani ea ſe omnia feciſſe teſtatur. Poſtquam enim egregius & famoſus ille Catilina Gaſpar Colignius ex regis & Parlamenti Pariſini, totiuſque adeò populi Gallicani conſenſu & applauſu, aliquas dediſſet quanquã leues pro tantis ſuis facinoribus pœnas, eodem tẽpore de principe Nauarræo ſanando & ad Eccleſiæ Chriſti vnitatem reducẽdo à principibus cognationis ſuæ ſtudioſiſſimè actum eſt: non vt iſti mentiũtur cõminando carceres aut mortem, ſed oſtẽdendo improbitatem hæreticorum, eorum corruptelas & peruerſiones ſcripturæ ſanctæ, nequitiam ſectæ, impoſturas, & fraudes, & Atheiſmos, ex quibus tota conſuta fuerat, ruinoſa principia ebrietatis & libidinis per quæ ſub Luthero cœperat, media eiſdem generis, libidinem, venerem, diſſenſionem, infinitam nouarum ſectarum multiplicationem, rebelliones perpetuas per quas ad hanc vſque horam in Germania, in Flandria, in Anglia creuerat. Non modò omnem Antiquitatem, omnes patres, omnes ſcripturas, Apoſtolos & Prophetas hæreticis illis, ſed ipſos etiam hæreticos & hæreſiarchas ſibi ipſis eſſe hoſtiliter aduerſarios. Quam ob cauſam vt Lutherus Zuinglium, Lutherani Caluinum & Caluiniſtas æternis inuectiuis & libellis configebant: ſic vtrique ex veteri teſtamento plurimos libros, Eccleſiaſticum, Sapientiam, Machabæos &c. multaſque variorum prophetarum partes: ex nouo Iacobum Apoſtolum quia implacabilem ſolifidianæ iuſtificationis hoſtem, epiſtolas Iudæ & Petri

Nauar. veritatis euidentia conuictus abiurauit Caluiniſmum.

„ Petri vltimam, illamque ad Hebræos, & multa illa
„ quia sectæ suæ non conuenientia recidebant & ex-
„ tra scripturæ Canonem proijciebant. Quid ego
„ turpius esse, quàm regem illum illustrissimorum
„ & Christianissimorum Galliæ & Nauarræ regum
„ stirpe procreatum, nouitati contra antiquitatem,
„ rebellibus illis contra clarissimos reges, hæreticis
„ contra Catholicos, dissectis inter se fratribus & li-
„ bidinosis monachis, & Arianis, & Trinitarijs, con-
„ tra venerandam Christianorum vnitatem, & de-
„ que illi synagogæ Babylonicæ cõtra Ecclesiã Chri-
La vie de Caluin, cap. 5. „ sti Catholicam, talibus Satanæ mancipijs stigma-
propter infandam turpitudinem sibi inusta circum-
„ ferentibus, contra Christum ipsum eiusque Euan-
„ gelia & diuinos Apostolos & Martyres propter Chri-
„ stum occisos & cum Christo glorificatos adhorrere! Hęc quum illi per doctissimos Academiæ Pari-
ensis theologos multis diebus coram Nauarræo &
eius ministris disseruissent, tandem Minister eius
Rosierum reliquorum omnium acutissimum, & cu-
ius in prioribus rebellionibus concionandi pars
fuerunt primarię eò perpulerunt, qui clarissimæ ve-
Rosierus Minister fit Catholicus. ritati diutius reluctari non poterat, nec vel pro-
quicquam eo loco & conuẽtu dignũ afferre, vel ad
aliorũ argumenta dissoluẽda quicquã tolerabile cõ-
minisci, vt relicto Caluinismo transiret ad Ecclesiã
Catholicam; cuius exemplum plurimum valuit, vt
princeps quoque Nauarræus qui prius eo doctore
nitebatur, de pertinacia sua non parum remitteret,
& postea sensim quoad singulas Caluinismi hæ-
ses expugnatus victusque ad veterem antiquæ ma-
tris Ecclesiæ Catholicæ obedientiam rediret.

Atque ista ad hunc modum non terrore, non
minis, non gladijs & restibus quomodo Hugono-
tæ in Gallia & hæretici in Anglia suas singularum

fides

fides persuadent: sed maturè, deliberatè, argumentis theologicis, longo temporis tractu, multorum dierum spatio gesta fuisse, quos ampliores testes quærimus quàm ipsos actores, quàm illustrissimú Cardinalem Borboniú, quàm ipsum principem Nauarræum, eiusque literas & sigilla toti Galliæ atque Europæ publicata. Ita primùm Cardinalis Borbonius ad summum Pontificem scribit. *Nepotes mei rex Nauarræus & princeps Condæus, per bonitatem & infinitam misericordiam omnipotentis Dei, deliberatè & constanter abiurarunt errorem religionis Caluinianæ quo corrupti erãt ab infantia, & receperunt nostram religionem Catholicã Apostolicam Romanam, cuius fecerunt publicè liberam & voluntariam professionem.* Nunquid terroribus & minis mortis sufferendæ adducti? Ita quidem isti principum calumniatores & Zoili blaterant, sed longè aliud res ipsa loquitur. Si enim terror mortis hoc eis inuitis expressisset, tum certè primo die quando in ciuitate illa maximus terror & plurima mortis imago eorum oculis obuersabatur, ad declinandos populi tumultuantis gladios Caluinistarum iugulis intentos, Catholicos se finxissent. Sed longè secus factum est. Sic enim pergit Cardinalis clarissimus. *Ad eos ab errore ad fidem reducendos valde quidem laboratum est. Postquam enim egissem cum Doctoribus quibusdam tum propter vitam tum propter doctrinam tota Academia Parisiensis celeberrimis, præterea adiunxissem Episcopos certos qui mihi subsidio & solatio essent in extirpanda ex eorum mentibus hac peste & pernicioso errore qui profundas illic radices fixerat, multos in eo negotio dies consumpsimus, & vt plurimum sine vllo fructu.* Non igitur de repente non terrore mortis subitò incussa est execratio Caluinismi & amor religionis Catholicæ, sed lentè & modicis auctibus, quemadmodum Ethnico &

Literæ Card. Caroli Borbonij de seria conuersione Nauarræi

Historie de Peplin. lib. 30. Histoire de La Val. li. 21. Anno 1572. mense Octobri.

Diu laboratum in persuadendo Nauarr.

co & infideli fides solet instillari. Siquidem post quam isti tot & tanti viri sæpius hoc de negotio conuenissent, plurimumque & temporis & operæ in eo posuissent, tandem principes illi Nemausenses & Condæus *intellexerunt & perspexerunt fraudes, impostu-*

Card. Borbon. vbi supra.

ras, & mendacia Ministrorum: & apertè confessi sunt nullam esse Ecclesiam præter Apostolicam & Romanam. In hac fide fundati eam amplexi sunt, non simulati, ita

Non point par simulation. ains auec vne si grande gaieté & ioye de cœur.

tanta alacritate & sinceritate cordis, quantam minimè modò exprimere, sed neque cogitare possibile est absque

mo gaudio & iucunditate inexplicabili. Et certè plus moles tijs & angustijs quas multos annos quamdiu ipse tulis hæresis astricti tenebantur perpessus sum, per hanc

cum Dei beneficium sentio me prorsus ereptum & abso tū, cuius propterea infinitæ bonitati debeo quidem & toto tempore vitæ meæ gratias immortales. Quare Nouarræus idcirco à Caluiniana synagoga ad Ecclesiam

Card. Borbon. singularis amor erga Nauarr.

Catholicam redijt, *quia perspexit Ministrorum suorum fraudes, impostu ras, & mēdacia: si simplici & sincero*

ad illam se Ecclesiam adiunxit, *si in fide Catholica fundatus, Ecclesiam* agnouit *vnam* extra quam nulla est salus, eámque vnam fuisse *Apostolicam & Romanam*, quæ ab Apostolicis temporibus in Romanorum pontificum Sede & successione imprimis, ad nostram ætatem continuata est: si huius Catholicæ fidei intimo corde infixæ & insidentis tam euidentia & clara dedit argumenta vt ex eo Cardinalis *incredibilem perceperit iucunditatem, quantam nec fando ne cogitando poterat exprimere*, quales sunt isti sycophantæ qui regem hunc suum non ex regio & generoso animo hæc dixisse aiunt quòd ita sentiebat, sed ex seruili ingenio hæc præse tulisse, quum contraria esset sententia! qui eum instar alicuius ministris illis Satanicis impostorem, mendacē, simulatorem & dissimulatorem, faciunt, & charissimum suum

Nauarr. qualis hypocrita fuit Caluinistis.

tum patruum hac tam abiecta & sordida hypocri-
sim usse, quæ vix in Gnathonem aliquem vel Arto-
togum aliena quadra viuentem conueniat, de re-
gia autem Maiestate sine insigni contumelia non
potest dici, sine magno scelere non potest cogitari.
Cæterũ si sanniones isti pro more suo optimi prin-
cipis quia Cardinalis & Catholici bonitatem irri-
dere ausint (& quid est quod illi nõ audeant?) dicãt-
que eum nimis fuisse credulũ, & actiones Nauarrei
in aliã quam oportebat partẽ nimis candidè inter-
pretatũ: vsque adeo tamen impudentes erunt vt ip-
sius regis sui literis, & edictis, & diplomatis, & lega-
tis, & iuramentis, & protestationibus fidem sint
abrogaturi? Ipse enim Nauarræus in literis suis ad
Pontificem, *Illa*, inquit, *spes, sanctissime Pater, quã cõ-*
cepi de vestra paterna charitate qua tanquam Dei in terra
vicarius filios tuos licet ad aliquod tempus à nostra matre
sancta Apostolica Romana Ecclesia aberrantes, eosdem ta-
men pœnitentes & ad sanam mentem redeuntes benignè
admittere desideras: hæc spes ita vicit dubitationem meam
quã alias habere poteram de iusta seueritate Sanctitatis ve-
stræ, vt post cohortationem regis Christianissimi, pruden-
temque admonitionem reginæ socrus meæ, honoratissimo-
rum fratrum regis, Cardinalis Borbonij patrui, & cogna-
ti mei Ducis Monpenserij, ad extremum conclusi & statui
apud me vestram Sanctitatem agnoscentem me vnum ex
suis per prima illa signa quæ in Ecclesia & fide illa bapti-
zatus suscepi, non dedignaturam aperiremihi brachia in-
dulgentiæ vestræ. Neq; minus dubito (sanctissime pater) te
admissurum hanc confessionem pœnitentiæ meæ & redu-
ctionis atque obedientiæ, quam testificatus & protestatus
sum coram Nuncio Apostolico legato Sanctitatis vestræ, &
me recepturum in Ecclesiam Catholicam, cuius tuam San-
ctitatem agnosco caput, meque deinceps habiturũ pro filio
maximè humili, obedienti, & deuoto, id quod imprimis &
vehemen-

Literæ Nauarræi ad Pontif. de sua seria cõuersione.

Poplin. La Val. M. Pig. vbi suprà.

Se suis finalement resolu. Nauarri baptizatus in fide Ecclesiæ Cathol. Romanæ.

Histoire de M. Pig. li. 6. cap. 16.

vehementissimè postulo. Hæc rex ille ad Pontificem scribit, causamque suæ hæreticæ ab Ecclesia actionie dolenter recensens, eam reijcit non in priorum quorum alter in fide Catholica, & pro fide Catholica contra Caluinistas bellum gerens mortuus est, altera quidē etiamsi diu hæretica fuit, & (vti refert Caluinus) *Atheista, Libertina, hypocrita, fautris Antitrinitarum*, & quæ inscitē viro perdiu in occultis latebris & secessibus asseruabat dogmata. Inter cæteros hæresiarchas, dissimulauit tamen & occultauit impietatem suam: sed culpam totam confert in *quosdam nebulones* per quos in infantia eius iudicio non valebat ad hæresim à fide sana distrahendam seductus est: cuius rei valde iam ipsum pœnitet, & pollicetur breui missurum Romam legatos, & per eos ad exemplum *maiorum suorum Navarræ regum se submissurum soleniter Apostolicæ sedi*, id quod reuera præstitit. Quo tempore Rom. Pontifex ob gratias Deo agendas, solennes tota Romā decreuit supplicationes, aliaque ædidit egregia singularis lætitiæ signa, suisque vicissim ad regem Nauarræ literis verè paterna charitate & affectu de eius fide cōuersione plurimū congratulatus est. Quæ omnia & singula ad istos Apostatas mendacij conuincendos valde quidem apta & efficacia sunt, neque scio an aliquid afferri possit euidentius aut neruosius. Et tamen edictum aliud quo regioni Biernensi exemplo suo religionem Catholicam rex ille cōmendat, eamque illic instaurari iubet, ita exactè & accuratè conuersionis eius modū atque circumstantias describit, vt qui illud expenderint, nisi iuxta poetā plane *corneam*, aut *æream* potius, vt inquit propheta, *frontem* habuerint, nunquam dicturi sint eum solo mortis terrore hæresim Caluinianam repudiasse. Narrat illic se valde diu, & solicitè admodum deliberasse

Histoire de la vie de Calvin. cap. 15. Celoit & entretenoit en son cabinet &c. Certains meschans garnemens

Navarræi edictum pro religione Catholica. Vide illud apud la Val. li. 21. fol. 587.

Pers. Esa. 48. v. 4.

beraſſe quomodo regiones ſuæ Nauarræ & Biernæ poſt tam multas miſerias & vaſtitates ſecura pace fruerentur: quæ quum abſque vera religione ſperari non poſſet, addit ſe in tantis ſectarum diſſidijs & diſtractionibus vt certam & ſalutarem viam ingrederetur, ex conſilio reginæ Matris & Cardinalis Borbonij, *attentè auſcultaſſe voluntariam & beneuolam diſputationem* aliquot doctiſſimorum theologorum quos idem Cardinalis tanquam in theatrum cum hæreticis quibuſdam luctaturos produxerat, contra quos accerſiti venerunt peritiſſimi quidam miniſtri profeſſionis Caluinianæ. Iſti autē poſtquā ſæpius conueniſſent, ſæpius diſputaſſent, ad extremum *magnis atque euidentibus argumētis Catholicorum victi, & ſpeciatim Koſierus*, Miniſtri Aurelianēſes, & alij permulti, *liberè confeſsi ſunt ſe fuiſſe hactenus egregiè deceptos, ſuamque pariter alijs decipiendis impendiſſe operā. Quamobrem errores ſuos damnarunt & abiurarunt: & agentes pœnitentiam ſupplicarūt in gremium Eccleſiæ Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ admitti. Ex quo nos* (inquit rex Nauarræus) *eum fructum collegimus, vt tam cognoſcamus eam Eccleſiam eſſe ſolam columnam veritatis, cui omnes reges & principes Chriſtiani debent inniti, & ſuper eam firmare & ſtabilire populorum ſuorum religionem.* Quæ quū ita ſint, ex zelo Chriſtiano ſuader, & pro regia authoritate præcipit ſubditis ſuis vt qui eum ſecuti ſunt hæreticum, ſequātur multò magis Catholicū: qui cum eo errauerunt in obliquos tramites ſectarum, cum eo reuertente redeant in viam ſalutis & Chriſtianæ religionis. Et quia experētia nouerat Miniſtros eſſe veriſſimas tubas ſeditionum & tumultuum, idcirco eos ſpeciatim iubet ex ſuis ditionibus expelli, niſi velint hæreſes abiudicare & profiteri fidem Catholicā. Hoc modò poſtquam Chriſtianum regem ſe abundanter probaſſet, priuato etiā exem-

Conference voluntaire & amiable.

Nauarr. certò perſuaſus de fide Catholica.

Catholicæ actiones Nauarræi.

exẽplo, (quod est in rege põderis permagni) declarauit se fuisse Catholicæ fidei sinceriè studiosũ. Itaque cũ rex Carolus festũ ageret S. Michaelis, quando eius tanquam præcipui Gallorũ Equitũ patroni auxilium in precibus & Missæ sacrificio imploratur, rex Nauarræus cum alijs festum illud Catholico more peregit. Proximo die rex Carolus solemnes exequias celebrari voluit pro animabus Equitum

M. Pighi. 11. ca. 20. ordinis S. Michaëlis. Rex Nauarræus vt eiusdem ordinis frater exequijs interfuit, & pro animabus fratrum suorum Christiano ritu precatus est. Quo rex Carolus Missæ pro defunctis Equitibus magna cæremonia & apparatu decantatæ adesset & in Ecclesiastico offerret, adfuit vnà Nauarræus: his Christianæ pietatis officijs nihil cuiquam Equiti Catholico concessit. Deinceps Calumniatores & politici quidam suspicati eum molestè ferre diuturnam in Aula moram, contracto medio equitum præsidio, ex inopinato ad S. Germanum prope Parisios comparuerunt, inde eum auectu-

Ibid. lr. 12 cap. 5. ri si eos comitari voluisset. Sed profugere malle cum rege Parisios, moxque illic literas publicas misit conspirationem eam detestatus, omnemque eius non modò *approbationem, sed vel cogitationem amolitus, & professus pro rege fidelibusque regis subditis contra rebelles illos & publicæ pacis turbatores, se & bona sua quæcunque, & ipsam quoque vitam expositurum.* Denique moratus in Aula quandiu viueret rex Carolus, nec dicto nec facto animum ostẽdit à religione Catholica alieniorem. Moritur deinde Carolus,

An. 1574. Mense Maio. & administrationem regni quousque reuertaretur è Polonia Henricus, relinquit reginę matri. Rex Nauarræ qui eo maximè turbulento & luctuoso tempore facilè poterat expedire se, & relicta Curia fideque Catholica secedere in ditiones suas, vel si in

Aula

Aulâ maneret Catholicam fidem non deinceps simulare, nihil tamen eiusmodi præ se tulit, sed constáter reginę adhęsit, catholicè vixit, & datis ad prouinciarum gubernatores literis, eos vt reginæ matri fideliter parerent, sicuti decuit principem Catholicum hortatus est.

4. Quanquam autem hæc tam accurata particularium principis illius actionum natratio non sit adeo necessaria vt probetur *Relapsus*: tribunal enim Ecclesiasticum quod in arcanos mentiũ recessus nõ potest penetrare, iuxta externa cuiusq. opera sentẽtiam fert: ideoq quum is in Ecclesia & fide Catholica baptizatus (id quod ipse fatetur, & est per se luculentum) postęaque per impuros Apostatas ad hæresim Caluinianã seductus, & deinceps Parisijs corã supremi Christianorum Pontificis Nuncio Apostolico eam hæresim execratus, rursus ad priorem illã Apostasiam Caluiniana redierit, quin iam *Relapsus* sit negari nullo modo potest: tamen quia isti effrõtes sycophantæ modo Catholicorum principu mactiones calumnientur, nihil prorsus laborant quid dicant vel quo modo licet crassissimè mentiantur, partim etiam quia hoc ad veritatem explicandam, ad regis Caroli, & principum Borboniorum honorem defendendum, & *relapsionis* huius grauitatem aperiendam plurimum facit, non poterat commodè silentio pręteriri. Ex quo item illorum peruersissimorum Nauarręi patronorũ insulsitas multò magis eluceſſit, qui dum hominem istum Gallicano diademati capiendo aptum probare volunt, talibus eũ colorib. depingunt, vt planè indignus sit qui nõ modo in regali solio, sed vel in vlla honesta hominũ ciuilium societate toleretur. Si enim serio hæreses Caluini non abiecit, si ex animo Catholicam fidem non putauit esse veram & Christianam, & tamẽ

4. *Sext. Dec. lib. 5. tit. 2 ca. 4. & 8. § Ille quoq;*

Caluinistæ Nauar. faciunt uerũ monstrum.

men ita corã rege Carolo se credere asseruit, ita coră Nuncio Apostolico se credere iurauit, ita nobilissimi regis fratribus, ita Cardinali Borbonio, & Duci Montpenserio se credere protestatus est, huius fidei solennĩ regum more missus Romam legatis professionem fecit solennẽ, suæ ad hanc fidem conuersionis causas grauissimas populis suis recensuit, seque propter eas causas huius fidei sinceram esse cultrem asseruit, populumq. suum suo exemplo ad eandem fidẽ cohortatus est, si Missis, si sacrificiis Christianorũ quæ tamen putauit esse idololatrica tanquam Catholicus deuotè affuit, & pro animab. defunctorum orauit, & alia Christianæ pietatis exercuit officia: si denique verbis, operibus, professione legatis, literis, diplomatis, edictis, iuramẽtis Catholicum se præstitit, plurimosquemenses, nonnullos annos in hac Catholicæ fidei praxi & actionib peregit, & tamen toto hoc tempore nõ Catholicus sed Caluinista fuit, fidemq. Catholicã ex animo et abõminatus: tum sanè qualem Græcũ, qualem Pœnum, imo qualem Athæũ, qualem diabolũ, quàm egregiũ & principum suorum cognatorum, & Pontificum, & Christiani totius populi, & ipsius Dei irrisorem faciunt isti suum Nauarræum; qui tanto tempore, repugnante conscientia, Deum ipsum offendit, & sciens volensque populum suum ad idololatriam, hoc est quantũ in ipso fuit, ad æternam corporis atque animæ damnationem impulit, crassissimaque hypocrisi, & (vt ait Lutherus de altero Henrico Anglo) *non regio animo aut vlla gutta regij sanguinis, sed seruili & planè impudenti vecordia* Christianos principes & populos ludificatus est!

Luther. to. 2. li. contra reg. Angl. fol. 331.

Et quis hominum mediocriter honestorum coram non molestissimè ferat in sua societate tam insignem & portentosum hypocritam? Hæc est Theo-

logia

logia, hæc ars oratoria istorum Ministrorũ qui Nauarræo patrocinantur. Vt leuiorẽ plagam declinent grauissimum vulnus inferunt, vt seruent brachiũ, abscindunt caput; ne Nauarræus habeatur nequissimus homo, depingunt eum creaturam nequiorem Diabolo: & ne videatur hæreticus *relapsus*, probare volunt eum esse sceleratissimum hypocritam, infandum Atheum, hominumque omnium & Dei ipsius cõtemptorẽ ter quaterque execrabilẽ.

5. Sed quoniam hæc est istorum bardorum imperitia, non ipsa rei veritas: nos quod est multò leuius, & Nauarræo magis honorificum, & rerum gestarũ circunstantiis magis consentaneũ, & quod Nauar. tot modis verum esse protestatus est, tanquam verũ accipiamus, eum videlicet ex animo abiurasse hæresim Caluini, & ex animo adhæsisse fidei Catholicæ, atque ex animo iunxisse se ecclesiæ Rom. postea aũt rursus ab illis callidis impostorib. Satanæ ministris circumuentum, ad hæresim rursus, siue Arianã, siue Trinitariam, siue Samosatenianam & Turcicã (parum enim aut nihil omnino quoad nostram hoc loco quæstionem differunt, & cuius generis Caluinismum in synodo Montalbanẽsi professus est mihi non liquet) abiisse. Hoc enim quamquam grande est peccatum, peccatum hæresis repetitæ, peccatum mutabilitatis & inconstantiæ, minus tamẽ est peccatum quã illa periura hyprocrysis, ille Atheismus, impudensque & DEI & hominum irrisio atque contemptio: ideoque ex his illud vnum concludamus quod est euidens, & quo nihil leuius, nihil moderatius aut humanius concludi potest: Nauarræum esse vt prius *hæreticum* Caluinianum, & *relapsum*. Qua in voce quantum sit pondus & emphasis, ex superioribus Imperatorum, Pontificum, Cõciliorum, Testamenti veteris nouiq. contra hæreti-

5. *Conclusio Nauar. esse hæreticum relapsũ.*

An. 1584.

Ideo nullo modo rex Christiano rum fieri potest.

Supra cap. 7.

cos omnes decretis, legibus, canonibus diris & anathematis deducendum est. & quum Christianus rector aduerterit simplices *hæreticos* veterum Imperatorum legibus *amoueri ab omni liberalitate & successione quolibet titulo veniente; nec eis vel donandi, vel emendi, vel vendendi, vel omnino contrahendi vllam relinqui facultatem*, essequè *infames* ipso iure & *intestabiles*: quum viderit Pontifices & Concilia prohibere ne hæreticorum *filii vsque ad secundam generationem ad aliquod publicum officium admittantur*: eorumque Pontificum & Conciliorum decretis Christianos omnes velut sacrilegos excommunicari, qui hæreticum vel Iudæum præficiunt Christianis, *quia nefas est membra Christi seruire membris Antichristi*: quum annotatum scripturas sacras & totam primitiuam atque Apostolicam antiquissimorum patrum Ecclesiam hæreticos vt *Ethnicos*, vt *lupos*, vt *canes*, vt *bestias*, vt filios *diaboli* abominari, quibus Christiani non debeant *Aue dicere*, nec *in domum recipere*, nec cum eis familiariter versari; quum meminerit Deum expressè iubere ne *alienigena*, infidelis, hæreticus, fiat populi sui princeps; prophetasque Dei populum fidelem incitasse vt regis Idololatriæ etiamsi legitimo successori succedentis iugum à se depellerent, nec eis subiectionem vllam præstarent, sanctissimosque patres ex eisdem scripturis sanè & orthodoxè intellectis inferre Imperatorem hæreticum *nec testem esse posse contra Catholicum*, & *scelus esse vt alienigena, hæreticus cuiuscunq; generis iudicet catholicos, inimicus religionis de-mestícos fidei*: imò quũ aduerterit eosdẽ ex scripturis cõuincere hęreticos principes, & viuos morte propter hæresim esse plectendos, & mortuos ex sepulchris ruẽdos, & ipsa cadauera in ignẽ proiiciẽda, sobriè & Christianè ex istis raciocinetur, quale sit iudiciũ de hoc hæretico Caluinista, & eo iterũ peiore, atq. *relapso* faciendum sit. Neque

Ib. fo. 263

Fol. 455.

Fol. 460.

Fol. 468. 469. 474

Fol. 469.

Fol. 463.

Lucif. in li. de non parcendo in Deum delinquenti pa. 226. 240.

Neque tamen sentio de hoc homine prorsus esse conclamatum, eumque ita desperanter ægrotũ, vt pœnitentiæ & salutis ianua ei sit funditus occlusa. Quanquam enim Apostolus Paulus dicat dimittẽdum esse hæreticum, nec post vnam & alteram admonitionem rursum cum eo colloquendũ, vtpote qui *subuersus est, & delinquit suo ipsius iudicio condemnatus*; & valde formidabilis est illa eiusdem Apostoli sententia. *Qui semel sunt illuminati, & gustauerunt donũ cœleste, participes facti Spiritus sancti, & rursus prolapsi sunt* (quod de Nauarræo ex superiori historia nimis luculẽter patet) *impossibile est istos renouari ad pœnitentiam*: id quod si istos nouos Apostolos Caluinum ac Bezam interpretes audiamus, probat Nauarræum iam nunc viuentem esse ad inferos damnatum, nec posse eũ vllo modo saluari: tamen quia Ecclesia lõgè alio spiritu hæc intelligit, nos etsi eum ferè pro deplorato habemus, & valde arduum perque difficilem esse illius ad salutarem pœnitẽtiam accessum nouimus, quia Deus nisi vehementissimis & extraordinariis hominum bonorum precibus & supplicationib. permotus denuo gratiã suã tali *prolapso* (vti loquitur Apost.) nõ impartit: tamen omnino ei pœnitentię & salutis ianuam obseratam esse nequaquã dicimus. Verum ita animæ eius salutem precamur, ita cum Apostolo Paulo *spiritum saluũ optamus in die D. nostri Iesu Christi*, vt interim leges Christianæ decernant eum tradendum ignibus *in interitum carnis* leges (inquam) Christianę, quæ (iuxta ipsius Christi præsignificationem dicentis Christianũ qui in *vite* (Christo & Ecclesia) *non manserit*, tanquam *aridum palmitem colligendum, & in ignem mittendum, & arsurũ*) hæreticos omnes & inprimis *relapsos* etiam pœnitẽtes vltricib. flammis è mundo tollunt, Nauarræum in repub. Christiana viuere non paterentur: tan-

Tit. 3. 10.

Heb. 6. 4.

Cal. & Beza in comment. in 6. Heb. & in 1. Ioan. 5.

1. Cor. 5. 5.

Ioan. 15. 6

Cod. li. 12. de dignit.

tit. 15. §. Neq; famosis ei §. Iudices. Sext. Dec. l. 5 tit. 13 reg. 87. Matt. 18. 22.

tum abest vt aliquam præfecturam, aliquam vel te-
nuem prouinciam, aliquam omnino hominũ ch-
stianorum gubernationem ei permitterent. *Infa-
bus* enim pateant quidem portæ reconciliation
diximus, sed tamen *infamibus non pateant porta* dig-
tatũ, inquit ius & canonicũ & ciuile. Et quanqua
ex animo non solũ *septies*, sed *septuagies septies* hom
nos priuatim offendenti offensam remittere Ch
stiana charitas suadet: tamẽ qui semel sacrilegio v

Num. 25. 4.

idololatria leges Dei reipub. transgreditur, eum
principem statim *interfici et suspendi contra* Sole
tia diuina & ciuilis præcipit: & qui in hoc gen
flagitiorum *semel est malus*, eum *semper malum esse*

L. Si cui ff. de accusat. Isdem & l. Non oẽ §. de barba riu ffridere militari.

politica præsumit. Internũ quidem conscientia
rum potest & debet hoẽs etiam sæpe numero i
peccatum relabentes, lapsum tamen & imbecill
tem suã agnoscentes absoluere & Ecclesiastica p
restituere, & Nouatianum est aliter docere: at qu
repub. & foro externo, latronibus, adulteris, & q
buscunque nefariis hominibus toties pœnam c
lem condonaret quoties illli sceleris admissi se
nitere dicerent, næ illi breui spatio rempub. fun
tus euerteret, quam flagitiosissimis hominibus
impunitate compleret, & quos ideirco *sine vlla* m
ratione occidi politica Hebræorũ lex iubebat. Et h

Heb. 10. 28 Deu. 19. 11

totum naturali ratione & æquitate vel maxim
titur. Si enim arcis alicuius in finibus regni præ
ctus eam hostibus prodiderit, & is post eam cuspa
condonatam iterum eadem proditione vsus fuer
in tertia arce, vel etiam in prouincia tota prodi
tali committenda, ecquis in mundo rex nisi plan
excors & amens fidelitatis eius periculum facie
rex Poloniæ, si Imperator Germaniæ tales mun
simorum versus Turciam propugnaculorum præf
ctos facerent, an patres patriæ & regni custodes
ceret

cerẽtur, & non potius eorum euersores & proditores? Ipse Nauarr. aut ex eius fœderatis quispiam, si Caluinista Nemausum sibi creditum Carolo vero regi tradidisset, an vllis precib. aut lachrymis adductus Montalbanũ eiusdem Caluinistæ custodiæ committeret? Aut si importunis quorundam obtestationibus expugnatus hoc in Montalbano faceret, & tum præfectus ille in Montalbanum Catholicos Nauarræi hostes clandestinis pactis admitteret: an ipse Nauarræus si penes ipsum esset Rochellæ gubernatio, tertiò eundem Caluinistam in Rochellam cum summo vrbis vel seruandæ vel perdẽdæ imperio induceret, etiamsi Caluinista ille milliies se futurum deinceps obstinatissimum Caluinistam & Caluiniæ causæ fidelissimum iuraret? Certa est & expedita responsio. Neque enim de Nauarræo tantum hoc incredibile est, sed si is vsque eò insaniret, milites ipsi & inprimis Ministri Rochellæ domini sese insaniæ eius interponerent, & ipsum Nauarræum vt mentis emotæ, vinculis potiùs censerent alligandum quàm Euãgelismi aut arcis Caluinianæ alicuius curam homini tam furioso tradendam. Qui ergo in Ecclesia catholica baptizatus fidei quam in baptismo professus est semel in Caluinismum incurrens naufragium fecit, & post arrepta pœnitentiæ tabula saluus enatauit, & in eandem Ecclesiam receptus veterique dignitati restitutus, tum rursus nauem suam pretiosissimis fidei & religionis Catholicæ mercibus onustam ad eosdem infidelitatis Caluinianæ scopulos allisit, hunc quanquam planè reprobũ & diuinæ prædestinationis sententia iam nunc damnatum cũ Caluino & Beza non ausim dicere, tamen indignũ esse qui vllius deinceps nauiculæ nauclerus fiat, qui ad vllum munus publicũ assumatur, quis nisi mẽtis inops nõ

Absurdissimum est vt Nauarr. haeret. relapsus sit Catholicorum rex.

Supra fol. 388.

concesserit? Nam totius regni hoc est hominum innumerabilium salutem fidemque & religionem non fidei sed infidelitati & periurio cõcredere, maioris certè dementiæ est, quam si Poloniæ proceres *Mustapham Zaüsium* Polonum, nuper Turcicum ad se legatum, quondã Christianũ, sed postea factum christiano *Arianum*, & tum *Caluinianum*, & demum (qui est proximus gradus) è Caluiniano circumcisum *Turcam*, regem suum crearent, & eius fide Turcica (quæ est Caluiniana multò Christianior) Ecclesia & regnum Polonicum quietè & Christianè gubernatum iri confiderent.

An. 1583 Surius in comment. pa. 1099.

Sup. ca. 5.

6. 6. Neque verò iam opus arbitror longa aliqua ratione suadere, Nauarræus quæcunque pollicetur, quæcunque affirmet, quæcunque iuret, etiam iterum atq. iterũ se anathematizet & æternis ignibus deuoueat si pacta & promissa sua transgrediatur: nullis tamen eius pactis, & promissis vel etiam iuramẽtis fidendũ esse, nec eũ vllis cũ conditionibus ad regni gubernacula assumendũ. Nunquã enim fortius, nunquã firmius, nunquã solennius, nunquã maiorib. præstandæ fidei obligationibus se potest astringere quã iam olim sub Carolo IX. se deuinxit ad fidẽ Catholicã perpetuo retinendã. Et qui non priuatus quoad galliæ regimen, regem suũ Carolũ decepit, qui regis fratres, qui Nuntiũ Apostolicum, qui Pontif. summũ, qui totã Ecclesiam Cathol. & Christianos principes insigni infidelitate eluserit & fefellit tum quũ post abiuratã hæresim aliqua fide & Dei timore videretur imbutus: an is iã manifesta professione Caluinista & fidei Catholicæ Christianæq. expers, fidem datã subiectis suis obseruabit? Sed quid loquor de fide data, quam is qui est pertus infidelis iuxta verissimam Theologorũ omnium conclusionẽ dare non potest magis quam diabolus

Nauar. iuranti nunquam esse credendum

D. Tho. 2. quæst.

quam

quem cum hæreticis fide præditũ esse ex Apostolo Iacobo prius admonuimus. Idcoque si dæmoni humanam induĕti formam & honore fideque sua interposita aliquid promittĕti nequaquam propterea credimus, certè nec Caluinistæ fidem suam Catholico de re aliqua quoad religionẽ efficienda obligāti credere possumus aut debemus. Et Caluinistā Catholico hoc loco fidelẽ esse & præstare quod promisit, nõ est modò improbabile & incredibile, sed vix est possibile, imò simpliciter possibile nõ est, si verus Caluinista sit, & Caluinianæ doctrinæ principia teneat, & ex disciplina Euãgelij Caluiniani actiones suas moderetur & dirigat. Neq; verò garriat aliquis ex fratribus hoc esse maledicũ & contumeliosum: sed ea quæ superius hac de re ostensa sunt, non mathematicè ficta, sed politicè in rep. Galliarũ gesta & factitata, expendat, vnáq; omnes nostræ ætatis respub. & principes Caluinianos percurrat: & si vel vnũ aliquẽ quantiscunq; iuramentis astrictũ, Catholico principi, quum ex periurio aliquid lucrandi occasio oblata est fidelẽ fuisse perspexerit, tũ demũ me maledicum & contumeliosum esse clamitet. Sin verò vniuersam nostræ ætatis historiã perlustrãdo, infidelitatem & periurium sempiternũ & indiuidium Caluinismi in omnibus & singulis principibus Caluinianis (Lutheranos enim, saltem omnes eiusdem infidelitatis reos non dico) comitem esse deprehenderit, tum certè non mihi maledicentia, sed illi stupor & inertia imputetur, si quis hoc falsum esse clamauerit, quod ipsi Caluiniani varijs exemplis, plurimis periurijs, & continuata quadam Caluinismi sui tragica infidelitate verissimum esse comprobarunt.

Iacob. 2. 19.

Caluinista non potest seruare fidem iuratã Catholico.

Sup. ca. 8.

7 Narrant historici quũ Carthaginenses secundo bello Punico à Scipione Africano fracti domitique 7.

legatos de pace Romam misissent,& Senatores Romani propter eorum crebram perfidiam & violatam sæpissime quoties libebat fœdera,de conditionibus pacis ancipites hærerent; interim è patribus vnus perfidiæ Carthaginensium infestiorem interrogando succlamasse, *Per quos Deos fœdus icturi essent, quos eos omnes per quos ante ictum essent fefellissent.* Noverat enim quos deos fœderis testes inuocare possent, qui toties ruptis fœderibus quæ per deorum immortalium nomina & sacra sanciuissent, omnium Deorum & sacrorum contemptores manifesti apparuissent. Eadem aut etiam maior difficultas Caluinistarum fœderibus occurrit. Quem enim Deum, quos cælites, quæ sacra in cõfirmationem fidei suæ (vt ita de infidelibus illis loquar) conuocabuntur? Num Christianorum Deum beatissimam Trinitatem? At de Trinitate ostendi eos fidem prorsus nullam habere, de qua ita diuisæ sunt eorum Ecclesiæ, vt aliæ sint Samosatenianæ vnam ex diuinis personam statuentes, aliæ Paganæ tres Deos admittere se fingentes, nulla nec vna orthodoxa Christianè Trinitatem, hoc est Patrem ingenitum, Filium genitum, & Spiritum sanctum ex vtroque procedentem, omnes autem tres personas vnius naturæ & consubstantiales credat. An vnius illius personam ex Mahometana fide testem inuocabunt? At illum Deũ eiusmodi proprietatibus deformant ita eum quoque describunt in symbolo suo libidinum, stuprorum, particidiorum, omniumque scelerum authorem & effectorem, vt ipsorum fratrum confessione Deus ille nihil quicquam à Satana discrepent. Et qualis erit illa pax, quantotempore durabit ratura, quæ Satanæ inuocato numine coalescet? An Christum Iesum testabuntur, cuius se *Euangelii reformatores*, homines supercælestes & Christo Apostolisque

Liuius Decad. 3. lib. 10.

Caluinistæ nullum habent Deum per quem iurent.

Suprà pa. 274. 275 276.

Suprà cap. 5. §. 3. & 5.

Pag. 290. 291.

Nouu qui fasions profession de la reformation de l'Euangile. Vide.

stoliſque ſapientiores magnis lateribus iactant? At id cum tota eorum religione pugnat. Quum enim eorum plurimi Arianè ſentiant Chriſtum meram eſſe creaturam, alij in cruce deſperaſſe, nec fuiſſe mundi redemptorem, alij nondum reſurrexiſſe, nulli verum eſſe Deum patri conſubſtantialem credunt, blaſphemia eſt in eorum Euangeliſmo vt mortuos Sanctos, ita mortuum Chriſtum, aut vllas omnino creaturas nobis vel propitios vel vindices imprecari: cum præterea (vt admodum theologicè ſcribit Ioannes ille ſtigmaticus Nouiodunenſis) *nemo aſſerere poterit an illis tamlongæ ſint aures, vt ad eas pertingant imprecationes noſtræ.* Quod ergo iam ſuper eſt firmandæ fidei authoramentum? Num per crucem Chriſti, per Euangelia, per ſacra & ſacramenta, antiquo Chriſtianorum more iuraturi ſunt? At illa craſſa eſt ſuperſtitio in eorũ Euangelio, nec vlla ratione tolerabilis: ideoque in ſuis cum rege Carolo & Henrico infidis fœderibus, inter alia capita pacificationis, de militibus, & exercitibus, & vrbibus, & caſtellis, & præſidijs, & multis librarũ millibus, illud adiecerunt tanquã quiddam graue & valde põderoſum, nolle ſe vnquam illo Chriſtianorũ more iurare, ſed (quo facilius poſſint peierare) nouo ritu quem illis eorũ Euangeliſta Nouiodunẽſis præſcripſit. Quid multa? quũ iſti Athei omnia ſuſtulerint obligãde fidei vincula, quũ nec Deũ credant trinũ nec vnũ, nec Chriſtũ Ieſum, nec in cęlo ſanctis operibus præmium, nec in inferno periurijs & ſceleribus ſupplicium, nec aliquem omnino veteris Chriſtianæ religionis articulum: vt ſibi aliquam nouam Chriſtianam, aut moralem ſaltem fidem forment neceſſe eſt priuſquàm de re quapiã preſtãda Catholicis fidem dare poſſint iureiurando confirmatam. Vbi enim nulla eſt prorſus religio, quemadmodum poſſunt

Launay en la republique Chreſtien. lib. 1. cap. 3. fol. 9

Supra cap. 5. para. 7.

Caluin. in antid. art. - ariſienſ. artic. 12.

Caluiniſt. nouum iurandi modus.

Suprà fol. 490.

Sup. cap. 4. & 5.

8. posſũt iuramẽti religione pacta & fœdera deuinciri?

8 Sed illustremus hoc paucis nostræ tempestatis exemplis, ijs potissimum quæ & propter recentem memoriam publicis vulgarium historiarum monumentis consignata neminem mediocriter eruditũ possunt latere, & propter agentium arctã cum Caluinistis Galliæ cognationẽ, quid de Caluinistis Gallis eadẽ fide prẽditis expectandum sit, possunt Christianos homines edocere. Aurangius vnicus in orbe Christiano præter reginã Angliæ, Caluinianus Gallicani fœderis princeps, an non solis mendacijs & periurijs semel atque iterum, & ter & quater, imò plus quàm vigesies (vt opinor) repetitis regnum illud Flandricum & Hollãdicum sibi fundauit? Eum enim plurimis iuramentis religioni Catholicæ regique suo fuisse obligatum, & varia eius in Burgundia Flandriáque officia possessiones amplissimæ, Ordo velleris aurei, gubernatio Hollandiæ Zelandiæque, equitum grauis armaturæ præfectura, locus primarius in Cõcilio regio, & alia permulta declarant. Hæc siquidem munera & honores publicos legitimè à rege Philippo, vel à patre eius Carolo assecutus est, ijsque singulis adiuncta erant iuramentorum sacramenta de religione Catholica & obedientia regis semper retinenda. Quum tamen hæresis Caluiniana illic emergere inciperet, ille hoc vsus adminiculo ad eijciendum regem optimum & sibi valde beneficum, regnumque in Flandria sibi comparandum: occultè seditiones Caluinistarum Brugis, Antuerpiæ, Bruxellis, & alibi serere atque fouere, clandestina, noctu facere cum Caluinistis, Bergis & Bruxellis fœdera ne tum quidem destitit, quum in Senatu regio sub Ducissa Parmensi princeps, interdiu mirificè Catholicum simularet, & de supprimendis rebellibus consilia sua cum Catho-

Suprà fol. 383.

Multiplex periurium Aurangij.

tholicis

holicis in Aula proceribus cõmunicaret. Sed hæc licet aliquis obijcienda non sunt. necesse est enim aliquod discessionis vt à fide Catholica, sic ab obedientia & regia existere, quod quum sine perjurijs nusquam fieri posset (omnes enim vt in baptismi professione, Ecclesiæ Catholicæ sic, iure loci vbi nati sunt, & munerũ publicorũ quæ gesserunt, & honorum quos susceperunt, regibus suis Christianis obligabantur) hæc prima periuria necessariò sunt condonanda, quæ ita sunt cum nomine & religione Caluinismi implicata vt ea sine his à nemine possit concipi. Hic enim valeat necesse est illa Apostoli sui Caluini regula, *Vt primùm quis notitia veritatis [Caluinianæ] illuminatus est, simul vinculis omnibus obligandi (Deo) Ecclesiæ, & regibus solutus est:* & *quibuscũque huius noui Euangelij lux affulget, non dubium est* Caluino supremo Pontifice cum illis dispensante, *quin illum ab omnibus eiusmodi laqueis & iuramentis absoluãtur.* Audio. sed postquam *Euangelij istius lux affulsit* alicui, isque plenè iam nouæ *veritatis notitia illuminatus* è Christiano factus est Caluinista, nónne semper permanet à fide, à iuramento, ab honestate ciuili, à perficiendo quod promisit atque iurauit æque liber & solutus? Ita quidem videtur ex istius *illuminati* principis historia. Hollandi infensi Duci Albano extraordinaria quædam tributa exigenti, Aurangium debilitatum eo tempore & exhaustum varijs expeditionibus infæliciter susceptis, ducem sibi cõtra Albanum adoptarunt; sed prius expresse stipulantes idque iureiurando, quòd eos ab acerbitate ducis Hispani sic defenderet, vt interim religionem Catholicam nequaquam lederet. Quanquam enim erat tum occultis in angulis apud Hollandos multa Caluinistarum, & Anabaptistarum, & Libertinorum millia, nulla tamen ciuitas aliam habebat aut

Omnis Caluinista necessariò periurus.

Suprà fol. 393.

Caluin. Instit. lib. 4. ca. 13. §. 21.

aut religionẽ quam Christianam, aut Magistratus, quam Catholicos: ideoque de religione conseruanda inprimis cauerunt. Hoc imitatæ sunt pleræque Holladiæ & Zelãdiæ ciuitates, quæ ita sese domina tui principis eius contra Albanum subiecerunt, vt de religione non violanda nec commutanda, solenne sacramentũ exigerent, & illo semper promptissimè iurante obtinerent. At quanti ille talia iuramenta fecit, quàm sanctè illa seruauit, plurima templa & monasteria illic euersa, monachi & sacerdotes suspensi, Magistratus Catholici electi, & Caluinistæ in eorum locum suffecti, omnis generis hæreses introductæ, & liberè à nequissimis cuiuscunque sectæ ministris seminari & crescere permissæ, vna Catholica religione suppressa & interdicta, luculẽter & euidentissimè probarunt. Initio quidem, talium cædium, homicidiorum, & populationum culpam à seipso in milites hæreticos Anglos, Gallos, & Germanos, quorum ipse voluntati cedere cogebatur (vt agebat) & quos imperio regere non poterat remouit; sed post certo experimento & liquida veritate patuit, nihil prorsus à militibus gestũ, nisi ipso cõmouẽte, & subornante, & incitante; & aliquando nefaria permulta aggredi iubente & cõpellente. Sed quia infinitũ est omnia eius singularia periuria complecti, in vnico sed eo maximo maximeq; solenni, & quod sit reliquorũ omniũ instar insistam. Quũ generali ferè cõsensu, Belgij Ordines cõtra Hispanos milites bellũ gerendũ decreuissent, antequam Archidux Matthias Gubernator factus est, ad cõmunis patriæ defensionẽ Aurangiũ ex Hollandia accitũ, primò tanquam mortuo Duce crearũt interregẽ: deinde sub Archiduce Gubernatore eũm Generalem vicarium rebus communibus administrandis præfecerunt. In quo etsi timerè atque

Historiæ omnes Flãdricæ.

Vide Edictum regis Hisp. cõtra Aurang. an. 1580.

Suprà fol. 425. Hypocrisis Aurangij

Renuntt.

que inconsideratè fecerunt (neque enim id nega- *Multiplex periurium Aurangÿ.*
debeo quod ipsi postea libris emissis & impressis genuè sunt confessi) tamen non ita priuato odio vindictæ indulsisse quin religionis Catholicæ magnam curam habuerint, historia rerum tunc gerum certissima testis est. Postquam enim Ordis cum Aurangio de bello gerendo per legatos mposuissent, & de conditionibus vtrinque conuissent, isque ad exequendum quæ decreta fuent ex insulis suis in continentem traiecisset, sta- *Responſe des Eſtats du pays d'Hainaut à monſieur l'Archeduc anno 1578. a promis & iuree ſolennellement & ſerieuſement.*
m *primo appulsu solenniter & seriò iurauit tam pro se* *quam pro Zelandis & Hollandis, se seruaturum pacificationem Gandauensem, nec vnquam permissurum vt aliquid tentaretur contra pacem publicam, maximè contra religionem Catholicam Romanam: sed pro sua virili castigaturum eos quicunque tale aliquid molirentur.* Hoc postquam promiserat & iurauerat, *subscripsit & signauit manu sua.* Rursus princeps Aurangius *illud ipsum promisit & iurauit*, quum Ordines ei darent officiũ *Præfecti generalis* sub Archiduce. Hęc quæ omnia publicè gesta sunt, *& impressa idiomate Latino Gallicoque*, & ex Ordium omnium *voluntate atq; præscripto, eorũ exemplaria missa sunt ad Regiã maiestatẽ, prætereaque ad Imperatorem, ad reges Franciæ, & Portugalliæ, ad reginas matrem & Anglicanam, ad Duces Sauoiæ, & Lotharingiæ, & Cliuiæ, Guisiæ: denique ad omnes ferè principes, & Status orbis Christiani.* Si quis vnquam Caluinista fœderibus & iuramentis teneri potuisset, hæc sanè fuissent ad vinciendum Aurangium potentissima. Nam Gandauensis illa pacificatio quam iurauit, erat ipsi inprimis & honorifica & fructuosa, per quam is qui amissa Ziriczæa, de retinẽda Vlissinga desperabat, & Hollandia expulsus totam Zelandiã iam nunc erat amissurus: ipsam Ziriczæam, & Zelandiam, & Hollandiam totam, & alio quędam adiacentia *Lieutenãt general.* *Iuramenta varia Aurangÿ Catholica.*

centia repentè nullo negotio est consecutus. Secũdum quoque iuramentum quum in continentem ad Hispanos cum reliquis bello persequendos accitus est, multò magis eius potentiam stabiliuit: & tertium iuramentum quum sub Matthia vmbra tenus Gubernatore Aurangius verè earum prouinciarum rector constitutus est, multo adhuc magis eius opes & magnitudinẽ auxit. Cũmque hoc iuramentum suo & chirographo, & sigillo, & solenni ad omnes Christiani orbis reges & principes transmissione roborasset, idq; ex omnium patriæ Ordinum consensu, tum certè si vel eorum, vel sui, vel patriæ, vel religionis, vel Dei vllam rationem habuisset, hoc pactum tam sibi commodum & glorioſum, & tot nouis additamẽtis firmatum nunquam violasset. Cæterùm post hæc totiens repetita & tã solennia iuramenta paucę septimanę interuenerunt quando is nihilo magis iuramenta sua pendens quàm canis latratus & cuculus suos coccysmos, emisit in omnes ferè prouincias Belgij suos incendiarios & sacrilegos, qui *incredibili furore profligarunt Ecclesiasticos & presbyteros, multosq; iugularũt, stupr arunt sacratas virgines, contaminarunt & vastarunt* Ecclesias *atq; altaria, vbiq; confregerunt imagines, conculcarũt pedibus sacramẽta, ipsumq; pretiosissimũ Christi Iesu corpus & sanguinem, demolientes vsque ad fundamenta Ecclesias, monasteria, sacella, claustra, inuadentes & diripientes eorũ bona &c.* Nec exterminatis sacris & sacerdotibus contenti, *mox nobilitatẽ & ordinem politicum inuaserunt, exauthorantes eos qui legitimè magistratus creati fuerant, quorum loco seditiosos hæreticos suæ qualitatis & conditionis constituerũt; deinceps primarios quosdã Episcopos, prælatos, nobiles procereſq; baronas & Consiliarios comprehenderunt, & eorum nonnullos suspenderunt, strangularunt, amputarunt capita, occiderunt absq; vlla forma aut specie iustitiæ.*

Iuramentũ Aurangij solenne.

quàm probè seruatũ.

Response des Estats &c. vbi supra.

Deni-

Denique militaribus copijs armati laborarunt penitus exstinguere viros omnes honoratos, bonos & honestos, siue ecclesiasticos siue Laicos. Hoc modo ille insignis Euangelicus, & Euangelicorum princeps, & coniunctissimus Gallorum Caluinistarum & in primis Nauarræi frater, tam multis suis iuramentis de pace, & quiete publica, & religione Catholica tuenda satisfecit. Hęc de Aurangio testificantur illi ipsi Flandriæ Nobiles qui eum euocauerunt, eiúsque iuramentis confisi eum ducem suum creauerunt, nec nisi eius apertissima & nimis intolerabili perfidia coacti eum deseruerunt. Denique hanc fuisse eius generalem in gubernando regulam & normã, vt nihil fidem populis datam, nihil penitus diuinam religionem curaret, sed eam semper ad suum commodum in omnes etiam contrarias formas inuerteret, literæ eius ad Ducẽ Alençonium missæ, & postea ad detegendam ingratissimi hominis erga Deum principes, populósque omnes infidelitatem euulgatæ & impressæ perspicue loquuntur. Quum enim princeps ille an oblatum Brabantiæ principatum acciperet nec ne, restitaret nonnihil & hęreret, partim ob quendam Dei timorem, quia Brabanti tum erant Caluinistę, quos in hęresi tueri sine graui in Deum peccato non poterat, partim ob humana pericula ex eo fortasis oritura, ne videlicet Galli propterea eum tanquam hæreticum à successione regni arcerent: his vtrisque incommodis doctissimus iste Caluinista & Atheista vno hoc fidei Deique negligendi præcepto sic occurrit: primùm nullo modo omittendum esse prędens quod offerebatur de Brabãtia comparanda commodum: quia *vbi de prouincijs acquirendis agitur, tum ea in re nulla religionis habenda est ratio, vel eam ob causam quòd fingi semper possunt & inueniri media religionem ad*

Exterminer tous gens de biẽ & d'honneur.

Surius in Comment. ann. 1581 pa. 1012.

Consilium Aurangij de Atheismo.

votum subditorum statumque causæ alterandi. Vt ergo nunc primùm Ducatum illum adipiscereturvbi potiores erant partes Caluinistarum, probandũ esse Caluinismum, & eius defensionem subditis illis religiosissime iurandam, nec quicquam prętermittendum quo se acrem Caluinismi propugnatorem ostenderet. At quemadmodum interim præcauere poterat ne Galli Catholici talem Caluinismi fautorem à suo regno adipiscendo repellerent? Optime: vt primùm enim à Brabantis admissus eorum vrbes & arces validiores suæ fidei traditas accepisset, ac iam ipse Caluinistis illis potentior euasisset, tum consulit vt Alençonius arces illas suis *præsidijs Gallicis, etiam inuitis Brabantis & Flandris mumat.* *Quo facto* (inquit) *incolæ poterunt ad eam religionem* (Catholicam) *compelli quæ vestræ Serenitatis conueniet instituto, atque ita Corona Gallica ipsi non poterit denegari,* quando Galli hoc facto perspicerent, eum fuisse Catholicæ fidei adeo studiosum, vt Brabantos eius fidei gratia egregie circumuenerit, ad eamque fidem eos vel inuitos compulerit. Hoc modo insignis veterator & populum sui amantissimum nefarie prodidit, & principem illum suo diabolico Caluinismo inficere conatus est, & execrabilem se Dei totiusque religionis siue Catholicæ siue etiam Caluinianæ contemptorem probauit, & omnes Caluinistas principes, fœderatos inprimis suos Nauarræum & Condæum (cum quibus arctissima illi intercedebat necessitudo) edocuit nec pili facienda esse iuramenta quæcunq; siue de Catholica fide siue de Caluiniana, modò ex ijs violatis aliqua potẽtiæ amplificandæ spes illuceseceret: & deniq; populis tanquã bestijs abutendũ esse, quos modo ad Caluinismi, alias ad Libertinismi, mox ad Catholicę fidei professionẽ pertrahere debebant,

Aurang. ingratissimus proditor.

Voiez l'Histoire des troubles du pays bas l. 4. fol. 316 an. 1577.

cebant, prout suis rationibus viderent expedire.

9. Archiepiscopus nuper Colonienſis quanquã simulabat se Lutheranum, tamen quia eum à Caluinistis instigatum, & præcipue Caluinistarum auxilijs innixum fuisse, & Caluinistis plurimum fauisse probant tot Caluinistæ qui erant ei à consilijs, & alij Caluinistæ qui illi auxiliatum venerant, sed in itinere in Lotharingia propter varia latrocinia & sacrilegia suspendio perierunt, tot item Angli à Regina & Concilio Anglicano ad eum iuuandum missi, & deniqne quod ad extremum alijs omnibus destitutus ad Aurangium & Hollandos Caluinistas tanquam ad vltimum præsidium & Triarios suos confugit, in hunc ordinem non immerito aggregari potest. Quin & permulta opera, eius Caluinianis quam Lutheranicis similiora, vt quod non *ecclesias deuastauit* modò sed *altaria quoque subuertit, Christi & Sanctorum imagines confregit, ecclesiastica ornamenta diripuit. Sacramentum pedibus conculcauit* (altaria autem & imagines, & Sacramentum, & ornamenta ecclesiastica admittunt & approbant Lutherani) docent eum Caluinistis potius quam Lutheranis esse connumerandum. Hic verò quam multis horrendis periurijs sese implicauit, quando ante paucos annos è Christiano Episcopo factus Euangelicus Superintendens, Episcopatum Colonienſem Episcopis non autem Superintendentibus, Imperij iure attributum voluit retinere? Primùm quum *nuptias non concubitus* sed *consensus faciat*, is autem cum Agnete de matrimonio ineundo non *consensisset* modò sed *concubitu* quoque multarum septimanarum consummasset, idque tum literis eius, tum publica fama ad multorũ notitiam venisset, atque hoc ei à quibusdam obijceretur, & vna quod

Michael Isselt. de bello Colonienſi li. 1. pa. 16. 81

Ibi. lib. 2.

Ibi. pag. 252. & li. 3. pa. 285

Trueſestius pſeudoepiſc. Colonienſis

In regulis iuris.

religionem mutare decreuerat: quia timebat ne ditionem suam iuxta prouinciæ leges statim amitteret: vt tempus aliquod ad se firmius muniendum lucraretur, audaci vultu illud de matrimonio sibi *à suis æmulis falsò impingi asserebat:* & quod de religione dicebant, luculentum esse mendacium. Se nunquam id cogitasse, imò verò *capite truncari malle quàm à Catholica religione in qua natus erat recedere, cum execrationibus detestationibúsque asseuerabat.* Hęc quasi protasis periurij Trucsesiani fuit. Reliquos autem actos exponemus breuiter quemadmodum in Imperialibus Comitijs Francoforti explicati sunt, atque ita probati vt nec à Trucsesianis negari potuerint. Primò *cum in Archiepiscopum electus fuit, hæ iuxta antiquissimum morem conditiones sunt appositæ. Vt electus à summo Pontifice Romano suam impetret confirmationem vt sacerdotio se faciat initiari, vitámque ducat ordini & dignitati suæ conuenientem: vt tota vita sua fidem Catholicam profiteatur, eamq; defendat & contra aduersarios tueatur. Hæc si facere nolit, ad Capituli requisitionem Archiepiscopatum, liberè, purè, & simpliciter, in manus Capituli resignet.* Hoc iuramentum Trucsesius electus Archiepiscopus coram electoribus suscepit, & postea coram primoribus & Senatoribus Colonię *antequam Archiepiscopus proclamaretur, in chorum maioris Ecclesiæ Colonienſis introductus repetijt, & inuocato Dei nomine per sacrosancta Christi Euangelia confirmauit.* Hęc duo vincula stringendo tauro non plane indomito poterant suffecisse. Sed quoniam quanquam iure ciuili duo vincula homines non improbissimos fortiter ligant, *funiculus* autem *triplex* & ratione & diuinis literis ad hoc efficiendum multò est neruosior, en tertium vinculum huic Archiepiscopo circundatum. *Habet diœcesis Colonienſis pacta quædam solennia quæ Concordata prouinciæ vocant, olim inter Archiepiscopus*

Vbi supra de bello Coloniensi li. 2. pa. 161

Anno 1583. Octobris 11. vbi supra lib. 3. pag. 371.

Multiplex periurium Trucsesii.

Eccles. cap. 4. 12.

chiepiſcopos, Capitulum, & Ordines patriæ communi omnium conſenſu ſtatuta & definita. Quænam verò illa? *Vt Archiepiſcopus nullam in religione mutationem inſtituat vel admittat; ipſe in antiqua religione Catholica permaneat, eámque ſartam tectam conſeruet. Nulla feriat cum exteris principibus fœdera, ignorante vel non conſentiente Capitulo & Ordinibus patriæ, nec militem extraneum in diœceſem ducat, & quaſdam arces præcipuas non niſi indigenarum præſidijs muniat. Et hos etiam articulos omnes & ſingulos ſe ſeruaturũ ſacroſanctè iurauit Truceſius.* Quod ſi quis adhuc plura deſiderat, & in ampliore numero maiorem firmitatem & pondus eſſe exiſtimet, en adhuc præterea nouum de integro iuramentum quartum, & quintum, & ſextum. *Nam iuxta laudabilem & perantiquam Germanicæ nationis conſtitutionem, confirmationem ſuam à Pontifice Romano impetrauit, verum præuia promiſſione, confeſſione, & iuramento de antiqua Catholica Romana fide non violanda, ſed vſq; ad extremum ſpiritum conſeruanda & defendenda. Quintò* 5 *quum à Suffraganeo ſacris ordinibus initiaretur & presbyter fieret, idem de fide Catholica iurauit. Denique aſſumptio* 6 *& admiſſio ad celebre Electorum Collegium eaſdem habuit conditiones annexas. Tum enim iurauit ſe Pacem religionis eiúſque articulos omnes & ſingulos, etiam eum qui Eccleſiaſtica dicitur Exceptio inuiolabiliter conſeruaturum.* Quem non dico hominem Chriſtianum, ſed vel ciuilem, aut omnino hominem, quem niſi plane belluam & equum hæc tot vota & iuramenta in officio non continuiſſent! maxime quum iuxta licentiam Romanę Confeſsionis non ſimpliciter aſtringebatur ad fidem Catholicam, nec ad perſoluendum continentię votum quod ſacerdos factus emiſerat. ſed ſi luxuriari vellet, poterat quidem libere & fidem, & continentiam, & honeſtatem omnem, & Deum quoque derelinquere: ſed

Ibid. pag. 378.

ita tamen vt vna relinqueret Episcopatum, & in eo virum meliorem & fidei votiq; tenaciorē iuxta leges Imperij & ecclesiæ ab ijs eligi quorum intererat, pateretur. Sic enim ab Imperatore, Catholicis, ipsisq; Protestantibus in plenissimis Imperij Comitijs definitum est. *Si quis Archiepiscopus, Episcopus, Antistes, aut aliquis Ordinis ecclesiastici à veteri religione deficiat, is continuo decedat ab Episcopatu suo, professione, beneficio, simul omnibus etiam fructibus quos inde percepit (quod ipsum tamen ad nullam eius infamiam pertinebit) & collegio siue ijs ad quos ea res iure vel consuetudine pertinet, liceat & integrum sit eligere alium qui sit veteris religionis:* quam *ipsam conditionem* inter alias Trucsesius & in *Electoratus vnione.* & antea suo *Collegio Coloniensi*, & postea *Diœcesi:* & denique *Pontifici* quum Confirmationem obtineret, promiserat sanctéq; iurauerat. Poterat ergo etiam *sine infamia* iuxta leges Imperij, quanquam non sine nota Apostasiæ iuxta leges Dei, & fidem Catholicam abijcere, & non solam vnam Agnetem monialem cum Apostolo suo Luthero sibi incestè copulare, sed cum Montano duas etiā sorores tanquā Maximillam & Priscillā, aut etiam plures si illæ non sufficerent sibi adiungere: sed ita tamē vt episcopatū tanquam tali Lutherano vel Montanistæ nequaquam congruentē dimitteret. Verū ille vt primū *illuminatus est* quemadmodum loquitur Caluinus, *& euangelij luce illustratus*, vel (vt ipse in Comitijs Lutheranorum suorum Arenspergensibus concionatur) per *quosdam homines tam superioris quam inferioris ordinis* (inprimis per sanctimonialem Agnetem) *diligentius sacris literis instructus, & vera verbi Dei cognitione irradiatus:* hoc est plane & simpliciter, vere tamen & ingenue, spiritu libidinis, luxuriæque & auaritiæ accensus: mox has iuramentorum catenas omnes siue à Deo siue

Anno. 1555. Sleidan. li. 26.

Michael Isselt. li. 2. pag. 215.

Euseb. hist. li. 5. ca. 14

Isselt. li. 2. pag. 192. 198.

siue ab ecclesia, siue à Concilijs generalibus, siue à Catholicis Imperij principibus, siue etiam à Protestantium Ordinibus, siue deniq; ab Imperio toto sibi iniectas, tãquam telas aranearum perrupit, maluitq; patriam suam omnibus belli incõmodis vexare, & Gallos Caluinistas, & Flandros, & Anglos, & quoscunq; externos ad Germaniã populãdam accersere, & plurima prouinciæ Colon. egregia monasteria, ecclesias, pagos, castella, vrbesque misere vastare, demoliri, incendere, & singulas iuramentorum tam solenniũ & toties repetitorum partes infringere, quam non se contemptu fidei & religionis, & latrociniis, & sacrilegijs, & multiplici atq; infami periurio perfecte euangelicũ ostẽdere.

10 Quod si in Angliam transeamus, & illorum Caluinianum regimen contemplemur, illic perfectionem huius perfidiosissimi periurij reperiemus, vtpote quã periuriorum, sacrilegiorũ & rebellionũ tanquam scholam atq; magistram vicinæ prouinciæ Caluinianæ suspiciunt, & à qua ad istas illis artibus imbuendas magistri mendaces & perfidiosi tanquam ex equo Troiano vel Lerna aliqua profecti exierunt. Postquam enim fœtus illius Aurangianæ in Flandria rebellionis iam maturuerat, si quæras quarum tanquam obstetricum adiumento is in lucem æditus est, historiæ communes principem, Consiliarios, Ministros, & mercatores Anglicanos tibi proferent. Si quæras à quo auctus & nutritus ad virilem magnitudinem peruenit, & tãtam potentiã est adeptus, vt partim viribus, partim fraudibus, regẽ Philippũ ex integra pene regionũ illarum possessione deiecerit? & libri historici, & epistolæ, & picturæ, & ipsa triuia consiliarios Anglicanos & reginã illã tibi circumsonabunt. Quæ postquã alios octo modos rebellionẽ illã cõfirmãdi tentasset,

10.

Perfidia Anglorũ erga regem Hispaniæ.

Nuptiæ reginæ Angliæ cũ Duce Alençoniæ.

tentasset, tandem & suam ipsius personam & virginitatem periclitata, innuptas nuptias cum vicino principe contraxit: quem omnésque vicinas regiones vsque eo mirabiliter coniugij illius spe illusit, vt de eo iam confecto, ratóque & consummato certissimum se vulgo iactaret Aurangius, idem creparent Galli, ad quod honorandum duces militesq; Angli & Flandri in Belgio *omnia tormenta magno reboatu disploserunt, rogos ingentes struxerunt, epulas & conuiuia passim celebrarunt, nihilque quod ad talem festiuitatem pertineret prætermiserunt.* cum singulari reginæ illius contumelia, quasi ea principi illi tanquam marito copiam sui fecisset, quæ tamé fortasse nunquam vinculum coniugale somniauit, neque minus ab eo ex insula post festa conuiuia, & nuptiales choreas, & geniales thalamos in speciē adornatos egrediēte virgo relicta est, quam ab eodem primò omnium in insulam eam ingrediente salutata est virgo, vt quæ in eum tantummodo finē matrimonium hoc simulauit quò Belgæ in incepta rebellione essent pertinaciores, nec de militum & auxiliorum copiosissimis supplementis iā quicquam dubitarent, quando tali licet falso coniugij vinculo Galliam & Angliam, Angliæque regnam Ducissam Brabantiæ factam Anglicanas opes cum Gallicanis copulasse ad eos iuuandos intelligerent. Si denique quæras eandem rebellionem iam senescentem & ferè decrepitam quis sustineat, omnes norunt & vident reginæ illius præsidijs vrbes Hollandicas occupari, reginæ illius nauibus Americanas regis Philippi oras vastari, reginæ illius piratas ad naues regias Americanis opibus onustis intercipiendas excubare, regē deniq; reginę illius classe in alijs ditionis suę partibus bello implicitum distineri eum in finem, vt dum regię

γαμος. ἀγαμος.

Surius in Comment. pag. 1035 an. 1581.

vires

vires alio auertuntur, Hollandicis rebellibus maior adsit quies & securitas, & ad se colligendum vrbesque contra regem muniendas maior suppetat potestas & opportunitas. atque hæc omnia sic perpetuò gesta multis annis antequam vel facto vel dicto reginam rex ille læserat. Et vnica illa impudens cauillatio qua hæretici Angli in primo rebellionis huius ortu regis Hisp. pecunias ducibus suis ad exercitus stipendia in Flandriam missas mero latrocinio (quid enim ego ficum suo nomine nō appellem) inuaserunt, demonstrauit quid fidei à Caluiniano principe aut Consiliarijs erat deinceps eo bello toto expectādum. Quum enim Hispani mercatores supra octies centena millia ducatorum maiin Flandriam deferentes, vt Caluinianos piratas Anglos Gallosque mari Britannico liberè grassantes vitarent, freti amicitia & fœdere regis sui cum Angliæ regina in portus Anglicanos fuissent inuecti: infestiores terra prædones quàm mari piratas inuenerunt. Regina enim à suis Consiliarijs instructa, ne talem prædam è manibus dimitteret, & vt simul ereptis Duci Albano militum suorum stipendijs, Aurangianis proditoribus tanto maius robur adderet: cauillata eas pecunias non esse regis Hispani *optimi fratris & fœderati sui* (sic enim loquebatur) sed mercatorum quorundam Genuensium à quibus eas certo fœnore mutuari vellet, vniuersas fisco suo intulit. Et quanquam eo commento nihil esset improbabilius (nam Calecutij mercatores cū ea pecuniarum vi tam crebrò quàm Genuēses Britannicum mare nauigant, prætereaque & mercatores, & naues, & pecuniæ ipsa forma impressa veritatis fidem faciebant, & regis Hispaniæ in Aula reginæ legatus, & Nuncius à Duce Albano ad reginam missus euidentissimis documentis ostenderūt

Pecuniæ regis Hisp. perfidiosè ab Anglis interceptæ an. 1568.

Vide edictum reginæ & responsum legati regis Hispaniæ en l'histoire des troubles de Flandres per Stratū l. 2. à fol. 113. usq; 123.

Impudens mendacium Caluinistarum Anglia.

pecuniam eam esse regis Hispani) illa tamen in priore commento persistens esse pecuniam nó regis sed mercatorum Genuensium, prædam omnem à piratis maritimis ademptam sibi reseruauit. A quo tempore vsque ad hodiernum diem, perpetuam quandam piraticam erga regis illius subditos ad rebellium Aurangianorum defensionem exercuit. Ecquid verò hac tempestate intercedebat fœdus aliquod reginæ illi cum rege Hispaniarum? & quidem arctissimum, sanctissimèque iuratum, nó modò antiquum illud domus Burgundicæ cum principibus Angliæ, sed nouũ inter hos duos principes ante paucos annos factũ, & quo regina in magnis difficultatibus posita contra potentissimos principes se maximè roborauit, propterea q; regi Philippo maximæ debebat, vsq; eò vt Gallici scriptores eum reginæ eius *protectorem* vocent, eamq; reginam se *Philippi protectioni submisisse* scribant. Sed fides Euangelica (Caluinismi) nullum fœderum, nullam amicitiæ, nullam quantæcunque beneficentiæ rationem habet: & qui hæreticos omnes *naturalis affectionis* expertes ab Apostolo dictos meminerit, nó mirabitur si Caluinistæ quos Euangelium & institutio adeò proditoria, maligna, ingrata, nefaria, & plane belluina infecit, aliorum sint hæreticorum maximè infideles, & erga ipsos amicos & patronos suos ingratissimi.

Fœdus reginæ Angl. cum Rege Hispan.

Guicciardin in hist. Belgica.

Belforest lib. 6. cap. 26.

Rom. 1. 2. Timoth. 3.

11. 11. Percurramus verò eiusdem reginæ cum altero rege Galliarum fidelitatem quæ quidem sæpe est iterum & tertiò iurata, sed quo fructu & effectu cõmunis experientia docuit. In tot enim subditorum Hugonotarum contra regem illum prælijs, ecqua manus Anglorum regi opem tulit? ecqua peditum cohors? ecqua turma equitum? An vllæ ciuitates vel contra rebelles defensæ, vel à rebellibus ereptæ sunt

sunt Anglorum fœderatorum opera? Quum Hispani, quum Itali, quum Germani, quum Burgundi regibus illis indignissime per suos ipsorum subditos nequissimos & impurissimos proditores oppugnatis suppetias tulerint, quod vel minutum supplementum siue militum, siue pecuniarum à fœderata sua principe regina Angliæ ad eorum auxiliũ venit? Inaniter quid ea non fecerit inquiro, quum quid fecerit magis sit arguendum. Tanquam enim non cum regibus, sed cum illorum rebellibus, nõ cum Carolo & Henrico sed cum Colignio & Cõdæo fœdus percussisset, tanquam ipsa non princeps esset sed priuata, nec aliquid in se haberet generosi regum sanguinis, sed ex turpi & Catilinario Hugonotarum, & Geusiorum, & similium rebellium atque proditorum semine fuisset concreta: ita his quoque regibus Gallicanis semper fuit infesta, & pro rebellibus contra reges illos stetit: Colignium suis opibus auxit, Colignium suis militibus iuuit, Colignio innumerabilem pecuniam submisit, Colignio supplementa rerum omnium terra marique suppeditauit, Colignio contra Franciscum primò, & tum contra Carolũ, & deinceps Nauarræo, Cõdæo, & Casimiro contra Henricum Gallorum reges semper & consilijs, & auxilijs, & quibuscunque poterat modis adfuit, & cum illis ad veros reges deprimendos & opprimendos & regno penitus eijciẽdos, contẽptis fœderibus & iuramentis, opes & vires suas consociauit. Sed ne nimis generaliter & vage diffusa feratur oratio, quanquam hæc sunt in oculis omnium gesta, & facile possunt cuiuis innotescere, vnico tamen exemplo de fide erga posteriorem Galliæ regem Carolum nonum perfidiosissime violata, Euangelicã principis & Concilij Angelicani in fœderibus seruandis fidem monstrabo.

Fœdus reginæ Angl. cum rege Franciæ.

Nullum

Anno 1571. Poplin. li. 34.

Nullum opinor fœdus multis annis aut honorificentius aut solennius factum, vel conditionibus exacte & subtiliter expressis descriptum accuratius, quam quod paulo ante mortem Caroli IX. inter eum & reginam illam sanciebatur. Cuius inter alia multa istæ conditiones erant. *Principes illi ad mutuam alterutrius defensionem astringantur contra omnes alios fœderatos, amicos, cognatos, & fratres, absque vlla exceptione personarum, cognationis, causæ, aut alterius contractus. Mari subministrabunt mutuo alter alteri octo naues instructas & in ijs mille ducentos milites, terra si opus sit sex millia peditum &c.* Formam autem iuramenti quod regina Angliæ præstitit, ad insigniorem hiriæ consequētis memoriā ita historici annotarunt. *Nos Elizabetha Dei gratia regina Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ, defensatrix fidei, promittimus & iuramus in verbo Reginæ & fide principis Christianæ, in manibus illustrissimi Ducis Memorancij Paris & Marescalli Franciæ, per sancta Dei euangelia, quod seruabimus & faciemus seruari sine vlla contradictione omnia & singula pacta, conuenta, & articulos fœderis, fidelitatis, & arctæ amicitiæ stabilitæ inter nos & Carolum fratrem nostrum. Nec patiemur aliquid innouari per nos aut subditos nostros quocunque modo directè vel indirectè in damnum aut præiudicium huius confœderationis.* Hoc fœdus tam diligenter compositum, tam sancte iuratum, quam cito iniustissime ruptum est.

Histoire de M. Pig. lib. 10. ca. 7.

En parole de royne & foy de princesse Chrestienne.

Obsedit paucis post septimanis Carolus rex Rochellam non ipsi tantum, sed toti etiam orbi Christiano rebellem, vt quæ Christianos omnes qui *non essent religionis Rochellensis* aut Aurangij principis subditi, tanquam hostes suos prædabatur. Rochellensium res in magnis versabantur angustijs. Terra exercitus ingens eos acerrime oppugnabat. Mari classis regia eos claudebat, vt nulla superesset vel terra vel mari rebellibus illis spes, nisi

Supra fol. 382. 323

regis

regis Gallorum fœderata fidem nuperrime datam contemneret, & rebellibus illis more ſuo ſuccurreret. Neque vero ea expectationem illorum fefellit. Pauci enim menſes effluxerant quum Mongomerius cum claſſe ad auxilium ferendum aduenit. At claſſem eam vbinam comparauit? vbi armauit? In Anglia. Quibus militibus? Anglis, quorum multas illic turmas collegit. Quibus præfectis militaribus? Anglis, Chãpernono, VVintero Puluertoto, Morgano, & alijs permultis. Ex quib. portubus ſoluerunt? Ex Anglicanis, Falmue & Plinmue. Quænã erat claſsis illius nauis prætoria, & vt vocant, Admiralia? Anglicana *Prima-roſa*, quã regina Angliæ iam tum ſophiſtice mercatori cuidam Anglo vendiderat. Quot Anglicanæ naues eam ſequebantur? Decem, ſed illę decem Rochellenſibus quinquaginta quæ in eadem erant expeditione, & magnitudine, & belli gerendi commoditate præſtantiores. Quum ad rem gerendam ventum eſſet, cuius vexilla & inſignia more militari in antennis nauium ſunt explicata? Reginæ Anglicanæ, Hoc eſt fœdus, Hoc iuramentum huius temporis Anglicanum. Hoc verbum, hæc *fides principis* iuxta Euangelium & fidem Caluini *Chriſtianæ*. Sic illi per *ſancta Dei Euangelia* iurant. Sic illi *nec directè, nec indirectè* contra fœdera cum principibus Catholicis facta quidquam moliuntur. Non ſolummodo regi naues quas pollicebantur non reddunt, nec ſolum hoſtibus auxilia vt debebant *directè & indirectè* non negant, ſed contra duplici periurio, & regi quod æquum erat non ſubminiſtrant, & hoſtibus eius quod iniquiſsimum & contra fidem erat largiuntur, idque multo cum fœnore & redundantia: illis nimirum tribuentes naues decem quas huic promiſerant octo, nec præſtiteruat

Inſignis perfidia reginæ Angl. erga regem Franciæ.

runt vnam. Atque hoc ita factum est, vt & regi tum viuenti Carolo, totiq; regno grauissime nocuerit, & Henrici fratres qui tunc vice regis exercitui præfuit famam atqué existimationem maxime læserit. Quum enim domiti fere essent rebellium animi, duxque eorum peritissimus La-noæus partim Ministrorum insolentiam dedignatus, partim fælicem successum desperãs è ciuitate discesserat, vt magna spes esset de illo rebellium portu & perfugio capiendo, atque ita regno toto tranquillando: tum hæc Anglicana classis submissa eorum & inflauit animos, & auxit insolentiam: & quum paucissimis diebus antea regis frater eos ad obedientiam regis cohortatus, recenti fœdere & iuramentis Anglicanis fretus magna contentione asseueraret nullam subesse Anglicani subsidij spem, tum eo ipso quasi temporis momento hæc subsidia in alto mari comparuerunt, tanquam ad principem eum insignis mendacij & vanitatis coarguendum. Cuius classis duces iuxta consilium quod in Anglia ceperant ad Gallos vehementius terrendos, in summitate malorum *Crucem rubram Anglicani regni insigne* erexerunt, vt Gallis quasi clarissimo buccinæ sonitu *denuntiarent, hanc expeditionem reginæ Anglicanæ voluntate, & armis & opibus, & nauibus* esse factam. Alia exempla periurij & infidelitatis Anglicanæ facile ad memoriam suam reuocare poterunt, qui vel in rebus politicis vel etiam in historijs communibus sunt versati. Ego enim vno vel altero exemplo memoriam tantùm peritioribus redintegro, ijsque ad alia repetenda tanquam viam commonstro: quæ tot sunt erga Galliæ reges egregia & obstupenda, quot fuerunt in hoc regno rebellium contra regem intestina prælia. Semper enim regina illa contempta fide & fœdere quouis, suis opibus rebellium par-

Poplmere vbi sup. & La Val, lib. 25.

Angli rebellibus semper, regi

ım partes fouit. At de quibuſcunque auxilijs re- *nunquam opè ferunt.*
ſuppeditatis quis vnquam audiuit? quæ hiſtoriæ
emorant? qui annales loquuntur? Fides nimi-
m Anglicana in hoc genere, nihil quicquam dif-
rà Truceſiana, nihil ab Aurangiana: eſt enim
erfecte Caluiniana, hoc eſt ſumme periura, ſum-
e Macchiauelliana, cuius euangelium hac in re
em prorſus cum Caluiniano hoc habet com- *Macchiau. de principe cap. 18.*
mune & certiſſimum principium: *Principi peierare,*
dere, & diſſimulare, ſine vlla dubitatione licet. Et rurſus
rnceps ingenium verſatile & arte vſuque factum in ſæui-
am & perfidiam habere debet, & reipſa talem ſe præſtare
ortes expedierit. Quod à Macchiauello hauſtum
ſuas euangelicas *Inſtitutiones* tranſtulit Cal inus, *Caluin. Inſtit. lib. 4. cap. 13. §. 21. Vide ſuprà fol. 227.*
eo magiſtrum ſuum Macchiauellum antegreſ-
s, quòd Macchiauellus hoc ſolùm principibus li-
ere putat, Caluinus autem non ad principes re-
inxit, ſed ad Caluiniſtas omnes, ad omnes ni-
arum *fide ſua illuminatos*, ad omnes quibus *euange-*
nouæ lux affulget, hoc Macchiauelliani euangelij
ncipium accommodauit.

12. Horum autem vtrunq; de perfidia & ſæui- 12.
ia, quemadmodum eadem Angliæ Regina erga
cotiæ principes & matrē & filiū exercuerit, præ-
ſtat ſilentio prætermittere quam paucis attingere
quod nec paucis nec multis pro rei magnitudine
poteſt explicari. Quemadmodum enim pictor ille *Cicero in Oratore.*
quum in bello Troiano hiſtoriam Agamemnonis
Iphigeniam filiam ad Deos propitiandos immo-
laturi depingeret, triſtem fecit Chalcantem ſa-
cerdotem, mæſtiorem Vliſſem, lachrymātem Me-
nelaum patruum, patris autem Agamemnonis ca-
put velo quodam operuit & inuoluit, quia ſum-
mum illum luctum penicillo non poterat imita-
ri: ita quum Anglicana fides fuerit erga ſuos domi

ſubditos

subditos crudeliſsima & perfidioſiſsima, perfidioſiſsima erga regem Hiſpaniæ, perfidioſiſsima erga reges Galliarum: tum erga reginam & regem Scotiæ incredibiliter omnem modum exceſsit, omnes humanitatis limites eſt præteruecta, ideoq; quaſi obuolutam dimittens, hiſtoriam eam alijs malo cogitandam relinquere, quam rudi carbone meo eius deformitatem deſcribendam ſuſcipere, cuius nec leuiſsimam particulam vlla oratione poſſum conſequi. Vnum hoc tantum modo admonebo, ſi quis à primo regni anno quo regina illa & Concilium Anglicanum Gallos regnum illud in obedientia reginæ & mariti Galliarum regis fide continentes expulerunt regni Scotici hiſtoriam perluſtret, etſi plurima fuerint inter reginas illas fœdera, nuncij, legationes, munera, literæ, multa arctiſsimæ amicitiæ ſigna & ſymbola, ſemper tamen arctior & verior interceſsit amicitia cum rebellibus contra reginam. Simulate, mendaciter, euangelice iuxta euangelium Caluinianum iurarunt reginæ & filio, at vere, ſolide, & efficaciter concitarunt & fouerunt Iacobum Baſtardum, & Catilinam Mortonum illis dederunt verba, his affuerunt rebus & operibus: his ad illos circumuenendos fraudibus, debilitandos factionibus, opprimendos viribus, ad prodendos & deijciendos è regia dignitate, præbuerunt quicquid intimi & potentes amici chariſsimis amicis & fratribus potuerunt impendere. Neque hoc ipſorum actores & fratres diſsimulant. Quum enim infamis ille proditor, ille Catilina, alter Colignius. Scotorum flagitioſiſsimis Mortonus cuius propter infinita ſcelera & crudeliſsimam regis vltimi cædem caput in publico foro Edimburgi ante aliquot annos amputatum eſt, is poſtquam reginam è ſolio deturbaſſet,

Anno 1559.

Mortonus.

basset, oppugnasset bello, inuasisset authoritatem regiam, verosque regis filij & reginæ matris subditos plurimos interfecisset, regina autem Scotorum charissimæ consanguineæ suæ reginæ Anglorum peramicis literis & promissis victa in Angliã secesserat, atque illic contra ius gentium & omnẽ æquitatis & humanitatis speciem in carcerem esset inclusa, insecutus paulò post Mortonus Anglicanæ reginæ hortatu, vbi Londinum venisset, ea simulans se velle summa æquabilitate causam reginæ Scotiæ & rebellium eius audire, per Consiliarios suos Mortonum & qui cum eo venerant primum admonuit vt si fieri posset *res nuper in Scotia contra regem & reginam gestas tam euidentibus argumentis confirmarent, vt eas fuisse iustas & ipsa Angliæ regina persuasam habeat, & alijs principibus rationem reposcentibus honeste respondere posset.* Hoc verò (Deus bone) quemadmodum fieri aut cogitari poterat! Vt enim subditi sola ambitione moti contra legitimum regem insurgant, vt eum circumuentum nefariè sine iudicio nocturnis insidijs interficiant, vt contra legitimam principem rebellionem concitent, vt eam inauditam & tamen ipsorum procerum suorum iudicio stare paratam apprehendant & carceribus mancipent, & fidelissimos primariosque regni subditos barbara immanitate trucident & suspendant, vt hæc omnia patrent, quo apostatam, bastardum, spurium, nec *regis quidem vt vulgo prædicabatur*, sed alterius nescio cuius, terræ, imo inferni filium in regia sede collocarent: vt pauculi prædones & sacrilegi *sæpius proditionis infamia notati, sæpius damnati perfidiæ, sæpius à furca* nimis magna reginæ indulgentia *redempti*, reginæ suæ ijdem sint accusatores, ijdem testes & iudices: imò vt ante iudicium datum, sententiam qualis ipsis videbatur contra principem

Buchananus histor. Scoticæ, li. 20. pag. 703. &c.

Blacuod. apol. pro regibus. cã. 2. pag. 341.

innocentissimam exequantur, & humana diuinâque omnia iura peruertant, & regicidij ab ipsis cõmissi pœnas à regina exigant: hoc quemadmodum probare Mortonus & socij poterant, aut reginæ Anglicanæ *iustè facta persuadere?* Quanquam si vel leuem vmbram tolerabilis persuasionis moliti potuissent, non dubium est quin ea suffecisset. Sed quoniam tam crassis & belluinis furoribus nullus probabilis fucus potuit obduci, ideóque à proditoribus illis postulare vt ea *iustè facta persuadeant* perinde erat ac si eos iuberet cœlum digito attingere, aut camelum per foramen acus adigere: eam ob causam regina Angliæ hanc nimis arduam difficilémque prouinciam admodum gratioſe considerans, per *eosdem suos consiliarios* significauit, *id si minus præstare possemus* (inquit ex actoribus & perduellibus vnus) nec vllas immanium facinorum causas probabiles afferre, *tamen reginam nihil prorsus omissuram quod ad incolumitatem nostram* & defensionem *facere queat.* In quo regina illa re & opere ita dicit, quòd etsi sacrilegia illa, etsi rebelliones, & periuria, & homicidia, & regicidia, & alia facinora quibus nec cogitari possunt magis infanda & horribilia essent toti mundo apertissima, quæ nec ab ipsis illis carnificibus possent excusari: etsi ea cum rege & regina Scotiæ plurima habebat & fœderum, & iuramentorum, & cognationis sanguinisque vincula: tamen quia ab ijs omnibus eam generali quadam dispensatione liberabat *lex euangelij Caluiniani,* idcirco velle se rebellibus, & sacrilegis, & periuris, & homicidis, & regicidis illis adhærescere, *nec quicquam prorsus omittere quod ad incolumitatem illorum pertineret,* nec item quicquam prętermittere quod faceret ad reginæ matris & regis filij euersionem, quorũ vtrúmq; & matris

Ibid. Nota natu rabilem improbitatu defendendæ professionem.

& matris luctuosissima cæde, & plurimis contra filium excitatis rebellionibus manifeste deinceps vsque ad hodiernum diem patuit. Sed abrūpamus ista necesse est, nisi in infinitum velimus perpetuare orationem. Est enim Anglorum Caluinistarum perfidia immensa quędam abyssus Atlantico Oceano profundior. Nec tam molestum est noua continenter exempla perfidiæ & periurij illic inuenire, quàm arduum, & vt opinor nē possibile quidem, vnicum proferre exemplum eorum fidei & veritatis. Neque sane arbitror vllum existere exemplum fœderis ab illis cum vllo Catholico rege, Lusitano, Hispano, Imperatore, Gallo, Scoto seruati, si tamen vel aliqua proprij commodi, vel leuis Euangelismi sui fœdissimo periurio iuuandi spes emineret. At periuriorum & violatorum fœderum erga omnes Christianos reges, & in nauibus Lusianorum piratice captis spoliatisque, & Mauris Turcisque contra regem illum solicitatis, & in multitudine rebellium Flandrorum & Francorum, in Aurangio, Ludouico, Colignio, Mongomerio, Castilionæo, in ciuitatibus Francię Flandriæque occupatis & contra reges illos defensis, in Trucesio contra Imperatorem & pacem Imperij Anglicanis præsidijs adiuto, & in Scotia iam 30. annos totos ciuilibus tumultibus & coniurationibus concussa atque vastata, innumerabilia exempla suppetunt.

13 Quare vt ex Anglia in Galliam vnde digressi sumus reuertamur, illic Caluinistas nullā iuramētorū habere rationē quid opus est nouis argumentis docere, quum illud tam multis historijs atq; experimentis iam prius luculenter probatum dederimus. Omnia si quidem eorum bella an non erant infinitis periurijs cōtra Deum & regem cumulata? 134 Cap. 6.

Nam & cõtra regem eum tanquam perduelles bellabant, cui obedientiam iurauerant, & contra Catholicam religionem pugnabant vt Apostatæ atque hæretici, cuius in baptismo promiserant & deuouerant se fore in æternum defensores. Ergo quotiescunque in acie contra regẽ stabant, periuri erant. Quotiescunque sub Condæi aut Colignij vexillis contra regem regiosq; militabant, periuri erant. Quoties Ecclesias diripiebãt, quoties interficiebant presbyteros, quoties destruebãt sacella, quoties vastabant monasteria, in tota sua Caluiniana militia, rebelles, sacrilegi, & vnà contra Deum, Ecclesiam, regémque suum, iterum atque iterũ periuri erant. Neque tamen ego illud solum animaduertendum dico quod ita factis operibus que suis periuri sunt, sed etiam quòd Euangelio suo, quòd disciplinæ, quòd conscientiæ ad periurium impelluntur, atque ita impelluntur, vt Caluinista Catholicis iurans quando ad vtilitatem Euangelij fallere potest, si tũ non peierauerit, is ab eorum congregatione vt impius & fictè Euangelicus verorum Euangelicorum cõsortio indignus repellitur, vt peccator maximus condemnatur. Sic enim à clarissimis ducibus in cõgregatione solenni definitum, & sacramentaria cæna (quod est grauissimum inter fratres rei confirmandæ symbolum) ratum factum est, idque Rochellæ, vbi tum ministri potissimum dominabantur vt suo loco ostendimus. Qui etsi à rege & quoad conscientiam intrinsecè credendi, & quoad libertatem externè ex omnibus in orbe terrarum sectis, quam vellent, & qualemcunq; cuperent eligendi & profitendi liberam haberent copiam, nec quicquam omnino poterant desiderare quod rex illis non indulserat, ijque vicissim regi Carolo obedientiam eo ipso tempore iurassent: vt primùm tamen

Omnes Hugonotarum in Gallia rescum per iurio gesta.

Suprà fol. 393. 394 395.

men fratres Euangelici cœpissent iuramentum illud Caluiniane interpretari, *Fidem quidem regi datam seruandum esse verum est*, sed cum multis exceptionibus, quarum præcipuæ sunt, *ne id fiat cum periculo proximi, multo minus cum detrimento gloriæ diuinæ*: nunc autem innumeri sunt per Galliam fratres Euangelici, multa Lutheranorum, multa Anabaptistarum, plurima Libertinorum millia, qui nisi vos opem feratis in magno versantur periculo, valdéque obscuratur diuina gloria nisi tales Euangelici liberè crescant & multiplicentur, & istis certè temporibus *duplicatis peccatum vestrum nisi fœdera & iuramenta regi facta rumpatis, non minus quam peccauit Herodes qui Iohannis caput filiæ promisit, & vt promisso staret amputauit*: hoc commentario postquam interpretes illi iuramentum illustrassent, Rochellenses statim spiritu Euangelico pleni obedientiam & iuramentum quod regi fecerant rumpendum esse decreuerunt, & noua cum cæteris Galliæ rebellibus fœdera & conspirationes suscipiendas, easque sine mora studiosè coiuerunt; ne si fideles regi Christianissimo diutius manerent, atrociter Deum offenderent, & Herodiano peccato seipsos illigarent, perinde ac si sanctissimi prophetæ Domini præcursoris caput abscidissent. Quemadmodum autem ministri, & synagoga, & duces inferiores Caluinistæ ex verbo Domini censuerunt esse maximè Euangelicum fallere Catholicos & mendacijs pertinacissque eorum ora oblinere, sic etiam ipse princeps Condæus alter Caluinismi Atlas cum ministris & ducibus illis ex supremi principis Nauarræi sententia statuit illud esse optimè factum & Euangelij Caluiniani puritati inprimis consentaneum. Quum enim Catholici in generali illo Ordinum

Caluinistæ natura fidei suæ sunt peruersi.

An. 1577 Gallicanorum conuentu Bleſenſi declarauerant regem etiamſi promiſiſſet libertatem religionis Caluiniſtis, non teneri tamen ad eam tribuendam, eò quòd Caluiniſtæ conditiones ex quibus illa libertas pendebat & cum quibus adiunctis data fuerat perfidioſe violaſſent, quorum permulti abiurauerant religionem Hugonoticam quam tamen demum ceps amplexi fuerant: ijque & alij plurimi iurauerant ſe pro eadem hæreſi nunquam cum rege bellum geſturos, in quo tamen rurſus fidem data fregerunt, ideóque quando illi prius infideles & perfidi fuiſſent, improbè requiri à rege vt is periuris & proditoribus illis fidem datam ſeruet: Princeps Condæus tanquam chirurgus Caluinianæ medicinæ peritiſſimus his vtriſque vulneribus vnico hoc emplaſtro medetur, videlicet quod iuramentũ factum cum detrimento Caluiniſmi neminem Caluinianum obligat; quin potius Caluiniſta quiſque obligatur illud contemnere & reſcindere vbi primum datur opportunitas. Sic enim ſcribit in ſua proteſtatione contra conuentum illum Bleſenſem, idque cum *conſenſu & approbatione* regis Nauarræi. *Promiſſum illud Euangelicorum de armis contra regem non ferendis, & de abiurata religione* (Caluiniana) *factum eſt contra bonos mores, contra Deum eiuſque religionem, & cauſa eſt peccati, ideoque qui tali promiſſo ſe obligarunt, illud ſeruare minimè tenentur. Præterea promiſſum illud exprimebatur timore. Timebant enim crudelitatem & tyrannidem Papiſtarum, quod ſatis eſt ad eos à vinculo promiſſionis ſuæ abſoluendos.* Ita non ſolum facto neglexerunt vota, promiſſa, iuramẽta ſua Caluiniſtæ quoties id vel ſibi commodum vel Catholicis fuiſſet incommodum, vt ex omnibus eorum tota Gallia prælijs, coniurationibus, captis vrbibus, Aurãganis, Anglicanis, Caſimirianis, Bipontinis, multiſq; talibus

Principes Caluiniani profitentur ſe nulla cũ Catholicũ fœdera ſeruaturos.

Conformement à la volonté du Roy de Nauarre.

Hiſtoire de Poplin. lib. 41. La Val. li. 33. Ann. 1577.

talibus contra regem & rempub. fœderibus patuit: sed etiam generali quadam regula statuerunt quicquid iurauerunt Catholicis, si illud iuramentum cum minimo Caluinismi detrimento sit coniunctum, eo ipso fieri *contra bonos mores, contra Deum*, quia fit *contra eius religionem Caluinianam*, & cõsequẽter esse *causam peccati*, à quibus omnibus iuramentis non opus est Caluinistæ nouam aliquam relaxationem quærere (quod tamen facillime eis largitur euangelium) quando hic generali quadam dispensatione à talibus vniuersè *per suprema ecclesiæ Gallicanæ capita* Condæum & Nauarræum absoluuntur.

Fingite verò iam Nauarræum Catholicis de religione Catholica non lædenda maximis quibusque promissorũ & iuramentorũ ponderibus & religionibus cauere: si tamen vnà meminerimus quid ipse de religione Catholica & Catholicis sentias, nisi nimiũ stupidi sumus statim aduertimus nihilo plus esse in promissis & iuramentis illis momẽti, quàm si stupeo filo Sampsonem aut Herculem velis alligare. *Iudic. 16.* Caluinistis enim Catholici sunt Cananæi, sunt Moabitæ & idololatræ, & Catholica religio est illis idololatrica & summe in Deum contumelioſa, & Caluiniano Euangelio hoc maxime insitũ & innatum altissimẽque impressum est vt omnibus neruis eam euertat & dissipet, ad quam exterminandam videmus illos fratres etiam quum priuati essent in tota Gallia contra reges obstinatissime depugnasse, nec vllis detrimentis, cædibus, & internecinis stragibus ab incæpto destitisse. Et quod priuati subditique fecerunt contra reges, id cùm reges euaserint non facient contra subditos & priuatos? Cùm rex eos ad tale bellum animauerit, non multò magis contra fidem Catholicam exardescent? Cùm reges aduersarij eos frænarent, qui tamen

Nulla fides habenda Nauarr.

Euangelium eorum ad fidem Papisticam destruendam impellebat, vt hæresim suam augerent, pro ea inuitis regibus ad arma prorumpebant, & illa immania facinora in sacerdotibus, in templis, in totis vrbibus succendendis patrabant: & quum præter hæresim rex quoque eos ad bellum cohortabitur, quum ad sacerdotes tanquam hostes suos & Euangelij sui mactandos si non verbo, saltem facto, voluntate, tacita approbatione commouebit, nó multò magis ad omnem sæuitiam feritatemque incitabuntur: Et quemadmodum potest rex non omnibus viribus suis ad fidem Catholicam radicitus euellendam conniti, cuius auribus perpetuò ministri insonabunt idcirco gladium esse ei diuinitus traditum tanquam alteri Sauli vt Catholicam fidem & Amalechitas illos Papistas funditus disperdat? Num ille causabitur iuramentum suũ factum Catholicis subditis, qui tota vita nullum habuit curam iuramenti quod fecerat Catholicis regibus, & qui iam antea persuasissimum habet tale iuramentum esse *contra Deum*, *contra bonos mores*, cuius obseruatio peccatum est non minus horribile quã si Iohanni Baptistæ ipsisque Apostolis Saluatoris nostri crudelem necem afferret? Num ille vt Papistis antiquis hostibus suis gratificetur, patietur se priscis illis tyrannis & persecutoribus, Herodi, Neroni, Domitiano, à suis reuerendis ministrellis annumerari? Aut num illi hoc prætermittent, qui viginti sex annis totis nihil ferè aliud in suis consistorijs, concionibus, cœnis, in sua bellica & cruenta theologia, inculcarunt? Aut verò si non statim hac via difficili & aspera, sed alia multò magis leni & trita ingressurus sit, fidemq; suam re ipsa variaturus quemadmodum Ministri suas variant concionandi rationes, qui nunc è suggestis præ-

stis prædicant & libellis æditis disputant, Deum »
nemini reuelare Euangelij veritatem vt ea sit am- »
plissimi regni amittendi causa: quumque Ministri »
Germaniæ suis largiuntur principibus Electoribus »
vt ad eligendum Imperatorem Germaniæ, dimi- »
diatæ Missæ intersint, multò magis ipsos dispensare »
posse cum Nauarræo, vt ad lucrandum opulen- »
tissimum regnum Galliæ Missam integram se- »
mel atque iterum audiat; & hanc item ob cau- »
sam posse eum hoc turbulento & periculoso »
tempore iurare Catholicis Catholicæ suæ reli- »
gionis conseruationem, quando sine his duobus »
regnum illud non possit assequi: si inquam ille »
ab istis ita persuasus horum vtrumque fecerit,
& Catholicis quolibet iuramento quantiscun-
que conditionibus & circunstantijs deuincto quod
requirunt pollicitus fuerit, & ad aliquod tem-
pus hoc totum verè fideliterque præstiterit: num
postea quando in solio regali securus consede-
bit, Ministri obliuiscentur ei suggere alterum
illud effugium, se iurasse quidem sed *timore ad-
ductum*, ne Catholici ad eum turbandum & à
Corona Gallicana repellendum perniciose con-
spirarent, & bolum tantopere expetitum è fau-
cibus eriperent? Nunc verò postquam regni pos-
sessionem est adeptus non debere eum deinceps
iuramento stare, neque verò teneri, quando *ti-
mor ille* quo compulsus iuramentum dedit, longè
grauissima causa est & abunde sufficiens *ad eum à
vinculo suæ promissionis absoluendum*. Atque his ego
potissimum argumentis ductis à natura rerum, à
natura huius hæresis, à generali Caluinistarum
omnium praxi, ab eo quod est in Nauarræi animo
altissimis tanquam radicibus funditus infixum,
vt mutari non possit, Nauarræum infidelem esse

& Catholicis perpetuo infidelem & perfidiosum futurum demonstro. Qui si ad particulares eius actiones, ad pacificationes, ad fœdera, ad pacta, & conuenta cum varijs ciuitatibus velim descendere, multitudine immensa turpissimorum periuriorum, & promissorum impudentissime violatorum hoc totum magis adhuc clare euidenterque ad cõmunem hominum simpliciſsimorum intelligentiam facile possem illustrare. Et quidem si quis historiam rerum eius gestarum inchoare velit ab eo anno quo è Catholice Christiano euasit Caluinianæ Euangelicus, is omnino & in omnibus & singulis (opinor) publicis actionibus comperiet eum pro fide Christiana fidem adhibuisse re Caluinianam, hoc est, verissime Mahometanam & Antichristianam. Mox enim etsi Henricus è Polonia reuersus, iam tum Caluiniani in Gallia regni fundamenta exorsus, Nauarræo suisque sectarijs quibuscunque, omnis generis hæresum ferendarum summa cum securitate largissimam feciſſet copiam, modò deinceps cum suis quiete sine aliqua Status publici conturbatione viueret, quod ille & in Aula moratus, & ex Aula profugus quando edictum illud pacificationis emittebatur sanctissime iurauerat: eo tamen ipso anno, & semper in posterum, quid aliud fecit, deliberauit, molitus est, quam quo modo vrbes contra iuramentum regi datum interciperet, interceptas contra fidem ciuibus datam muniret & præsidijs suis Gasconicis oppleret, earúmque ecclesias contra fidem & regi & ciuibus, & Deo ipsi iuratam summo cum sacrilegio diriperet & expilaret, multisque in locis funditus excinderet. In ciuitatem Agenensem solidæ & securæ (vt putabatur) pacis tempore sub specie iocos ludosq; hilariter agendi admissus

Actiones Nauarræ perfidiosissimæ.

Anno 1575.

Supra pag. 161. 162

Ieu de tripot.

admissus est, sed prius grauissimis iuramentis & in nomine regis Christiani, & in fide baptismi sui, ciuitatis eius Magistratibus se obstringens nihil se penitus in ciuitate ea immutaturum, multo minus militares aliquas copias præsidij nomine eis impositurum. Et tamen pauciſſimis post horis, eodem ipso die à meridie quatuor militum cohortes vage & disperse palantes ne auerti possent ciuitatem ingrediuntur, qui numerus paulo post duplicatus est: moxque ciues omnes ad magnum pecuniarum numerum pendendum compulsi, perinde ac si legitimo bello oppugnati, capti, & subacti fuissent, egregium fratrum Prædicatorum monasterium penitus euersum, nisi quod ad arcem construendam aliqua pars reseruata est, ecclesiæ aliæ spoliatæ, Catholici omnes eiecti in exilium: nec fœminæ horum crudelitatem effugere, quantum multis matronis honestissimis vis turpissime illata, è quibus vna sic constuprata, vt altera Lucretia non quidem gladio suo sed partim raptoris iniuria, partim mœrore & sceleris indignitate interijt. Anno 1579. profecta ad Nauarræum regina matre, post longas vltro citroque deliberationes & disputationes tandem pax confecta est: *Ad quam bene, firmiter, directè, & sincerè obseruandam, Rex Nauarræus, Princeps Condæus, & viginti alij illustriores reformatæ (quæ dicitur) religionis nobiles iurarunt.* Mox Regina ad Regem Parisios, spei & gloriæ plena quasi omnia in Guienna & Gasconiæ egregie pacificasset reuertitur. Vix autem ea Curiæ regalis limen attigerat cum ecce frequentes nuncij aduolant Nauarræum esse in armis, ciuitatesq; insignes cepisse, Cadurcum, Mendē, & Insulam, imminere Rhodis, & multas præcipuas Guiennę & Gasconiæ vrbes nisi mature succurratur in sūmo esse discrimine.

A Nerac. Vide articulos apud la Val lib. 38. Religion pretendue reformée.

Cahors Mende l'Isle.

discrimine. In eas autem adeo perfidiose occupatas qua clementia vsus sit ex Cadurcensi cõijci potest: vbi præter multas virgines & honestissimas matronas vsitato fratribus Euangelicis more violatas, omnes ciuium domus militibus in prædam & direptionem datæ sunt, septẽdecim ecclesiæ prius auarissime & sceleratissime spoliatæ post à fundamentis excisæ, monumenta & sepulchra euersa, ossa sepultorum siue principũ siue Sanctorũ eruta & abiecta, SS. reliquiarũ thecæ & capsæ ablatæ, fusę, & in domesticos vsus culinæ vel mensę Nauarræi cõmutatæ, vt vel ipso Baltazare tyranno illo Babylonio magis prophanus Dei & sacrorũ contemptor omnibus innotesceret: qui etsi *in vasis aureis & argenteis quæ è templo Hierosolymitano asportata fuerant* cum suis Nobilibus & mulierculis bibit, tamen ea prorsus fundere & suis vsibus accommodare ausus non est. Quo die hæc pax ad Sanctum Seuerum Nauarricę gubernationis oppidum publicata est, eiusdem diei nocte proxime consecuta vicini castri milites præsidiarij, celebrem Abbatiam nocte adorti monachos in suis lectis dormientes pugionibus confossos obtruncarunt, Prioremque quod non statim expiraret, immisso in lectum puluere tormentario in cineres redegerunt. Hac eadem omnino fidelitate & posteriores quædam pacificationes ab isto fidelium principe seruatæ sunt, cuius rei locuples testimonium præbent vrbes Tartas, & Montmarsan quæ in summa pace à militibus Nauarricis admotis noctu scalis occupatæ & primarijs Catholicis iugulatis direptæ, planèque hostiliter depopulatæ sunt: aut etiam Bourdellois vbi duo fratres quod ab Hugonotica fide ad Catholicam redijssent, in domo sua obsessi, & tandem sub *fide regia*, de vita futura ipsis salua se dedentes,

Daniel, cap. 5.

Ibi. ver. 3.

A Flex & Contra.

La-fitte.

lentes, illico in gratiam cuiusdam Nauarræo cha- Fauas,
nissimi gladijs confixi obtruncantur. Et vt bre-
uis sim nec singula fastidiose consecter quæ aliun-
de nullo negotio peti poterunt, hoc ipsum nuper
ab eo & charissimo suo, vti vocat, fratre Hypocri-
ta Tyranno pridem extincto contra antiquissi- Supra pag.
mum & toto Christiano orbe celeberrimum Pa- 329.
risiense Parlamentum, erectum nouum & adul-
terinum Turonibus falsi nominis Parlamentum,
eodem prorsus modo spiritúque quo Ieroboamus 3. Regum
nouum in Bethel idololatricum templum vitu- 12.
losque aureos contra antiquum Salomonis Tem-
plum verumque Dei cultum Hierosolymis insti-
tuit: quid est aliud quam manifesta quædam pro-
testatio de singularibus iniurijs Catholico Gallia-
rum statui & nomini in præsentia in dies singulos
illatis, & deinceps in posterum continenter infe-
rendis? Cuius item egregij conuenticuli Sena-
tores & præsides iam nunc propter summum
suum in sinceros Catholicos (quos *fœderatos* vo- Les Ligueurs.
cant) odium, maleuolentiam, & iniustitiam adeo
infames sunt, & qui veros Catholicos tam innu-
meris damnis, mulctis pecuniarijs, carceribus, exi-
lijs, bonorum publicationibus, & crudelissima sæ-
penumero morte afficiunt, vt eorum Senato-
riæ togæ non tam suo natiuo Tyrio colore
quam copioso miserorum Catholicorum sangui-
ne, vulgari sermone dicantur purpurascere. Et
tamen post hæc & alia huius generis innumerabi-
lia, rex iste per antiphrasin Christianissimus non
solum per suos conductos tabulas asseuerare, sed
ipse sæpenumero *per fidem* suam non tantum Cal- O pudorem
uinianam sed etiam *regiam* deierare consueuit, se & fidem
nunquam malum aliquod Catholicis intulisse, regiam.
quin potius eos defendisse & in posterum *mà cum*
sua re-

Verba edicti à S. Clou, mens. Augusti an. 1589.

sua religione Catholica, Apostolica Romana defendere velle non minus quam amantissimos suos Hugonotas cum eorum Caluinismo. Sed iam opinor post tam diuturnam & luctuosissimam experientiam, ipsis etiam puerulis & baiulis constat, fidem principum Caluinistarum qui omnes omnis fidei vere tam sunt inanes quã ignis humoris aut plumbum leuitatis, siue ea sit fides Valesiana siue Nauarræa, siue Iezabelina, siue Aurangiana, siue Trucesiana, siue Condæana, siue Coligniana, siue denique Caluiniana cuiuscunq; generis & sectæ, idẽ prorsus valere quod *fides Blesensis*, idem quod fides *Diabolaris*, hoc est eam fidem esse millies fide Græca aut Punica infideliorem, cui si quis Catholicus quando agitur de Catholica religione fidat, is nõ minus contra rationem & naturam insanit, quam si quis credat (vt inquit poeta.)

Horat. in art. poet.

Viuere Delphinum in syluis, in fluctibus aprum.

Neque enim ego in his Nauarræi solis actionibus tam mordicus hæreo, nec eas adeo vehementer vrgeo, quam eius religionem, eius impiã & impurissimam hæresim, qua imbutus animus necessario ad omne genus perfidiæ & impietatis contra Catholicos & Catholicam fidem naturali quodam nutu & impetu vt leuia sursum grauia deorsum fertur. Istorum quidem nonnulla ab eo perfidiose vt videtur contra iuramentum & pacis conditiones perpetrata possunt fortasse aliqua ratione minui & excusari. Qui enim nuper infœlicem animam exhalauit tyrannus ille Hypocrita, ita cum isto dissimulatorem & prẽuaricatorem egit, vt fortasse quas iste vrbes proditorie inuasit, eas ille magis proditorie (vt nuper Niortum) tradidit: quæ iste vi & iniustitia contra regis edicta publicamq; pacem egit, ea forsitan non nisi alterius illius voluntate &

ne & tacita approbatione admisit. Sed certissima *Certa via de Nauarro vere iudicandi.* ia & minime fallax est, à rebus effectis ad causas efficientes, ab externa specie ad internã conscientiã verbis, à vultu, ab ore, ad animũ, ad mentẽ, ad intimos affectus recurrere. Illa enim nos fallere possunt & sæpe fefellerunt: ista nunquam decipiũt, ad absq; vlla dubitatione & errore producunt tales fructus, talia facta & flagitia, quę eius generis arbores solent parturire & parere. Quare quũ Nauar. intimus in animo sit hæreticus, Hugonota, Caluinista, hoc est acerrimus & æternus Catholicæ Ecclesiæ & religionis hostis, quum talem se esse & fore, talem se & viuere velle & mori, in istorum hominum synodis & cœnis & conuentibus celebrioribus sæpe protestatus sit, ergo necessarium est, & ex eo ineuitabili consequentia infertur, in omnibus iuramentis & promissis de Catholica fide protegenda eum fore ter quaterque periurum & mendacem. Neque (quod antea commonui, sed iterum repeto quia Spiritus sancti oraculum est, & quod idcirco Catholicorum animis altissime par est insculpi & inhærescere) magis possibile est vt talis pertinax hæreticus iuramentum suum de fide Catholica tuenda sincere & fideliter præstet, quam vt eiusdem Catholicæ fidei serium assertorem & vindicem se præbeat Sarana, qui verus est hæreticorum *Pater*, in quibus ille vere operatur, cuius illi vere sunt *Ministri & serui* & mancipia, qui vere eorum corda regit & occupat, eosque *suis laqueis deuinctos* & alligatos tenet, versat, flectit, & impellit ad omnem *ipsius voluntatem* exequendam.

1. Ioan. 3. 10. Ephes. 2. 2. 2. Corinth. 11. 5. 2. Tet. 2. 19. 2. Tim. 2. 20.

14. Quæ quũ ita sint, iam deinceps promissis & iuramentis Caluinistarũ fidere quæ ipsi tam variis & recentibus exemplis in Flandria, in Germania, in Scotia.

14. *Vide supra pag. 325. 326.*

in Scotia, & Anglia docuerunt nihilo esse Siculis gerris aut leuissimis plumis ponderosiora, quæ cum Euangelium docet esse rumpenda & violanda, & quæ illi ipsi iam antea prædicunt & denuntiant se tantùm simulare ad Catholicos inescendos & illaqueandos, velle autem statim perfringere vt primùm quàm captarũt prædam sunt nacti, & credulos Catholicos strangulandi potentiam assecuti: quidest aliud quàm scientes volentes hominum fanaticorum instar in manifestum exitium ruere, & ipsis bestiis stupidiores mortem apertè intẽtatã non declinare? Dementissimum siquidem est suspicari eos vbi de regno agitur futuros veraces & fideles, qui in rebus multò leuioribus mentiri & peierare assueuerunt, qui non magis plurima iuramenta quàm totidem vitiosas nuces aut digitorum crepitus æstimat. Dementissimum est non posse ratiocinari, quũ Caluinistæ principes & reges regibus quorum potentiam verentur, qui iniurias suas possunt vlcisci, infideles sunt & fœdera quãquam sæpius iurata negligunt & irridenti si quantulacunque rei cõtrà eos bene gerendæ apparet opportunitas; eos reges subditis iuramenta extraordinariè requirẽtibus, quod iurarunt præstituros tum cum subditos habent suæ potestati obnoxios, in quibus hoc ipsum vindicabunt quòd iuramentum postularunt nec simplici verbo habuerunt fidem. Dementissimum est non considerare istos nũquam posse Dei nomen inuocare religiosius, iurare terribilius, protestari vehementius & flagrantiore in speciem zelo quàm fecerunt ante annos 17. idque Carolo regi, regiis fratribus, Nuntio Apostolico, Cardinali Borbonio, Pontifici Romano totique orbi Christiano, quorum omnium Maiestatem si contempserunt & ad pristinas Caluinismi sordes reuoluti sũt, quæ vel firmio-

Absurdissimum & stultissimũ est Nauarr. ad credere

ra iuranti

rã iurandi & promittendi vincula, vel quas augustiores personas iuramentorum testes & tanquam obsides poterunt Catholici Galli in Gallia conficere aut confingere? Breuiter dementissimum est, sacramentum & iuramenti religionem ab illis data tam quicquam pendere, qui omnino nullum habent sacramentum, nullam religionem, nullam fidem, nullum verum Deũ cuius numine se obstringant, cuius religione se deuoueãt: qui Deum Christianorum reiecerunt, & Deum Turcarum non agnoscunt, & nullum omnino Deum nisi forte Satanam in suis synagogis prædicant. Denique supra quam dici potest insulsum est, & fatuum, & absurdum, & belluinum, & plane obstupendum est si Caluinistæ adeo sint communis sensus & humanitatis expertes vt postulare velint Catholicos istis hominibus Nauarræo & Nauarristis hæreticis & hostibus suis credere, quoad mysteria religionis, quoad salutem animarum, quoad fidem Catholicam & regnum Gallicanum, quorũ fidei ipsi Caluinistæ vnius ciuitatulæ statum noluerunt committere, quos ipsi (inquã) Caluinistæ suspicati sunt fore in vnius Caluinianæ vrbis statu peruertendo fallaces & perfidiosos. Quum enim Nauarræus & Condæús post tot bella pro fide Hugonotica contra regem gesta Rochellam inuisere cuperent, non militariter cum exercitu aut turmis aliquibus equitum peditumve, sed pacate cum aulico comitatu; etsi ciuitas illa erat in prouincia Guiennæ & proprie Nauarræi iurisdictioni subiecta, quamdiu tamen Rochellenses aditum ei negarunt? Quam multi *internuncij vltro citroque* commearunt priusquam id posset impetrari? Tandem quidem post multam disceptationem conclusum est in Cõcilio Ministrorum & ciuium permittendũ eiingressum,

Supra cap. 5. ¶. 10. 11.

Ibid. ¶. 5.

Caluinistæ diffidunt Nauarr.

La Val lib. 32. fol. 827. anno 1576.

sed ita vt primũ *sigillo & chirographo suo firmaret eorum priuilegia*, ipseque se promitteret ea seruaturum. Secundò vt *secum non adduceret comitatum plusquam equitum quinquaginta*. Tertiò, *vt aliqui ex eius aula & famulitio quos ipsi nominabant simul cum eo nõ ingrederentur*. In has conditiones postquã vtrinq; cõsensum fuisset, ita demum vrbis videndæ licentiam ei fecerunt. At principi Condæo ingressus antequam permitteretur, longe plures internũcij sunt vtrinq; missi, longe plures conditiones interpositæ, multo plura consilia, consistoria, deliberationes factæ, ciuile pene bellum in ipsa ciuitate excitatũ, quæ si quis omnia describeret particulatim, magnã & prolixã historiam hæc vnica contrauersia conficeret. Quũ iam ante aliquot dies de aduentu principis Condæi inter Rochellens. contentiose admodum actũ fuisset *hoc tempore (inquiunt historici) illæ dissensiones in dies singulos magis magisque creuerunt*. Prætor & alij quidã è ciuibus primarijs seperatim sua habebant

Tumultus Rochellæ de admittẽdo Condæo. Ibid. fol. 844.

"cõcilia, & in aduentu eius impediẽdo vt prius per-
"seuerabant: aut saltẽ in aliud tẽpus differri volebãt.
"contra militares præfecti qui sua cõmuniter rene-
"bant Concilia cum Ministris & Consistorijs, puta-
"bant æquius vt admitteretur, & male suspicabã-
"tur de Prætore & alijs huic proposito aduersanti-
bus: & præter Ministros, omnes perfugæ approba-

Les refugiez. A quelque prix que ce fust.

bant aduentum eius & statuebant quocunque pe-
riculo sese reliquis illis opponere. In quẽ finem 15.
"Nouembris suos ad principem miserunt nuncios,
"orantes ne longius aduentum suum differret, esse
"enim in vrbe magnum numerum qui fideliter par-
"tes eius tueretur. At contra Prætor duos mercato-
"res ad eũ misit, petens ne veniret, qui 18. eiusdem
"mensis die reuersi, literas principis attulerunt præ-
"tori &c. Deniq; ad hunc modũ itum, reditũ, cõsul-

tatum,

tatum, deliberatũ, multis diebus adeoq; & septimanis pugnatum est, distractáq; in diuersas factiones ciuitate, Miuistri & milites quasi consertis manibus cum Prætore & suis consiliarijs dimicarunt. Sed tandem tamen vicerunt Ministri, & de eo in ciuitatem cum suis perpaucis recipiendo consensum est, quanquam conditionibus durissimis, de quibus ipse prolixa oratione propter summam eorum indignitatem conqueritur, sed quæ manifestò cõuincunt ipsos fratres Caluinianos istis Caluinianis principibus in priuilegijs & politicis rebus ad ciuitatis suæ quietem pertinentibus nequaquam fidere. Quis ergo Caluinista modo siccus & sanus postulet vt Catholici illis credant quorum fidem ipsi Caluinistæ suspicantur esse falsam & Punicam! Si Caluinistæ illis non committunt exiguam vrbem, Catholici illis tradent vniuersum regnum? Si Caluinistæ eorum fidem Caluinianam in tot quæstiones vocent propter breuem in vrbe moram, an Catholici non multo magis dubitabunt propter perpetuum in eorũ opes, & corpora, & animas Imperium? Maxime quum illi ipsi iam pridem testati sint se nolle promissis & iuramentis suis obligari? & eorum euangelio tam est naturale & ingenitum vbi de religione cum Catholicis agitur, decipere, fallere & fraudare, vt sine hoc articulo nemo verus & absolutus Caluinista esse poterit? Ergo Caluinistæ si aliquid humanæ indolis habeant, ipseque adeo Nauarræus & Nauarristæ si homines sunt cõmuni intelligentia præditi, & non nimis à suis affectionibus victi præcipitesque acti, ne molestè ferant Catholicos esse timidos & suspicioſos de eorum integritate, priusquam Caluinianis fratribus meliorẽ de se opinionem impresserint.

Vide la Val à pag. 844 vsque ad 854. & 833. &c. Ibid. fol. 846. 847 &c.

15. Deniq; vt à Caluinistis & hæreticis principib. 15

huius temporis ad omnium temporum principes hæreticos & sectarios ipsamque hæresis naturam transeam, illud vnum Catholici animaduertant velim, neminem fuisse aliquando principem hæreticum alicuius hæresis contagio infectum, quin etiamsi erga Catholicos aliquo tempore beneuolentiam simulauerit, eam tamen in immane odium conuertit, vt primum Catholicos euertendi & sectarios suos promouendi oblata fuit occasio. Quod eo magis dico ne quis Catholicus Caluinista cauilletur hæc me temere ad istum principem calumniandum effundere, & hanc hypocrisim illi facere peculiarem, quæ quidem est illi cum omnibus fere antiquis regibus qui heresim aliquam serio professi sunt communis, & quod non solum ex impijs hæreticorum moribus, sed ex ipsa quoque hæresis natura fluit & manat. In eccles. primitiua à fide Christiana ad hæresim primò, & deinde ad Gentilismũ defecit Iulianus Apostata. Quum autem iam animo plane Gentilis esset, quis tamen fuit eo simulatę & ad aliquod tempus clementior? Qui etiam tum cum Gentilismum augere *acri studio moliebatur, omnes qui propter religionem regnante Constantio exulabat reuocauit, populóque præcepit ne quis quenquam Christianum vel iniuria afficeret vel contumelia, nêue ad immolandum inuitos traheret.* Et tamen cum hac simulatione magis nocuit ecclesiæ, imo atrocior fuit tyrannus quam uel Maximianus, vel Diocletianus, vel aliquis antecedentium Gentilium tyrannorum & postquam plene rerum potitus est horribilius quam illi vastabat Christianorum fidem. Quid Valente Arriano ad extremum vitæ diem tetrius, & ad Christianos opprimendos peruicacius? qui omnia genera hæreticorum, ipsos etiam Paganos suis frui nefarijs sacris permisit, solis Catholicis Catholicam

Apologie Catholiq.

Hæretici principes omnes natura Catholicis infesti & infidi.

Sozo. libro 5. cap. 5.

Nazianz. orat. 1. in Iulianum.

Supra pag. 133. 134.

licam religionem interdixit? Et tamen hic aliquando quum sibi putaret commodum, Catholicis *clemens fuit & humanus*. vsque eo vt ad optimorum episcoporum pedes se abijceret, & D. Basilij quem postea crudelissime vexabat, preces, opem, & beneuolentiam magna humilitate exposceret. Anastasius Imperator quoties simulabat & dissimulabat, iurabat & peierabat, nec tamen vnquam hæresim suam propagare & fidem Catholicam labefacere destitit, donec cælesti fulmine extinctus est. Hæc Catholicæ fidei & ecclesiasticæ vnitatis ad tempus simulatione Hunericus rex in Africa, & Vittiza rex in Hispania reges Arriani valde attriuerunt Christianos: Ioannes in Anglia & Henricus arq; Fredericus in Germania schismatici grauiter oppresserunt Catholicos, & maiora prouincijs illis importarunt damna quam aperti & externi hostes vnquam inferre potuerunt. Nonnulli Græcorum Imperatores hæretici eandem viam ingressi sunt, in quibus singulis ne insistam, fortasse ea generalis est regula & quæ nullam exceptionem patitur, Si quis vlla ætate Princeps derelicta fide Catholica hæresim quamcunq; serio amplexus est is deinceps fœderum & promissorum quæ cũ Catholicis pepigerat nullam rationem, curam nullam habuit, sed fidẽ suam quibuscunq; datam, & quacunque religione deuinctam inflexit, variauit, & commutauit ad sectę & sectariorum suorum commodum: quod longo catalogo veterum hæreticorum, & non minus prolixa serie nostri temporis hæresiarcharum promptum esset ostẽdere, & haud scio an vel vnica opponi potest huic regulæ generali exceptio. Et quid aliud ab eis expectandum est quos spiritus sanctus per Apostolum suum iterum atq; iterum descripsit fore *ingratos, scelestos, sine paci,*

Nazian. orat. in laudem Basilij

Regula generalis de regibus hæreticis.

Ro. 1. 31. 2. Corinth. 3. 3. Supra cap. 4. ¶. 6. pag. 176. &c. Matth. 7. 15.

absque fœdere: quos ecclesia à spiritu sancto instructa semper numerauit inter *infideles*, & æstimauit *infidelium* pessimos & nequissimos: quos Christus prædixit venturos in *vestimentis ouium*, omnem nimirum suauitatem & mansuetudinem quasi simplicitatē & balatum ouium præferendo, intus autem fore *lupos rapaces*, qui vt primum ea hypocrisi & ouinæ vocis imitatione caulas fuissent ingressi, credulas oues erant mactaturi & crudeliter dilaniaturi: quos ipsa hæresis natura vi sua & necessitate quadā impellit ad exorbendum Catholicorum sanguinem, quos ipsa hæresis necessario facit perfidos & fœderifragos, qui quum fidem in ecclesia per baptismum & sacramēta datā Christo Domino fregerint, quis sanæ mentis putet eos esse posse Christianis Christi seruis fideles? Quamobrē quamdiu Nauarræus aperte est Caluinista & Catholicorū hostis, tam diu aperte est lupus, sine aliquo inuolucro dominicio uilis prædo est & persecutor manifestus. Si (vt iam à suis ministris edocetur) lenitatem prætendit & æquabilem non minus fidei Catholicę quam Caluinisticæ defensionem, neq; velle se *conscientiam cuiusquam premere* (quæ erat Anglorum, & Flandrorū, & Scotorum ante stabilitam tyrannidem suam vulgaris cantilena) ita quoq; est lupus *sed vestimentis ouium* indutus, à quo non minus quam à priori cauere iubet Christus. Quod si Catholici Galli nec his tam perspicuis oraculis Christi & Spiritus sancti, nec antiquis hæreticorum principum factis, nec nouis experimentis & vulneribus istorum Caluinistarum in Scotia, in Anglia, in Flandria & Germania, potissimum in Francia quæ adeo recentia sunt, & adhuc copioso sanguine manant, & in oculos eorum incurrunt, & in tot vrbium suarum, templorū, arcium, conciuium tota Gallia vastationibus, sacrileg[iis]

Conclusio vera & notanda.

In edicto à S. Clou, mense Augusto, anno 1585.

Matth. 7. 15.

crilegijs, ruinis, incendijs, & stragibus perspiciuntur edocti cauere volunt ne Caluinisticum iugum suis ceruicibus imponi patiantur: si deinceps sub eo iugo gemant, si spolientur, si profligentur in exteras regiones, si (vt in Anglia) Nobiles propter vnicam Missam auditam euersi bonis omnibus carceribus includantur, si propter confessionem fidei Catholici securi carnificis ceruices suas tanquam perduelles cogantur præbere; denique si cædantur, si iugulentur, si dissecentur in partes, & ad portarum fastigia pascendis coruis eorum membra suspendantur, quod est in Anglia vsitatissimum, & quas Anglorum leges in Galliam traducendas istorum principum antecursores Ministri & scriptores Hugonotici, omniáq; Nauarræi dicta, facta, mores, & in regno Biernensi leges acerbissimæ contra Catholicos & Catholicam religionem positæ, clarissime & euidentissime præsignificant: si in hanc vicinorum suorum tyrannicam & corporis & animæ seruitutem cadant Catholici Gallicani tot documentis ad sibi præcauendum frustra admoniti, quis tandem eorum conditionem dolebit, quis calamitatem & miseriam lamentabitur?

Conclusio ad præcipuas quasdam familias & Ordines regni Gallicani.

CAPVT XI.

1. *Quamuis homini externo optandum sit hæreticum effici Galliæ regem, ex quo sequutura est eiusdem regni in varias partes distractio, & principibus vicinis ditionum suarũ amplificatio: tamen homo Christianus propter ecclesiæ fideique Christianæ bonum magis debet eius conseruationem sub*

vno iusto rege desiderare, quod Nauarræus certo certius euersurus est: ad quod vt asperet, nulla ei vel diuinitus vel humanitus suppetit ratio.

2. Comparatio regni Gallicani hoc tempore quoad regem nuper cæsum & successorem ab eo designatum Nauarræum cum Imperio Rom sub Imperat. Constantio, & eius successore Iuliano Apostata, Detestatio Henrici Valesii qui Catholicam religionem præ se ferens tota vita sua, talem tamen reliquit successorem eiusdem fidei hostem & euersorem, vt Constantius Arianus Iulianum Apostatam.

3. Hortatio ad Nobilitatem Gallicanam & inprimis ad Familiam Borboniam deficere iam & ruere incipientem, vt in maiorum fide Catholica persistant, ad regem suum Catholicum Carolum Borbonium se adiungant, & maculas per nouos familiæ suæ hæreticos ipsorum antiquæ & hereditariæ gloriæ aspersas eluant.

4. Laus Familiæ Guisiæ quod perpetuò sit fueritque Catholicæ fidei studiosa propugnatrix, id quod in vltimo Henrico Duce Guisio fratribúsque eius maximè eluxit, quo præcipuè zelo & verè Christiana fortitudine probant se genuinos Caroli Magni posteros.

5. Ad Nobiles Catholicos Nauarræo & hæreticis unitos. & quicunque Nauarræi factionem sequuntur eúmque in solio Gallicano statuere laborãt, vbi primò ostenditur quã grande coram Deo peccatum sit Catholicos cum hæreticis istorum more consociari.

6. Quod hæretici eorũ opera vtentur ad hæresim suam in Galliam stabiliendam, & deinceps eos tanquam proditores horrebunt. & si cõmodum vel statuti vel religioni Caluinianæ videbitur, occident: vti fecit in Anglia Henricus octauus & eius filia Elizabetha erga istiusmodi Catholicos.

7. Idem omnino factum est ministrorum potissimum instigatione in Scotia contra Scotos Catholicos. hoc eodem modo hæresi illic introducendæ hæreticis inseruientes.

8. Idem prorsus eodemq; modo factum est ab Aurangia & suis

& suis in Flandria, vbi Flandrorum Catholicorum coniunctio & consociatio cum Aurangio simillima consociationi Gallorum Catholicorum cum Nauarræo & Caluinistis Gallis particulatim explicatur: vt ex illorum fœdo euentu horũ par exitus certissimò poterit præuideri. Estque verè contra naturam hæresis, antiquam Nobilitatem Catholicam ferre vigentem & florentem, quando eam potest succidere & exterminare.

9. Ad Clerum Gallicanum, qui nisi planè sint homines & Athei & stupidi, quique omnem proiecerũt curam & Christi & sui ipsorum: necessariò debent vel Christi vel sua causa diligentissimè contra Nauarræi regnum laborare.

10. Ad ciuitates & populum Gallicanum vniuersè qui præter detrimenta ipsis cum reliquis communia certo sibi polliceantur bonorum suorum per regẽ hæreticum interminatam ereptionem & spoliationem, id quod perspicuis experimentis Angliæ & Flandriæ futurum clarè demonstratur.

11. Ad proceres Caluinianos, vbi docetur æque manifestis experimentis Ministros eis arrogantissimè dominari & per procerum sanguinem regnum suum machinari, nec eos re vera magis proceres quàm rusticos æstimare, quin potius Nobilitatis Gallicanæ exterminationem moliri, vt democraticos magistratus quibus ipsi dominentur, inducant.

12. Conclusio continens varias rationes quare sperandum sit hunc Caluinianum Atheismum in Gallia non inueteraturum, maximè quia eius horribilem impietatem iam olim degustarunt Galli: quemadmodum olim Christiani quum sub Imperio Iuliani experti fuissent Gentilium Caluinistis simillimorum feritatem, nunquam postea alterũ Gentilem Cæsarem ferre voluerunt. Simul ostenditur Francis multo fore & apud Deum & apud homines glorioſius sese omnibus belli molestijs exponere etiam cum certo vitæ discrimine (qui tamen magnam & penè certam de victoria consequenda spem iure possunt concipere) quàm hæretici regis iugum ferre. Quod si secus fecerint, nulla est adeò ex-

trema miseria & calamitas quæ non illos suo merito inuoluat & obruat.

I. VErum his omnibus miserijs & periculis à Catholicorum iugulo auertendis quem ego liberatorem, quem reip. Gallicanæ in his angustijs positæ seruatorem, his tam varijs hæresum & hæreticorum monstris quem exterminatorem, quem alium tanquàm Herculem ἀλεξικακὸν aptius appellem quam ipsum Gallorum regem Carolum optimum & prudentissimum, eum quem reipub. huius patrem vetus regem institutio, & Christianarum legum custodem maiorum exempla, & religionis vindicem ipsius virtus & multis operibus testata sanctitas, & hæreticorum hostem regale ius sanctissimumque hoc fœdus ab eo inchoatum, & horum malorum omnium medicum atque depulsorem diuina scripta, & ecclesiasticæ leges, & particularia regni huius iura, ipsiusque inprimis zelus & pietas, plurimæque pro fide Catholica contra suam ipsius hæreticam stirpem susceptæ dimicationes atque pericula efficiunt atque designant. Et quanquam si multorum Politicorum more illud tantùm circunspicerem quod patriæ & principi meo expediret, suaderem Nauarræum *condemnatum hæreticum* admitti Galliæ regem, ex quo probabile esset subditos Coronæ illius quum nec diuino iure, nec humano, nec vlla conscientia hæretico tali obedire teneantur facile in varias factiones distrahendos, faciléque aliorum vicinorum principum imperium accepturos, vnde Burgundica domus inter alias non magno negotio recuperaret quæ in Burgundia, Campania, & Picardia morte Caroli vltimi Burgundorum Ducis amisit: tamen quia non tam quid vtile sit Burgundico

Carolus Borb. rex.

Hostis Galliæ optandus vt Nauarr. rex Galliæ fiat.

nomini

nomini quam quid sit vtile reipub. Christianæ expendo, nec in meipso tanti vel sanguinem Burgũdicum vel mei regis gloriam, vel patriæ amplitudinem, quàm Christi fidem, religionis integritatem, æternam animarum salutem, totius ecclesiæ Christianæ & Catholicæ bonum considero: Deũ Opt. Max. ex animo precor vt Galliæ veteris sui Imperij terminos latissimos conseruet, modò tamen Gallia veteris suæ fidei possessionem non deserat. Sin verò Gallia à maiorum suorum Catholicorum fide discedat, tum ego Galliæ non tantùm *pro vno sex reges exopto*, vt olim Dux noster Carolus, sed etiã decem & decies mille si fieri posset, omnibus nimirum vrbibus suos separatim reges & regulos imprecor: vt quemadmodum Galli quoad spiritualem obedientiam ab ecclesia Christi Catholica nefario schismate & hæresi se diuiserunt, ita quoad temporalem subiectionem ipsi à se inuicem dissocientur & separentur, quò talibus factionibus tanquam verberibus & plagis à Deo inflictis correpti videant & emendent errorem quem verbis & salutari pastorum suorum adhortatione admoniti videre & corrigere noluerunt. Quanquam autem tãtum ego mihi non arrogo, vt putem me rationes demonstrare posse quemadmodum hæc Gallię vulnera sanentur, quæ post tot & bellorũ & pacificationũ pharmaca adhibita, semper tamẽ vigent, & nũc magis quã antea recrudescũt, & peritissimorũ atq; per bonorũ medicorũ arte manuq; indigent: & plurimũ exercitati in negotijs politicis cõsiliarij vix fortasse quid optimũ sit diuinis suis ingenijs explicare possunt: tamen prẹmonere quid vniuersalem quandam reip. & religioni ruinam sit allaturũ, hoc non tam singularis medici aut perspicacis est consiliarij, quam mediocris è cõmuni turba viri & vulgaris

Cominæus Comment. lib. 4.

Hæresis certa Galliæ ruina.

vulgaris Christiani. Etsi enim solius medici est apta singulis morbis medicamenta apponere, tamen cuiuscunq; hominis est scire aconitum, cicutam, venenum suæ sanitati esse aduersarium. Et licet doctissimus tantùm theologus hæresim quamq; suis proprijs Scripturarum, & Conciliorum, Patrumq; antiquorum locis theologicis nouit refellere: tamè hæreticum esse deuitandum, cum eo non esse familiariter versandum, multò minus ei tanquam regi cum humilitate & reuerentia parendũ, hoc simplicis Christiani est tanquam verissimum certa & sincera fide credere. Quare & medicis sua, & consiliarijs sua, & sua item theologis priuata artis argumenta relinquens: quod & consiliarijs, & medicis, & theologis est ex æquo cõmune, & quod ex veteri orbis Christiani experiẽtia cuiuis è populari turba christiano est perspicuũ, id vnum vrgeo: non posse vitari præsentem Galliæ interitum & dissipationem, siquidem damnatus ab ecclesia hæreticus ad eam regendam assumatur. Quod cùm suprà fuse iterum atque iterum probauerimus, non satis admirari possum qua fiducia subnixi Caluinistæ suæ factioni regnum illud tam superbe pollicentur. Ecquid enim populi Catholici fauore illud captant, quorum innumerabiles cætus non aliter quàm pecorum greges in suis illis cruentissimis rebellionibus trucidarunt? Aut Nobilitatis præsidio, è qua plurimos contra fidem datam perfide occiderũt, & reliquos omnes tanquam *regis Hispani pensionarios & Gallicanæ Coronæ rebelles* iam olim prædãnatos Monfalconi deuouerũt? Aut verò episcoporum & Cleri suffragijs fidunt, contra quos sæpenumero, maximè in prima rebellione se proprie sumpsisse arma iactarunt? & quos radicitus extirpandos tanquam idololatras & Euangelij hostes, Ministri Caluiniani perpetuò

Suprà cap. 5 6. 7.

perpetuò è pulpitis declamant, & imposterum vociferabuntur multò contentius? & è quibus quinquemillia in duabus primis rebellionibus mactata ostendunt infinitum numerum in tot reliquis seditionibus consecutis ab istorum furioso milite fuisse contrucidatum? Aut vlla suffragatione alicuius Catholicæ in repub. Gallicana partis se consolantur, cuius totius summo cum desiderio, plenissimis votis, in posterioribus istis Comitijs Blesensibus Nauarræus vt hostis patriæ, hostis Dei & religionis, vt hæreticus, & hæreticorum protector ab omni Gallicani imperij potiundi spe exclusus est? Ecquid verò aliorum in orbe Christiano Catholicorum auxilium sibi pollicetur, qui supremi Catholicorum omnium Pastoris censura se è Christianorum consortio & communione vt putridum & corruptissimum reipub. Christianæ membrum resectum & eiectum nouit? Ecquid Christi Dei omnipotentis numen in hac iniustissima & sceleratissima causa sibi propitium fore credit, qui tot millia ecclesiarum in quibus eius nomen purè colebatur euertit, qui per Ministros & Apostatas suos tot eius sacerdotes occidit, qui adeo horribilibus & nunquā antea auditis blasphemijs & quas non tam ex hominis alicuius quāquam flagitiosissimi ingenio quā ex ipsius Satanæ officina profectas fuisse certissimum est, diuinissimā Christi personam naturamque, vel qua ab æterno natus est ex Deo patre, vel in tempore ex sacratissima virgine matre, fœdauit & deformauit? & qui propterea eum nō minus quàm *Iudæum*, quàm *Ammonitem*, quàm *Moabitem*, quàm *Ethnicum*, quàm *Iudā traditorem*, quā *cultorem Dæmoniū*, quàm *canem*, quàm *irrationabile pecus*, aliquo inter Christianos munere indignum iam olim per Episcopos suos, per Confessores, per Martyres, per Pro-

Sup. cap. 7 §. 7. 8.

per Prophetas, per Apostolos in Concilijs episcoporum, in patrum monumẽtis, in sacris literis pronũtiauit? Quòd si ex his omnibus nihil opis potest expectare, si soli qui eius partes sustineãt superstunt hæretici, ijq; variarum sectarũ & maxime disparatarum, Caluinistæ, Libertini, Lutherani, Anabaptistæ, Trinitarij, Athei, & cum his eorum generalis Magister & antesignanus Satanas in cuius schola instruũtur, cuius spiritu inflantur, cuius numine diriguntur, & sub cuius vexillo contra crucẽ Christi militant: nunquid isti iam tandem de regno Gallicano disponent? An isti rempub. quæ tot seculis Christianissima permansit, Antichristianissimá suę Antichristianæ perfidiæ diabolicis Confessionibus efficient? Et quod nec Albigenses hæretici rexque Aragoniorum, illisque adiuncta plusquam centum hæreticorum & Saracenorum millia: nec ante eos Ariani cum suis quadringentis Maurorum & Mahometanorum millibus, & tribus potentissimis Saracenorum regibus poterant, id pauci Caluinistæ & Athei cum suo Biernensi regulo audent sperare, vel sola cogitatione concipere?

Dux Nazarristarũ.

Belforest li. 3. cap. 80.

2. 2 Et tamen ne secure tanquam in portu navigent Catholici, aliquid est nec id contemnendum ex quo Ecclesiæ reique publicæ Gallicanæ non leue discrimen imminere agnosco. Ita nimirum superioris regis impietate, confusa & permixta sunt in hoc regno plæraque, talis hæresi ianua aperta, & is hæretico ad regnum inuadendum patefactus aditus, vt mihi similes veterum temporum regnorúmque historias & rerum exitus intuenti, nisi magna domi forisque Christianorum cura & prouisio maturè cancro huic impediendo penitusque tollendo intendat; ne morbosa huius regni pars saniorem, pestilens integram, mortua viuam & valentem,

valentem, corruptissima nimirum Caluinismi lues sinceram Catholicæ fidei puritatem inquinet, vastet, & depopuletur, valde sit pertimescendum. Eadem nimirum prorsus est conditio regni Gallicani sub Henrico III. & isto Nauarræo, quæ erat Imperij Romani sub Constantio Ariano & Iuliano Apostata. Vtque Constantius inclinabat ad designandum Iulianum Cæsarem propter propinquitatem sanguinis (erat enim Constantij consobrinus) eadem fortasse ratio aut alia aliqua flagitiosior commouit Henricum Valesium vt Nauarræum suum esse vellet successorem. Habuit Iulianus ille Imperatoris illius sororem Helenam in matrimonio, quemadmodum item Nauarræus huius Gallorum regis sororem Margaretam vxorem duxit. Simulauit valde religionem Catholicam Iulianus, vsque eò vt *abrasa cute vitam monasticam* profiteretur: simulauit item egregiè Nauarræus vsque eò vt nihil ab homine valde Catholico posset requiri quod Nauarræus non præ se ferret. Constantius Iulianum quia sororium suum honoratissimæ Imperij prouinciæ, Galliæ videlicet regendæ præfecit. Henricus Nauarræo, sororio suo præcipuam eiusdem Galliæ partem similiter regendam tradidit. Iulianus postquam multorum Ethnicorum amorem suis fraudibus collegisset, *simulationem Christianæ religionis penitus deposuit, & singulas ciuitates peragrans, delubra aperire, offerre simulacris, se Pontificem appellare cæpit, Gentiles autem festa Gentilitia celebrare, &c.* Et Nauarræus vbi perdiu constantem egisset Catholicum, cùm deinde morte regis Caroli videret Caluinianam factionem paulò magis ingrauescere, simulationem Catholicæ religionis cum Iuliano penitus deposuit, Rochellamque, & Montalbanum, aliasque

Comparatio Constantij & Henrici Valesij. Iuliani Apost. & Nauarræi

Socrates lib. 3. cap. 1.

Socrates ibid.

aliasque Caluinianas ciuitates adiens, nefarios Caluini ritus & cænas rursus erigere, synagogas confirmare, seque earum protectorem & reuera Pontificem, supremum nimirum rerum sacrarum caput, præsidem, & moderatorem fecit. Iulianus quamuis ipse iam aperte Apostata à fide Catholica defecerat, quia tamen verebatur Catholicos, quorum magna erat in Imp. Romano potentia quam sub duobus Imperatoribus antegressus Constantino & Costantio comparauerant; promittebat Catholicis libertatem Christiano more viuendi & credendi, quam tamen posteà vafrè & veteratoriè, non quidem per se, sed per suos administros atque satellites auferebat. Nec aliter Nauarræus quia videt magnam esse Catholicorum in Gallia potentiam, illis non ab vno vel altero sed à sexaginta fere Christianissimis Galliarum regibus totaque repub. Gallicana attributam, idcirco & per se & suos ministros, scriptores & emissarios sæpissime inculcat, abominari se eorum crudelitatem *qui vim conscientijs inferunt, fidem esse donum Dei*, non esse regium sed tyrannicum *cogere homines ad fidem*, ideóque se non impedire, nec verò vnquam impediturum quin Catholici Christiano veterum maiorum ritu Christum venerentur. Quòd si aliquando Nauarræus eò quo aspirat peruenerit, certò nouerint Catholici has omnes Nauarræi pollicitationes eundem habituras effectum quem similia permulta similium Caluinistarum principum in Anglia & Flandria his proximis triginta annis, & tum in Romano Imperio illa Iuliani promissa habuerunt. Reliquas huius historicæ comparationis partes omnes aptissime cum nostro instituto cohærentes & sibi respondentes mutuò, vt item plurimas alias Nauarræi actiones in abolenda Christiana religione Iuliani illius scelestibus

Apologie Catholiq. part. 2. pag. 127. 209. 227

sceleribus partim similes partim longe nequiores, data opera prætereo. Hæc pauca tantam ostendunt esse similitudinem in illorum & istorum temporum historia, in illo Ariano Cõstantio & isto nescio cuius fidei Valesio, in illo Constantij successore Iuliano Apostata & isto Valesij iuxta illius designationem successore Henrico Nauarræo, vt non immeritò timeatur ne idem eueniat in Imperio Gallicano per impudentissimam nequitiam Henrici Valesij, quod tunc in Romano Imperio contigit per inconsideratam imprudentiam Constantij Ariani: ideoque facere non possum quin ad efficaciorem viuorum admonitionem, verbis D. Gregorij Nazianzeni vtar, & eodem modo Henricum hunc mortuum compellem quo ille Constantium defunctum affatus est. *Quid tibi accidit Constanti* (Henrice) diu quidem rebus contra hæreticos gestis florentissime, *quodnam hoc consilium suscepisti*, qui in adolescentia, Galliæ *prouincias per gyrum repurgabas, tyrannosque intestinos* Condæum, Colignium, *armis tibi subijciebas, ad quem legationes & supplicationes vndecunque*, ex Italia, ex Polonia, ex vltima Sarmatia Thraciaque *confluebant*, cui primo tuo ad regnum Gallicanum accessu Galliarum *populi ciuitatesque omnes*, non Catholicæ tantùm, sed ipsæquoque Hugonoticæ *partim iam dicto audientes erant, partim iam iam futuræ erant, vt in eodem timore essent omnes ij quorum expugnatio in spe posita erat ac si iam domiti ac in potestatem tuam redacti essent*: cùm in hoc esses fœlicissimo rerum gerendarum cursu, *quis dæmonum ad hanc deliberationem tibi irrepsit*, vt repentino quodam impetu & nimis obstupenda mutatione parta simul ac sperata decora euerteres vniuersa? *Quomodo magnam illam hæreditatem, Christianos intelligo, illud patris tui decus atque ornamentum*, nec patris

Nazian. oratio. 1. in Iulianũ.

tantummodo & aui, sed omnium abauorum & maiorum tuorum qui vel à Capeto, vel à Carolo magno, vel etiam à magno Clodouæo in Gallia ad hanc tuam ætatem regnauerunt, *quomodo gentem illam Catholicorum toto passim orbe lucentem, regale sacerdotium, multo labore multisque sudoribus* veterum Galliæ regum *auctum*, & pro cuius amplificatione & Clodouæus ille, & filius Childebertus, & Martellus, & Pipinus, & Carolus magnus, & Ludouicus Pius, & Philippus Augustus, & Ludouicus Sanctus alijque, tot in Oriente contra Turcàs, in Meridie contra Arabas, in Septentrione contra Hussitas & Normannos, & domi suæ in Gallia contra Albigenses bella sanctissimè fortissimèque gesserunt, *tam breui & exiguo temporis puncto, huic pesti atque furiæ* (Nauarræo Caluiniano) *tradidisti?* Atque ita omnia vel tua vel maiorũ tuorum clarissima tot sæculis parta trophæa eodem temporis momento perdidisti! Et quàm immensa est inter te ita facientem & illos glorioſos auos tuos (si tamen credibile est eos fuisse auos tuos, aut in tam impio & degenere tyranno aliquid extitisse veri & antiqui Francorum sanguinis) dissimilitudo? Illi nec in vltimis Galliæ finibus regem hæreticum ferre potuerunt & tu hæreticum vniuersi Gallicani Imperij constituis regem atque Monarcham? Illi cùm hæresim ex Gallia vltra Pyrenæos montes pepulissent, eandem nec in remotis illis oris potuerunt tolerare, sed montes illos cum suis Francis transgressi, multis prælijs hæresim illic confidentem repressérunt, & Catholicis Hispanis ad eam penitus extirpandam aperuerunt viam: & tu ab extremis montium illorum finibus hæresim in Galliam euocas, & in Galliarum totiusque Europæ ciuitate amplissima atque primaria Lutetia Parisiorum hæreticum vt solio & sceptro regali fiua-

Henric. Valesius quã contrarius priscu Gallia regibus.

gali fruatur collocas? Tum cùm Galliæ regis Childeberti soror Hispaniarum regi hæretico nupta, ab eodem propter fidem paulò indignius tractaretur,& ipse Galliarum rex cum frequentissimo Gallorum exercitu, generoso spiritu, non tam regni quàm religionis iniuriam vlturus in Hispaniam transmisit,& regem quanquam affinem & sororiũ in prælio occidit, abductaque sorore celebri cum triumpho in Galliam reuersus est: & nunc Galliarum rex multò quàm Childebertus ille potentior, sororem suam à subdito hæretico longè quàm Hispaniarum ille rex fuit inferiore, contumeliosius tamen haberi intelligens; vsque eo & suam priuatam, & regni, & religionis Christianæ iniuriam dissimulauit, vt non modò vitam ei permittere; sed etiam tanquam in improbitatis & impietatis præmium, Gallicanum regnum ei tradere voluerit? Neque aduertit homo humanitatis expers & vitæ communis ignarus, totusque flagrans vindictæ cupidine contra eum à quo nunquam vel facto vel dicto læsus erat, hanc regni Gallicani mutationem, qua à stirpe Catholica ad hæreticam Corona illa transferetur, ipsi longe turpiorem fore & infinitè magis dedecorosam, quam veterem illam qua sub Childerico Stupido ad nouam familiam deuoluta est? quando illic in repub. ciuili nullos aut non valde turbulentos motus, in repub. spirituali hoc est in ecclesia, nihil prorsus turbatum emersurum facile præuidebatur. Nunc autem & in repub. ciuili perspicuum erat cum hac mutatione multas factiones, multos intestinos tumultus, vrbium excidia, procerum cædes, nobilissimarum familiarum euersiones, veterum omnium legum, omnium dignitatum, honorum, iudicũ, iudi-

Quæ mala sequuntur in Gallia ex rege hæretico.

ciorum, tribunalium, Parlamentorum omnium, omnium Equestrium Ordinum siue Archangeli Michaëlis, siue Spiritus sancti (quem Ordinem potissimùm crebris & valde solennibus iuramentis se perpetuò conseruaturum & aucturum vir ille deuouerat) siue Melitensis contra Turcas militiæ, & quæ sunt eiusmodi Christiana militum instituta; eorum (inquam) omnium ruinam cum hac mutatione certissimò coniungi, vt quæ omnia Catholicæ religioni nituntur & fundata insistunt. In ecclesia autẽ nihil remanere potuit sani & integri, quoniam ex tota hac Caluiniana tragædia constitit, illic eijciendos & mactandos fuisse presbyteros & Episcopos, disturbanda templa, destruenda monasteria, conculcanda sacramenta, ipsam honestatis & castitatis professionem extinguendam, pellẽdos ex Ecclesia Apostolos & antiquos patres cũ doctrina sua diuina & cælesti, & eorum loco introducẽdos fœdissimos illos Apostatas, Lutherum, Zuinglium, Caluinum, Bezam, homines totos ab dominidditos & libidini, qui sordidam & luxuriosam doctrinam prædicarent suis moribus congruentem: vt taceam Christum Deumque ipsum e solio deitatis exturbãdum, beatissimam Trinitatem innumeris blasphemijs conspurcandam, singula religionis Christianæ capita horribili contemptu profonanda. Et potuit hæc vastitas vel in cogitationem venire regi Christiano, vt non totis artubus contremisceret? Vt non statim intimis sensibus ad eam impediendam commoueretur? Vt non consideraret se hoc facto effici non tam fratribus suis, patrique & auo, & omnibus Christianis maioribus, quam sibi ipsi hostem capitalem? Qui quæcũque à primis cunabulis contra hæreticos vel in pace prudenter, vel in prælijs fortiter, vel in Parlamentis

mentis prouide, vel in ecclesia religiose, vel cũ externis principibus, ad regni tranquillitatem regiè, sagaciter honorifice fecit, ea omnia hac tam infanda proditione funditus euerteret? adeò vt nec Cõdæus in bello Iarnacensi, nec Colignius in Iustitia Bartholomæana propter innumeras rebelliones, Henrici istius voluntate cæsus, magis Henrico isti quàm ipse Henricus sibi fuerit infestè aduersarius? Potuit (inquam) hæc de hæretico successore designando cogitatio in animum eius irrepere, vt non vnà secuturam nominis sui æternam infamiam, verorum Francorum tota posteritate odium, orbis Christiani execrationes, terribile Dei iudiciũ, sempiternas inferorum flammas tantam impietatem vindicaturas secum versaret & expenderet? Optimus & fortissimus idémque moderatissimus Romani in Hispania exercitus Imperator Cornelius Scipio vbi milites aliquot suos cum Carthaginensibus contra Romanos conspirare accepisset, concione aduocata ita scelus hoc detestatur, acsi nihil in mundo accidere potuisset prodigiosius. *Vos* (inquit) *milites Itali & Romani, Africam Italiæ, Carthaginem vrbi Romæ imperare velletis?* Quale hoc consilium vestrum, quæ mens, quanta fuit insania vt hoc moliremini! *Lapides pluere, & fulmina iaci de cœlo, & insuetos fœtus animalia ædere, vos portenta esse putatis? Hoc est portentum, quod nullis hostijs, nullis supplicationibus, sine sanguine eorum qui tantum facinus ausi sunt expiari possit.* Tantoperè vir ille horrebat, & contra naturam esse putabat, vt aliquid à Romano fieret in præiudicium Romæ, aliquid per quod Africa Italiæ, Carthago ciuitati Romæ dominaretur. At quanto horribilius est aliquid à rege non solùm Christiano, sed Christianissimo, & Christiana sacra tam deuotè frequentante, & ad ornandum

Liuius Decad. 3. lib. 8.

Christianissimum non vsitato regibus mitóque in speciem zelo noua & militiæ & disciplinæ Christianæ instituta sanciente hoc committi, ex quo perspicuum erat, & certò consequens erat, non quidem Carthaginem præpotentem & illustrem ciuitatem, sed Genouam vilem & omnium Galliæ rebellium, latronum, lenonum, adulterorum, sacrilegorum & sicariorum sentinam, imò in quam tanquam generalem cloacam totius Europæ impuritas continenter se exonerat: hanc Gehennam vrbi Apostolorum Romę & sanctorum metropoli Parisijs, hæresim Catholicæ fidei, nouitatem antiquitati, Synagogam Satanæ Ecclesiæ Christi, ipsum verè in membris suis Beelzebub Christo Iesu eiusque Apostolis & Discipulis & fidelibus quos ille per regnum Gallicanum *posuit ad ecclesiam suam regendam* episcopis & pastoribus dominaturum! Hoc quidem tanto est illa Romanorum cum Carthaginensibus coniuratione portentosius, quantò apud Christianum hominem aurum luto, cœlum terræ, æternitas mortalitati, Christus Romulo, Roma sancta Christique & Apostolorum & sacrorum omnium Sedes, eidem Babylonicæ idolorum & superstitionum omnium cultrici, hoc est quantò sempiterna in cœlis cum Christo corporis atque animæ salus paucorum dierum in hoc mundo fallaci gloriæ est anteponenda. Vt nihil plane mirer si iustitia diuina sanguine istius tyranni iampridem hic cæperit expiare, qui longe alio modo, longe alio *mortis secundæ* genere infinitum illud peccatum alibi plenius est expiaturus: quod etiamsi secum immensam trahat malorum Iliadem, etiamsi densissimè conserta contextámque miseriarum, calamitatum, cædium & sacrilegiorum seriem in dies singulos pariat, ille ta-

Genoua.

Act. 20.

Apoc. 21. 8.

ille tamen malorum omnium fluctus vel Oceanus qantuscunque est, non tam Henrico Nauarræo manifeste hæretico, quàm Henrico Valesio ficte & nequissime Catholico attribuendus est. Si enim Angli hæretici ab Hugonotis in Galliam vocati, & in Galliæ vrbes recepti Galliam deinceps spoliauerint, ecquis propterea vir sobrius non Hugonotas magis quàm Anglos criminabitur? Quis Romani in Italia Imperij interitum potiùs Narsæti Longobardos accersenti, & Gotthorum in Hispania regni excidium Iuliano Comiti Saracenos inducenti, quã ipsis Longobardis & Saracenis non imputat? Si pastor patefacto ouili lupum in gregem ouium immittit, ecquis lupum oues mactantem culpat & non potiùs pastorem qui lupum quem arcere debuit inuitauit? Angli nimirum hæretici in spoliandis Gallis, & Longobardi in vastando Imperio Romano, Saracenique in destruendo regno Hispanico, vt item Caluinistæ in excindenda ecclesia, faciunt quod est hostium, quod est talium Anglorum, Longobardorum, Saracenorum, & hæreticorum. At qui Galli Anglos, Romani Gotthos, Hispani Saracenos, Catholici hæreticos tanquam pastores lupos ea potestate armant qua possunt vel patriam singulorum vel ecclesiam vniuersam depopulari, ijs propriè tanquam causis efficientibus, tanquam authoribus, tanquam architectis, malorum consequentium causa est imputanda, ijsque propterea & viuis & mortuis omnes diræ, omnes vltiones, omnia anathemata & humanitus & diuinitus sunt imprecanda. Et hoc tempore regibus tale quippiam machinantibus minus quam infimo cuique è promiscua plebe, exemplo Nazianzeni, Chrysostomi, Athanasij, aliorumque

Henricus Val. vera causa omnium Galliæ malorum.

Supra cap. 8. §. 1. sanctissimorum tum prophetarũ, tum primitiuæ ecclesiæ Doctorum parci debere Christiana & pietas suadet & libertas iubet.

3. 3. Sed paulò longiùs quàm volebam, istorum temporum, actionum, & Rerumpublicarum, Constantij Ariani & Henrici Valesij, Iuliani Apostatæ & Nauarræi Caluinistæ, Imperij Romani & regni Gallicani similitudo, rerúmque ab isto peruerse Catholico contra veros Catholicos nefarie gestarum indignitas prouexit orationem meam, quæ quoniam hoc tempore nimis est seria, quanquam vt mihi videtur Henrico valesio non minus iam mortuo quàm olim viuo tempestiua, qui viuus non magis quàm mortuus ad omnes sanas admonitiones obsurduit: tamen quoniam ille iam apud alium iudicem & tribunal mercedem suis dignam factis reportauit, vereor ne eandem cum Constantio Ariano & Iuliano Apostata, qui eadem cum illis via ad ecclesiam depopulandam ingressus est: eo apud inferos relicto, ad superos viuosque oratio mea redeat, ad Nobiles Gallos quorum post regem proximæ sunt in republica dirigenda partes, quibus diligenter inculcari cupio, vt loci & dignitatis quam tenent, reminiscantur: & non fucatis sed veris Nobilitatis officijs, non muliebribus choreis, sed castrensi disciplina, non ficta virtutis specie, sed solido Christi & ecclesiæ zelo, non vt impij Samaritæ *claudicando inter duas partes* (cuiusmodi homines? Solon legibus suis capitali supplicio affici præcepit tanquam communes omnium hostes) sed *rectè ambulando ad veritatis* & iustissimæ causæ defensionem, vti monet Apostolus Paulus, in reipublicæ salutem incumbant, Dei honorem stabiliant, seque non verbo sed re Christianos Nobiles ostendant.

Nulla vera Nobilitas sine vera virtute.

3. Reg. 18. 21.

Gal. 2. 14.

Recog-

Recordentur quod olim cecinit vir prudens,

Stemmata quid faciunt? quid prodest (Pontice) magno *Iuuenal. Satyr. 8.*
fastu & iactantia immanissima,

Pictos ostendere vultus
Maiorum, & stantes in curribus AEmilianos.

Si tu interim Æmiliani filius aut nepos nihil habeas Æmiliani simile.

Recordentur eius verissimi oraculi,

Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
AEacidæ similis, Vulcaniaq; arma capessas.

Excellentibus nimirum Achillis virtutibus instructus ad reipublicæ hostes domandos & familiam tuam honorandam,

Quam te Thersiti similem producat Achilles,

Qui solo maiorum splendore & honoribus contentus nihil aggrediaris excelsum, nihil magnificum, sed in sola maiorum vmbra acquiescens Thersitis & hominum rusticanorum studia sordidásque occupationes consecteris. Recordentur ciuilem Nobilitatem manare à ciuilibus virtutibus vulgarem hominum plebeiorum conditionem superantibus, à magna prudentia, à singulari fortitudine, à periculis pro salute plurimorum susceptis, à contemptu diuitiarum, à præclara & flagrante iustitiæ studio, ab eo quod quum homines plebei sua priuata lucra consectantur, illi Nobiles generosiori animo ad omnium vtilitatem & totius patriæ defensionem suas curas & molitiones conferunt. Recordentur Christianam Nobilitatem hoc præterea requirere vt ad has morales virtutes Catholicam fidem & vitam Christiano homine dignam adiungant, vt pro ecclesia Christi bella gerant, pro dilatanda fide Catholica labores nullos recusent, pro Christianorum, & Catholicorum, & ecclesiarum, & sacrarum

Cicero. Aristotel.

Ciuilis Nobilitas.

virginum conseruatione, contra aduersarios Christi, vel externos vt Turcas, vel internos vt hæreticos, quibuscuis periculis se exponant: & si in istiusmodi prælijs pro talibus causis mortem oppetierint, tum demum fructum & præmium Nobilitatis, æternam cum Christo principe & rege suo gloriam se assecutos sciant. Hæc veræ Nobilitatis descriptio & de veris Nobilium Christianorum officijs persuasio, induxit tot millia veterum Francorum, vt alij magno numero in Hispanias contra Arrianos, alij in Africam contra Saracenos, alij in Asiam & Ægyptum contra Turcas & Malaluchas contenderent, & solidam gloriam patris illustrissimis de hoste barbaro triumphis in Franciam importarent. Hæc eadem Nobilitatis descriptio omnes vniuersæ Christiani orbis Imperatores & Principes permouit, vt honoratissimum quemque Nobilitatis Ordinem instituentes, qualis est in Gallia *Ordo Sancti Michaelis*, in Burgundia *Velleris aurei*, in Anglia *Garterij*, in Sabaudia *Annunciatæ*, alibi *Sancti Iacobi*, *Sancti Stephani*, &c. eam semper & vbique absque exceptione apponerent conditionem, ita quidem hos suos equites fore Nobiles, si præter ciuiles virtutes, Catholicam quoque fidem tenerent integram & illabatam: à qua si ad hæresim qualemcunque prolaberentur, eo ipso statim euaderent ignobiles, coloni, agrestes, Thersite aut vilissimo quouis homũcione è vulgi fæce nihilo in republica Christiana præstantiores. Hæc erga vna & verissima Nobilitatis descriptio admoneat Nobiles Francos, & inprimis nobilissimam quondam Borboniorũ stirpẽ vt recolligant se, & vulnera familiæ suæ inflicta per istos ignobiles & à vera maiorum virtute & nobilitate degeneres Condæum & Nauar. qui nec

Nulla inter Christianos Nobilitas sine fide Catholica.

ciuilis

ciuilis nec Christianæ Nobilitatis vllum habent vestigium, nouis Christianæ nobilitatis actionibus curent, & nobilitatem veterem redintegrēt. Quanquam enim permulti eos plerosq; habent pro perditis & deploratis, & qui nō ita pridem multis impietatis & ingratitudinis operibus valde suspicioſa dederunt summæ ignobilitatis & sordidæ naturæ indicia; tamen quemadmodum de sanitate corporis humani nūquam penitus desperatur, etsi aliqua membra spiritu & tanquam vita carere cæperint, quamdiu cor quod est principium vitæ mouet & agitatur: non aliter etsi in multis Borboniæ domus membris euidentia præsentis mortis signa appareant, tamen quamdiu viuit cor, quamdiu principium, & corona, & fastigium viget, ille domus Borboniæ basis & fundamentum Carolus Cardinalis Borbonius, ille verus Francorum Melchisedec, verus rex & sacerdos, cujus & regia authoritas, & sacerdotalis dignitas, & vitæ sanctitas, & precum efficacitas, & personæ tam insignis excellentissima gratia atque Maiestas, tum apud Deum tum apud homines, & in alijs regionibus orbis Christiani & potissimum in regno Galliæ tantum valet & in dies magis magisque valebit; nunquam ego de Borbonijs conclamatum esse putabo, sed quamdiu spirant & Catholicorum nomen retinent, tamdiu eos ad Catholicum domus suæ regem, & patronum, & qui in eos omnes & singulos à primis incunabulis cum suarum fortunarum maxima iactura tam multa beneficia contulit, aliquando eos sese aggregaturos & sperabo & precabor. Quæ vnica est ratio nobilitatis eius retinendæ quam à maioribus acceperunt. Id enim si serio cogitant, ad id consequendum nunquā illi nouas semitas & obliquos tortuosósq; tramites circunspectēt, quando

Carolus Borbonius Rex.

veræ & antiquæ nobilitatis perpetuandæ nulla est ratio certior, securior, & exploratior, quam vt illa plana & directa via sequantur, qua maiores domus suæ authores & conseruatores antecessisse toti Galliæ notissimum est: hoc est inprimis arctissiméque sibi complectendam persuadeant fidem Catholicam ipsissimam nobilitatis Christianæ radicem, sine qua vt dixi, legibus siue Gallicanis siue omnium in Europa regnorum Christianorum nemo nobilis est: hancque fidem contra omnes eius hostes quocunq; nomine vocentur, & quocunque cognationis gradu sibi iunctos, defendendam statuant, & quo turpiorem Familiæ suæ labem ab istius fidei desertoribus inustam intelligunt, eo ipsis contentius elaborandum est vt hanc maculam sua virtute eluant, atque ita veterem splendorem instaurent. Defigant oculos suos in S. Ludouicum regem quem non sine iniuria familiæ suæ authorem prædicant & gloriantur, qui tam prudenter, & iuste, & diuine regnum Galliæ suo tempore administrauit, vt populus eum appellauerit, isque se *populo* præstiterit *patrem, nobilitati principem, legibus tutorem, religioni protectorem, toti Franciæ verum regem*, omnibus nimirum virtutibus plene instructum qua regem & virum vndequaque nobilem efficiunt; tanta fortitudine & vitæ huius despicientia, modò interim solidam gloriam adipisceretur, vt hostes acerrimos & copiosissimos nihil pertimesceret, belláque cruenta & periculosissima non grauate susciperet, sed contra Turcas non contra Christianos, contra hæreticos Albigenses, non contra Catholicos Parisienses in Ægypto oppugnaret Saladinum, in Africa Mauros, Tunetem, Damiatam, ciuitates infidelium, non in Gallia Angolesmum, Pictauum, Rhotomagum, Parisios, ciuitates Catholico-

S. Ludou. radix domus Borbonia.

M. Haillan de l'estat de France. lib. 1.

Nobiles actiones S. Ludouici.

tholicorum. Liberalitatem item & magnificentiã ostendebat non in conducendis militibus peregrinis qui direptas ciuitatum & ecclesiarum Gallicarum opes in Germaniam aueherent, sed in extruendis Xenodochijs & sacellis, quorum plurima tota Gallia partim à fundamentis erexit, partim collapsa reparauit. Neq; vero opes suas comparauit conflanda ecclesiarum supellectile sacra vt olim Iulianus Apostata, & nuper isti principes Euãgelici, neque extraordinaria tributa plebi imponendo; sed patrimonium regale rectə & prudenter disponẽdo & vsitata solum priscis temporibus vectigalia percipiendo, eaque dispensando moderate. Deniq; religionem Catholicam ita colebat, & hæreticos ab Apostolica sede dãnatos ita detestabatur, vt & ipse bella contra eos tanquam sanctissima & iustissima libenter susciperet, & debellatum Tolosatium principem non prius ad pacificandi conditiones vllas admitteret, quam is fideliter promitteret iurarétque se è ditione sua hæreticos quoscunque *nulla habita ratione sanguinis aut necessitudinis* exterminaturum. Hæc inter alia D. Ludouicus Borboniæ domus & nobilitatis sator; posteris suis reliquit suæ cognationis & nobilitatis insignia, & his virtutibus se maxime nobilitatum rex ille prestantissimus arbitrabatur. Has virtutes ab eo traduxerunt illius ad hanc vsque ætatem posteri. Hæ virtutes in Roberto S. Ludouici filio Comite Claromontano, in nepote Ludouico primo Duce Borbonio, & reliquis deinceps successoribus emicuerunt: & eisdem præclarissimis virtutibus illustrissimus Cardinalis & Christianissimus rex Carolus Borbonius hodierno die verissimus Sancti Ludouici & quoad sanguinis, & quoad pietatis, & quoad sceptri, & diadematis Gallicani successionem hæres suis gentilibus

Supra pag. 370.

tilibus tanquam clarissimum sydus minoribus stellis prælucet. His virtutibus quicunque caret, & contrarijs hæresis, rebellionis, perfidiæ, antiquissimarum Galliæ & Sancti Ludouici legum contemnendarum vitijs inficitur, non minus stupide se iactat nobilem Borbonium, & D. Ludouici eiusque filij Roberti agnatum, quam Iudas vocet se Apostolum Christi, aut Turca vel Saracenus infidelis appellet se filium Abrahæ, ex cuius semine non minus quam iste ex sanctissimi Ludouici stirpe est oriundus. Hoc ergo cogitent; hoc animo versent, hoc serio meditentur omnes illi honoratissimi tam sancti regis posteri: & quo sunt regio stemmati & nomini propiores, quo magis sunt populo & reipublicæ Gallicanæ deuincti, eo sincerius regi vero contra ecclesiæ, reipublicę & religionis hostes opem ferant; ad eum liberandum sanguini suo ne parcant, liberatum consilio iuuent & ad excindendam hanc hæresis Hydram suas vires omnes communicent, sicque regalem Borboniorum sanguinem à fœdissimo contagio & veneno quo per hos hæresiarchas & adulterinos Borbonios aspersus est, egregijs iustitiæ, fortitudinis, constantiæ, & Christianæ pietatis actionibus vindicent. Et cum in annalibus regnorum eximia cum voluptate aduertunt ex Borboniorum domo & radice effloruisse plurimos principum & regum in Europa familias, cum hac stirpe vtpote glorioßissima, & à tam admirabili Sancto trahente originem, se coniugasse Flandriæ, Hannoniæ, & Brabantiæ principes, Duces Gueldriæ, Lotharingiæ, Sabaudiæ, Bauariæ, Britanniæ, Lucemburgi, reges Nauarræ, reges Aragoniæ, reges Castiliæ, Cypri, Hierusalem, Siciliæ, Bohemiæ, & sæpenumero reges Franciæ; ex hac familia emersisse doctissimos

Belforest. in Annal.

Borbonia domus alum clarissima.

atque

atque integerrimos Archiepiscopos & Cardinales, ex hoc genere tanquam ex equo Troiano exijsse fortissimos Duces, Admiralios, Conestablios, magnos Galliæ Magistros, clarissimos & optimos militiæ imperatores, quorum in Gallia contra Anglos & Burgundos, in Italia Mediolani & Neapoli contra Italos Germanos & Hispanos res gestæ omniũ historicorum monumentis celebrantur; tum vna meminerint ex illis omnibus neminem fuisse hęreticum, neminem Caluinistã, neminẽ qui nõ in Ecclesiæ Catholicæ vnione & Christianorũ omnium cõmunione Catholice vixit & Catholice expirauit. Quodq; de fœminis domus Borboniæ à primo eius ortu obseruant historici (& est quidem honorifica memoria & obseruatione dignum) *difficulter etiam antiquitus reperiri sanctiores fœminas quam quas produxit familia Borbonia, è quibus plurimæ se vouerunt Deo, & Magistræ fuerunt religionis atque pietatis in ædibus virginum sanctarum, inter quas effulserunt non aliter quam Sol inter sydera, idque eo tempore quo sæculum hoc corruptißimum spißis impuræ vitæ tenebris Galliam obscurauit:* id ipsum in viros ad hanc vsque ætatem non minus vere accommodari poterat. Si enim à Ludouico Claromontano primo Borboniæ Duce quem propter illustria facta *Magnum* cognominarũt, ordinata successionis serie ad Nauarræi patrem Antonium, vel vltimum Monpẽserij Ducem Ludouicum descenderis, nusquam opinor plures reperies principes & laicos & ecclesiasticos cósque excellentibus Christianæ pietatis operibus perillustres, quam hæc familia potest enumerare.

Belforest Annal. lib. 4. cap. 35.

Surnommé le Grand.

4. Et tamen hac ex parte familiæ Guisianæ heroicum genus illis exæquare vel etiam anteferre nõ dubitem, quod nomen suum ab hac Antichristiana Apostasia seruauerũt purius & incorruptius. Neq; hoc

4.

hoc ipsos Borbonios molestè laturos arbitror: vetustissimum certe illum, S. Ludouicum hocidem præiudicata sententia iam olim pronuntiasse scio. Neque vero ad laudem Borboniorum gloriosius est quod de eorum pietate superioribus temporibus historici annotarunt, quam ad Guisiorum gloriam æque magnificum est quod nostra memoria de eorũ auo Claudio ijdem historici non minus fideliter cõmemorant; quũ ist. Euangelismus iam in herba esset, contractóq; hæreticorũ vatto exercitu è Germania in Galliã irrũpere niteretur & in regni finibus ab vitatis sacrilegijs confringendi imagines demoliendi altaria, euertendi ecclesias, occidendi presbyteros inciperet, tum Ducem Guisium Cãpaniæ & Burgundię gubernatorẽ, coniunctis prouinciarũ illarũ præsidijs cũ fratre Antonio Duce Lotharingiæ, hæreticos illos quanquã Catholicis sexcuplo plures viriliter inuasisse, & eorum plusquam decem millia trucidasse, pauciss imis è Catholicorum militum numero desideratis: atque ita eo primo tempore hæresim à Gallia ingredienda repulisse, eamque ita stirpitus excidisse, vt nec in confinijs radices agere permitteret. *Quo facto inquiunt historici domus Guisia videtur iecisse fundamenta defendendi ecclesiam Catholicam contra furorem hæreticorum, in quo constanter ad hunc vsque diem perseuerauit.* A quo tempore nemo eius propaginis vel vnus hæreticus fuit, aut hæreticis magis magisque pullulantibus fauit: nemo qui ab ecclesiæ defensione opem suam subtraxit, singuli in Catholica fide ad extremum vitæ spiritum constantissime manserunt. Pro hac fide filius eius Franciscus in cruento Dreusiorum bello fortissime dimicauit, & prostratas regis sui & simul Catholicæ fidei partes inuicta corporis atque animi magnitudine erexit & instauranit, & præpro-

Claudius Dux Guisius.

Sex pour um.

Belforest lib. 6. cap. 37.

Guisiæ domus ab hæresis contagio pura.

Franciscus Henrici Guisii pater.

præpropero cladis acceptæ nuncio deiectos regis, procerum, populique Catholici animos, inexpectata victoriæ fama opportunè superueniente refecit, & singulari iucunditate perfudit. Idem solita sua prudentia & virtute reliquias belli persecutus, capita infidelitatis Hugonoticæ Aurelijs obsedit, atque ita in arctum eorum coëgit copias, vt nisi aliqua ratione per fas aut nefas Dux Guisius è medio tolleretur, Caluinistæ putarint non tam de paucis rebellibus & ducibus Caluinianis, quam de ipso Caluinismo in Gallia conclamatum esse. Ideoque non magis Admiralij supremi Caluinistarum ducis aureis, quàm Bezæ summi eorum Pontificis persuasionibus inductus est execrabilis Pultrotus, vt Ducem illum vulnere reipub. Gallicanæ, Christianeque & Ecclesiæ & religioni Catholicæ luctuosissimo obtruncaret, vel potius è vita hac mortali ad immortalem gloriam transferret. Qui enim ab impurissimis hæreticis sacrosanctæ fidei hostibus pro eadem fide interfectus, tanta patientiâ & equitate animi ex hac vita decessit, cum ego nunquam dubitabo Martyribus Christi annumerare, & ab hac caduca & terrena habitatione sublatum Diuorum societati ascribere. Nec alter eiusdem filius Claudius Daumalius fratri huic in Catholica fide acerrimo stucio propaganda quicquam concessit. Qui postquam omnibus bellis contra hæreticos vita sua gestis, Dreusiorum, S. Dionisij, Iarnacensi, Mongõturano, summa cum laude & prestantis fortitudinis gloria interfuisset, multasque ciuitates ex hæreticorum manibus eripuisset, ad extremum in obsidione Rochellensi contra rebelles & hæreticos pro regno & religione est occisus. Vt autem reliqui fratres nihil se quicquam ab aui virtute degenerasse bellicis rebus tota vita probarunt, ita Carolus Car-

Dux Daumalius.

Cardinal. Lotharingus.

dinalis Lotharingus rebus pacis & togæ, legationibus ad Imperatorem regésque susceptis, fœderibus inter eos faciendis, ordinanda Ecclesia, lumine ingenij prudentiæque suæ, in particularibus Galliæ synodis, in Concilio generali Tridentino, in aliis magnis & arduis negotijs demonstrando, dignum tali patre filium, dignum talibus fratribus fratrem, dignũ & inuictũ se Gallicanæ Ecclesiæ columen, & peritum in illis turbulentis tempestatibus rectoré præstitit. Et quantum ille Marte, tantũ hic Minerua, quantum illi fortiter præliando, tantum iste solerter consulendo, quantum illi duces & præfecti castrenses robore viribusque, tantum multóque magis iste episcopus & dux Ecclesiasticus disciplina, sanctitate, ingenio, consilio, Ecclesię libertatem sustinuit, & pacem fouit, & hæreticorum conatus dissipauit, hęresisque immanitatem & effrænatum impetum valde repressit & imminuit.

Nam de nepotibus eius superfluum est verba facere, qui etsi quàm plurimis ijsque valde cruentis & admodum periculosis bellis interfuerint: tamen eorum nullum extitit, quod non est potissimum pro Christo fidéque Catholica contra æternos eius hostes Turcas vel Caluinistas laudatissimè susceptum & confectum. Quid enim à multis sæculis vidit Gallia pertinaciùs oppugnatum quàm ciuitatem Pictauiensem, quam Catilina ille Colignius tot septimanis continuò nocte dieque tormentis muros verberans, phalanges audacissimorum latronum per ruinas murorum immittens, omnem circumquaque commeatum diligentissimè intercipiens, tanquam fastigium & Coronam regni sui (vti appellabat) Guiennensis flagranti desiderio appetebat? Et quæ historiæ tacét Henrici Ducis Guisij vix tum pubertatis annos egressi prudentiam, pro-

Henricus Dux Guisius.

Anno 1568.

Pays de conqueste.

prouidentiam, animum terrore vacuum, in periculis alacritatem, in vigilijs & laboribus patientiam, in militibus solandis humanitatem, perdiuturnam non magis cum Admiralio & Caluinistis quàm cum fame & rerum omnium necessitate pugnam, aliásque diuinas virtutes in ea iuuenta planè incredibiles, nisi eas historici communes etiam Protestantici non tacerent, & multi tum præsentes & oculati spectatores rerum illic honoratissimè gestarum testes accederent. Quid ego alia eius facta contra hæreticos Gallos, expeditiones contra hæreticos Germanos, contra vtrosque stata prælia ad Iarnacum, ad Monguntorum, in Burgundia, in alijs Galliæ locis percenseam, quæ multò luculentiùs vulnera aduerso corpore facieque suscepta declararunt quàm vllæ oratorum linguæ aut historicorum calami? Quid postremam illam planè admirandam expeditionem qua fortasse à mille annis memorabilior facta non est, qua Dux ille familia sua paucis quasi domesticis amicis comitatus, oppugnatus & foris hostiliter ab immenso illo Germanorum & Gallicorum Hugonotarum grege, & domi insidiosè eóque periculosiùs ab illo Dei & hominum odio Hæretico Valesio execrabilis memoriæ rege, & in suis ipsius castris cùm vis belli ingrueret à permultis derelictus quos tyrannus ille ad eum prodendum & cum suis omnibus occidione occidendum (vt paulò ante nobilissimum Ducem Ioëuse) subornauerat, & postea in ipso belli committendi articulo auocauerat: in his tamen omnibus difficultatibus atque angustijs, & regis illius insidias singulari prudentia cauit, & cùm suis exiguis copiolis vastum illum Hugonotarum exercitum incredibili fortitudine & sagacitate fudit & cæcidit, eo factum omnium in

Poplin.

Anno 1587.

Gallica Catholicorum salutem, totius huius Imperij incolumitatem, totius Ecclesię Gallicanę vitam, fidem, & religionem, quam inuecto Caluinismo & Nauarreo rege Gallis imposito illi externi exercitus & domesticæ proditiones immutare atque tollere constituerant, firmauit & constabiliuit. Et tamen qui tota vita sua reipub. Gallicanæ adeò fuit necessarius vt sine eo respub. & Ecclesia ægrè viuere posse putaretur, is morte sua omnia prioris vitæ quamuis glorioſissimè peractæ clarissima facinora inexplicabili maiorum bonorum accessione longè superauit. Eius enim mors fratrisque Cardinalis Guisij excitauit Gallos regis sui hypocrisi simulatàque deuotione defixos & obstupefactos, propterea que nihil de periculo aliquo ipsis vicino laborantes, vt deinceps impias illius molitiones ad regni Ecclesiæque excidium intentas solicitius aduerterent. Eius mors peperit nobilissimarum totius Galliæ ciuitatum & prouinciarum confœderationem, de qua priùs permultæ nisi grauiter & permolestè audire volebant: huius autem morte quasi nouo diuinitus spiritu animatæ certatim amplectebantur. Eius mors diuina prouidentia ita disponente, vera & primaria fuit causa cur ille Gallicanæ & reipub. & Ecclesiæ, & omnis honestatis, omniumque bonorum cancer & pestes Henricus Valesius, qui omnes Gallię ordines, ciuitates, prouincias, Ecclesias, monasteria virorum & virginum, improbitate & Atheismo suo tanquam occulto quodam toxico corrupit & infecit, cuius vita mors futura erat Gallicanæ reipub. & ex cuius propterea morte longissima adhuc vita huic florenti regno sperari poterit, per illud singulare Dei organum è mundo tolleretur. Atque hac eadem ratione, Henrici Ducis Guisij vt vita & præsentia nobilissimam ciuitatem Parisien-

Mors Cardinalis & Ducis Guisij Galliæ quàm salutaris.

Iacobus Clemens.

Parasiensem militum prædationi & spolitationi destinatam superiori anno ex faucibus immanis tyranni suorúmque famelicorum luporum eripuit: ita hoc tempore cùm terribiliùs tyrannus idem illi ciuitati immineret, & Parisiensiũ sanguine suam immensam sitim, & Parisiensium ciuium bonis suarum hirudinum ingluiem exaturare statuisset, huius Henrici mors ciuitatem illam secundò conseruauit, & tyranno tyrannicisque eius administris vltimam de ea potiunda desperationem attulit. Denique Henrici Ducis & Ludouici Cardinalis Guisij mors effecit vt præter ciuitates & prouincias Galliæ, exterorum etiam principum Italiæ, Hispaniæ, Germaniæ animi multò quàm ante acriùs & intentiùs ad Galliæ salutem excubent & incumbant. Ita quod Christus de seipso suisque martyribus prædicat *granum frumenti postquam in terram cadens mortuum fuerit, longè maiorem quàm priùs fructum allaturum*: id in istis nobilissimis martyribus verum esse tota Gallia experitur. Neque verò mihi aut cuiquam Christiano dubium est, quin nunc quoque eorum vt charitas in Deo est multò maior, ita charitas eorum erga Ecclesiam Gallicanam multò est auctior: & quantò eorum gloria in cœlis est amplior, tantò eorum virtus hostibus Ecclesiæ est formidolosior. Hi enim *sunt duæ oliuæ, & duo candelabra, in conspectu Domini stantes, quibus si quis* blasphemando, & eorum sanctissimis actionibus maledicè detrahendo *nocere voluerit, ignis exiet ab illis & istiusmodi inimicos deuorabit*. Et si in veteri Testamento ad consolandum Iudam Machabæum istiusmodi prorsus bella cum Machabeo nostro Carolo Mayennensi contra diuinæ legis præuaricatores & Apostatas gerentem *apparuit Onias summus sacerdos vir bonus & benignus, manus* coram Dei tribunali *protendens*,

Anno 1588.

Ioan. 12. 24.

Apocal. 11. 4.

2. Mach. 15. 12.

& orans pro omni populo Iudæorum: quis dubitet quin Ludouicus Cardinalis, *vir bonus & benignus, & summus* Gallorum *sacerdos* idem ipsum nunc in statu Testamenti noui officium apud Deum multò pleniùs & efficaciùs exequitur, cum reliquis illis glorioſissimis Ecclesiæ Gallicanæ Apostolis & martyribus, Dionysio, Eleutherio, Photino, Nicasio, Eutropio &c. qui eandem Ecclesiam suis laboribus & sanguine fundauerunt, quam isti à multis hæreticis & falsis Catholicis impugnatam atque concussam, suis plurimis periculis & ad extremum fælici morte labentem sustinuerunt: & in medio cursu rerum pulcherrimè gerendarum periurijs nunquam ptiùs à condito (vt opinor) mundo auditis interfecti, fratri Carolo finem & tanquam fastigium operibus à se inchoatis & bona ex parte perfectis imponendum reliquerunt. De quo principe illud vnum mihi satis superque est dixisse, eum propter zelum, & pietatem, & fortitudinem bellicam, vitámque à prima infantia in bellicis expeditionibus consumptam, germanum esse Guisij fratrem, & fratrem magno illi Guisio heroica mentis altitudine & generositate simillimum, cuius etiam iuuenis multa clarissima facta quid ab eo viro expectandum erat egregio dederunt indicia, qui in Guienna omnia hæreticorum præsidia, arces, vrbes flumini Charento impositas, omniáque vicina propugnacula ad ipsa vsque Rochellæ mœnia tanta fælicitate & celeritate occupauit, regique Galliarum subiecit, vt ipsi Caluinistæ duces eius virtutem obstupuerint. Nec minori fælicitate biennio pòst multas Delphinatus vrbes ijsdem rebellibus detraxit & Coronæ Gallicanæ subiunxit. Sexennióque pòst longè plenioremde hæreticis omnibus victoriam reportasset, tum

Carolus Dux Maiennensis.

Anno 1577.

Anno 1579.

Anno 1585.

tum quum generalibus bonorum votis Catholici in Guiennam exercitus dux electus est, nisi regalis ille Sinon Valesius suis mirificis fraudibus & *Blesensibus* periurijs pulcherrima eius incæpta corrupisset. Et quid aliud ab eo expectandum erat, vel quomodo ille iam ætate maturiore Caluinistas & Catholicæ fidei regnique Gallicani hostes infestissimos in Galliæ visceribus ferre potuit, qui multò adolescentior contra Turcas eiusdem fidei hostes minùs graues, & regno Gallicano non admodum nocentes, suas vires cum alijs Europæ Christianæ principibus iunxit, & in ea sacrata contra Turcas militia prima ætatis suæ militaris tyrocinia & rudimenta posuit. Siquidem vt illorum alter Henricus cùm Turca Hungariam inuaderet, egregiam Catholicorum Galliæ Nobilium manum contraxit, & cum ijs ad Maximilianum Imperatorem in Hungariam profectus est, ibique Christianis contra Turcas fortem fidelémque operam impendit: ita quinquennio pòst cùm Pontifex, Hispani, & Veneti contra eosdem Christiani nominis hostes maximos terra marique, sed mari potissimum facerent apparatus, alter iste Carolus aliquot fortissimas Francorum Catholicorum (nam Caluinistam aliquem contra Turcam bellare pugnat cum Caluini Euangelio: & iuxta veterem parœmiam canis caninum non est, nec lupus lupinum) turmas colligens, Venetias contendit, quem Senatus Venetus honorificè excepit, & omnibus militum voluntariorum cohortibus qui ex Christiano orbe ad eam expeditionem magno numero confluebant præfecit, quod munus honorificè gessit & impleuit ad extremum vsque diem, quo plenam de immanibus illis fidei hostibus victoriã Christiani sunt a-

Anno 1567. Histoire de M. Pig. lib. 6. cap. 25. & La Val.

Anno 1572. La Val lib. 19. Popin.

depti. Neque postea in Galliam reuersus vnquam otiosus sed semper negotiosus, in castris, in puluere, in sudore, in vrbium obsidionibus & expugnationibus, contra iuratos Galliæ & Ecclesiæ hostes ætatem omnem contriuit, vt ex omnibus Galliæ principibus quorum permulti magnis prouincijs administrandis sunt idonei, hic vnus omnium iudicio electus sit, in quem resp. Gallicana hoc periculosissimo tempore recumberet, & in cuius manu suprema huius amplissimi regni procuratio fuerit iure meritóque collocata. Adeò vt quum huius tam generosę sobolis indolem, probitatem, fortia facta, excelsos spiritus, ardentem religionis zelum, destinata, deuota, & contempta in arduis Christianæ Nobilitatis pro Deo, Ecclesia, & repub. officijs & actionibus corpora, mentes, opes, facultates impenderet; vnaque antiquissimorum Francorum Caroli magni eiusque patris Pipini, & aui Martelli similes actiones & animos ad memoriam reuocarem: non hos illorum veros filios posterosque, illarum arborum certa germina & stirpes agnoscerem, non tam ex hominum Chronologorum longis prosapijs & arboribus genealogicis multo labore contextis, quàm ex hac pari animorum & studiorum similitudine, ex hoc genuino erga Christi religionem zelo, ex hac naturali & gemina eiusdem quasi sanguinis & spiritus ad Christi gloriam tuendam Ecclesiamque protegendam cognatione & necessitudine.

Supra fol. 580. Neque certè illi molestius tulerunt Arianos sua tempestate in Gasconia vagantes, quàm isti horrent Caluinistas eandem Galliæ regionem hoc tempore depascentes. Neque maiore aut meliore animo Carolus ille Pyrenæos transgressus est ad domandos in Hispania Saracenos quàm isti in Hungariam & mare Mediterraneum profecti sunt, vt

587. 598

sub

sub Christianis regibus & Imperatoribus primitias militiæ & iuuentutis suæ Deo consecrarent ad Ecclesiæ illius hostes Turcas pro sua virili debilitandos.

5 Cæterùm quoniam illustrissimam huius familiæ sobolem in quascunque Galliæ partes dispersam non opus est oratione mea admonere vt officij sui erga Christum & Ecclesiam sint memores, quando ipsorum nobilissimis actionibus constat eos omnes & singulos mentes cogitationesque suas defigere in Ecclesiæ & reipub. salutem: neque alius quisquam est aut esse potest in Gallia nobilis sincerè Catholicus qui in hoc adeo grandi & euidẽti proximeque imminente periculo velit operam suam ab aliorum Catholicorum consociatione disiungere: idcirco ad alios potius tepidos Catholicos à graui somno excitandos conuertenda est oratio mea, quorũ plurimi iã nunc in Nauarræi castris militant: qui etiãsi Catholicos sese fingant & appellent, tamen cum hæreticis iam diu conspirant contra Catholicos, hæreticorum causam adiuuant, hæreticorum vires augent, in tota Gallia singulisq. Galliæ prouinciis, & extra Galliam quoque in Sabaudia, & Archiepiscopatu Auinionensi, hæreticos eadem cum Catholicis libertate viuere, Magistratus gerere, templa suis cœnis & concionibus hæreticis assignata tenere, & quoad iura omnia & prærogatiuas ciuiles & Ecclesiasticas, nihil *Catholicis supra hæreticos tribui debere* iam diu contenderunt. Hæc siquidem & alia huiusmodi communi cum hæreticis legatione à rege suo pro hæreticis postularunt, hæcque maximo cũ Galliæ fructu & tranquillitate fieri posse suarum vrbium exemplis suadent, vbi Catholici cum hæreticis, famuli cum dominis, filij cum parentibus, viri cum vxoribus, sacerdotes cælibes cum mona-

5.

Postulata regis Nauar. Condes Danuilly, & Catholicorum vnitorum, an. 1575. in Popl. Lauall. & alijs

chis coniugatis ſumma ſuauitate & charitate viue-
re, nec propter diuiſionem in fide, domeſticæ diſ-
ſentionis quicquam interuenire aiunt. Ipſique mi-
litiæ ſuæ contra regem & Catholicos exercendæ
talem præſtituunt ordinem vt in caſtris *Catholicorũ*
cum Caluiniſtis *vnitorum* & *Caluiniſtarum*, *vnaquæq;*
turma militaris Catholica ſuã habeat ſacerdotem qui Miſ-
ſam pro Catholicis illis peragat, quæq; item turma Calui-
niſtarum ſuum habeat Miniſtrum vel Diaconum qui Calui-
niano more concinetur. Adeo vt manifeſtum ſit iſtos
Catholicos vnitos cum Caluiniſtis non ſolum quoad
ciuilia, ſed etiam quoad Eccleſiaſtica & ſpiritualia
peramicè & fraternè viuere, qui non modò in vna
caſtris, ſed in ſingulis eorundem caſtrorum par-
bus Miſſam Catholicorum cum cœna Caluiniana,
& prædicationem Catholicam cum declamatione
hæretica coniungunt & copulant, idque non tole-
rando quia corrigere nõ poſſunt, ſed probãdo qua-
has ipſi conditiones ſibi impoſuerunt & ſponte ſua
hanc viuendi formam ſtatuerunt. Et poteſtis ô mor-
talium omnium miſerrimi (fas enim mihi ſit vos
libere compellare qui Catholicorum nomine de-
corati inceditis, & de quorum ſalute propter ipſum
Catholici nomen plurimum confido) poteſtis ſine
horrore hanc Chriſti & Satanæ copulationem ad-
mittere, & tamen vos à Chriſto & Eccleſiæ eius, &
Sanctorum omnium communione per hanc ſchiſ-
maticam vnionem excluſos non aduertere? Pote-
ſtis Chriſtianos catholicos vos ipſos dicere, & tamõ
neſcire Chriſtianorum catholicorum patres, ipſos
Chriſti Apoſtolos & Epiſcopos Eccleſiæ primitiuæ
hãc in vobis turpiſſimam ſocietatem execrari? Ca-
tholici haberi vultis, & Catholicam eccleſiam om-
nibus ætatibus contra huiuſmodi perfidos & adul-
terinos *Catholicos vnitos* cum hæreticis vociferamĩ

Policè arre-
ſtee anno
1575.
Poplin. li.
39. fo. 246

Ad Catho-
licos hære-
ticis vnitos

Grande Ca-
tholicorum
peccatũ, cũ
hæreticis cõ
ſociari.

nos

non auditis? Si Christiani catholici estis, credite Apostolo Paulo nihil æquè ac huiusmodi fœdera tanquam planè diabolica obstupescenti: *Quæ est enim* (inquit ille) *conuentio Christi cum Belial? quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? quæ societas luci ad tenebras?* 2. Cor. 6. Parete eidem Apostolo præcipienti vobis: *Nolite iugum ducere cum infidelibus.* Si Christiani catholici estis nunquam ferre potestis hæreticos in castris & Ecclesijs vestris Deum & Christum eius blasphemantes, & contra diuina omnia ferarum instar vlulantes. Neq; enim si Catholici estis, aliud vobis de caluinistarum siue *Ministrorum* siue *diaconorum* concionibus & cantionibus persuaderi debet, ita iuxta scripturas propheticas vos docente Catholico patre & scripturarum interprete D. Hieron: *Hæretici (Caluinistæ) væ habent sempiternum* inquit ille, *quia recesserunt à Deo, & miseri sunt quia reliquerunt Deum creatorẽ suum qui redemit eos sanguine suo. & ipsi loquuntur contra eum mendacia, impia falsitatis dogmata componentes. & non clamant in cordibus suis, sed vlulant in conciliabulis, quæ pulchrè propheta appellat ferarum lustra & cubilia. Et q̃cquid loquuntur & putant se in laudem Dei dicere, vlulatus luporum & bacchorum insanientium, sonitus est.* Et tamen hic *luporum vlulatus* & *insanientium* Bacchi ministrorum strepitus, in auribus vestris suauissimus est concentus, & istorum Apostatarum qui *Deum creatorem suũ cuius sanguine redempti sunt reliquerunt*, doctrinam non Gallia solùm sed extra Galliam quoq. stabilire vestro labore atque opera molimini. At si Catholici estis, credite optimo catholicæ Ecclesiæ Doctori D. Chrysost. vos monenti idque ex Apostolo Paulo, nihil ita Deum irritare, *sicut quum quis hæresis multiplicandæ & ecclesiæ diuidendæ causa est.* Quod quum faciatis, *etsi innumera bona operati fueritis, non minores pœnas dabitis, quàm si corpus* Hieron. in Oseam c. 7 *Synagoga Caluinistarum sunt ferarũ lustra.* Chrys. ad Eph. hõ. 11.

ipsius

ipsius Christi gladijs vestris proscidissetis. Credite eidem probanti vestrum hoc factum flagitiosius esse crudelissimorum tyrannorum Neronis & Domitiani Ecclesiam persequentium immanitate. Hoc (inquit ille) *damnum illo multo etiam maius est. Illud enim Ecclesiã illustriorem fecit. Istud verò etiam apud inimicos & externos dedecore afficit, quãdo & à proprijs filijs impugnatur.* Quãtus enim est Catholicorum toto orbe Christiano dolor & pudor, quantus Caluinistarũ in Gallia, in Flãdria, in Anglia triũphus & gaudiũ, quãdo ducẽ Memorantiũ & eius fœderatos Catholicos ecclesiã Catholicã cũ damnatis hæreticis Nauarr. & Nauarristis impugnare perspiciunt, quando eos hæresiarchis illis operam suam præstare vident, quò Atheismus ille Caluini etiam cum supremi Christianorũ Pontificis approbatione in eiusdem Põtificis ditione floreat & prædicetur, quod perinde est ac si commendaretur toti Christiano orbi. Et tamen vos qui fidei Catholicæ toto orbe quantum in vobis est corruptores & vastatores estis, Catholicorum nomen inuaditis? aut putatis vllam vobis esse cum Ecclesia aut regno Christi participationem? At veniat vobis in mentem quod D. Cyprianus sanctissimus martyr ex scripturis diuinis contra vos concludit. *Præcipit* (inquit ille) *dominus per Moysem dicens, separamini à tabernaculis hominum istorum durissimorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent ne simul pereatis in peccato eorum, & quod comminatus per Moysem fuerat implenit, vt quisquis se à Chore Dathan & Abiron non separasset, pœnas statim pro impia communione persolueret ruitu ad inferos præcipitati. Quo exemplo ostenditur & probatur obnoxios omnes & culpæ & pœnæ futuros, qui se schismaticis contra præpositos & sacerdotes irreligiosa temeritate miscuerint.* Sic ille. quod quum verissimum sit, qua falsa spe, qua noua theologia vos ipsi lactare & tueri

Cypr. epist. 76.

Num. 16.

Peccatum horum Ca-

potestis

potestis ne hæc terribilis à Deo miserrimis illis in- *thol. gra-*
flicta vindicta vestris capitibus incidat, quando *uius schis-*
peccatum vestrum illo Iudæorum schismate longe *mate Core*
est & manifestius & atrocius. *Core* enim *& Dathan* *& Dathã.*
quibus illi adhærebant, *cum sacerdote Aaron & Moyse*
eundem Deum nouerunt, pari lege & religione viuentes, &
verum Deum qui colendus atque inuocandus fuerat inuoca-
bant. At isti vestri *Dathan & Core* Nauarræus & Cõ- *Cypr. ibi.*
dæus, cum *Christianorum sacerdote* summo & Eccle-
sia Catholica *eundem Deum* non norunt aut certè
cognitum abiecerunt, & pro Deo Christianorum
nouum à Caluino inuentum Deum adorant: *pari*
cum Christianis lege & religione non viuunt, verum Deum *Sup. c. 5.*
qui inuocandus est non inuocant, sed potius Satanam in- *§. 5.*
ferorum principem eius loco adorant. Core & Da-
than antiquitus nullam Iudæorum synagogam e-
uerterant, nullum nouum Ministerium contra Sa-
cerdotium Leuiticum erexerant, nihil in religione
Mosaica innouarunt: at isti vestri Dathanes innu-
mera Christianorum templa disturbarunt, contra
Christianum sacerdotium nouum ministeriũ Ge-
neuense vel Gehennense potius introduxerunt, o-
mnes partes & particulas fidei & religionis Catho-
licæ inuerterunt, nec quicquam reliquerunt sanum
& integrum, propterea que iustissima censura à su-
premo Christianorum Pontifice extra Christiano-
rum Ecclesiam proiecti ad Iudęorum & Turcarum
synagogas amandati sunt. Neque hæc pastoris ve-
stri sententia vobis si viri estis latere, nec si Catholi-
ci estis iniqua videri potest, quando eos perditissi- *Num 19.*
mos, periuros & *relapsos hæreticos* esse optimè noui-
stis. *Separamini* igitur, *separamini* (quemadmodum
Deus ipse vos alloquitur) *de medio congregationis* il-
lius Caluinisticæ: *recedite à tabernaculis* & castris *ho-*
minum impiorum, nec putate illa Babylonica & Sa-

tanica

tanica confusione sacrificij christianorum cum cœna Apostatarum, doctrinæ Apostolicæ cum blasphemiis Caluinianis Deum posse placari. Separamini (inquam) & eorum cœtus & fœdera perhorrescite, *ne peccatis eorum inuoluamini*, vosque vna cum illis viui descendatis ad inferos. Exploratissimum habete hoc scelus vestrum tam esse atrox & nefarium, vt quamdiu, hoc modo erga hæreticos illos sitis affecti, nec *sanguinis in martyrio* à vobis pro Christo fusus quicquam vobis vtilitatis afferat, quod & D. Chrysostomus, & ante eum D. Cyprianus, nostraque Ecclesia primitiua firmissimè tenuit, adeo vt

Chrysost. vbi supra.

si ab inimicis Christiani nominis capti pro Christi nomine mortem oppeteretis, quamdiu tamen in hoc fœdere Ecclesiæ Catholicæ dilacerandæ cum hæreticis copulamini, nihil vobis illa mors prodesset, sed cum morte corporis mortem etiam animæ æternam adiretis. *Tales enim si occisi in confessione nominis Christi fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis & grauis culpa discordia* & confœderationis hæreticæ contra Catholicam Ecclesiã *nec passione purgatur*. Quam igitur vel tenuissimã de æterna vita spem potestis vos concipere, vos (inquam) qui huic nefandæ & Antichristianæ contra Ecclesiam coniurationi vires & vitam vestram addixistis, qui in hac schismatica conuentione iurastis viuere & mori, atq; ita ad Dei tribunal migrare, certissimam damnationis sententiam accepturi? Quare si serio Catholici estis, si non prorsus veneno caluinistico infatuati, si verè Deum iudicem & inferni ignes extimescitis, si creditis esse iudicij extremi tribunal vbi rationem de actionibus vestris estis reddituri, abrumpite *vincula* ista quibus ipsi vos implicuistis, & *proiicite* à vobis istorum hæreticorum principum *iugum* in quod ipsi nimis turpi & seruili animo

Cypr. de vnit. Eccles.

Psal. 2.

animo ceruices vestras immisistis. Aduertite iudicio maturo & stabili quot sacerdotes, quot laici, quot virgines sacræ, quot pagi & vrbes iurisdictionis vestræ, à castitate, & fide, & Christo transierunt ad sacrilegas nuptias, ad perfidiam, ad Antichristum, ab eo tempore quo vos detestabile hoc fœdus cum hæreticis illis percussistis. Aduertite quàm innumeri Delphinates & Languedocenses à calore fidei Catholicæ paulatim ad temporem fidei politicæ, & deinceps ad friges infidelitatis Caluinisticæ defecerunt. Nolite vos Ecclesia Christi, Doctorib. antiquis, Christo Iesu & Spiritu sancto prudentiores ducere, aut putare in vobis situm esse naturam rerũ inuertere, quam Deus posuit fixam & sempiternã: ideoq. non potestis requirere vt libertas fiat, *inimicis hominibus* in agro Ecclesiæ Gallicanæ *superseminandi spinas atque zizania:* nisi velitis vnà *suffocari semen bonum*. Quemadmodum enim potest quis in sinu suo circumferre colubrum vt non mordeatur? gestare ignẽ vt non vtatur aut picem vt non inquinetur? Quemadmodum potest quis in ouile immittere lupum sine detrimento ouium? aut quomodo potest ad mensam & lectũ consuescere cum homine cancro aut peste correpto, vt nullam ab eo trahat contagionem? Hoc vero si possibile non est Deo ipso asserente, Spiritu sancto contestante, rerum natura prohibente; neque sanè possibile est quin vos vestra cũ hæreticis turpissima pactione & fraterna ad eorũ hæreses in Gallia stabiliendas atque augendas colligatione, Ecclesiæ Cathol. supra modũ noceatis, diuinamque maiestatem & Christianum orbem infinitè offendatis. quæ nunc vt olim miratur, & indignatur, & dolet *Christianos Antichristianis assistere & prævaricatores fidei atq; ecclesiæ proditores, intra ipsa ecclesiæ septa contra ecclesiã stare.* Longè aliter Ioan. Euan-

Quauis cũ hæreticis cõmunio Christianus contaminat.

Mat. 13.

Ecclesiast. 10.

Ecclesiast. 12.

Ioan. 10. Matt. 7. 2. Tim. 2.

Vide de hoc iuse sup. ca 7. §. 6. 7. 8

Cypr. ep. 76

Euangelista, qui lauandi gratia balneum ingressurus vbi audisset illic affuisse Cerinthum hæreticum, celeriter *ex eo loco resilijt, seque proripuit foras, nec tectum illud subire sustinens*, his vna verbis hortatus comites, *fugiamus extemplo, ne balneum in quo Cherinthus veritatis hostis moratur subitò concidens nos opprimat*. Omnium vel ciuilium vel naturalium homini cum homine vinculorum nullum est magis arctum & indissolubile quàm viri & uxoris, quod Deus in prima creatione strinxit, ciuiles leges omnium nationum firmarunt, Christus sacramento noui Testamenti addito colligauit fortius, & Ecclesia Christiana omnium temporum sola morte voluit penitus separari. Et tamen si vir hæreticus sit, & in auribus vxoris suæ perpetuò blasphemias religionis Christi insonare voluerit, Ecclesia Catholica sic ab Apostolis & spiritu sancto edocta hunc nodum quamuis vinculis plusquam adamantinis obstrictum soluit, & alterum ab altero diiungit. Quantò magis est vobis abhorrendum quam Deus improbat, Christus detestatur, Ecclesia Catholica condemnat, leges ciuiles reiiciunt, omnes boni reprehendunt, vtpote quæ præter alia, incredibilem Christi blasphemiã continet!

Sup. c. 5. parag. 5. 7 Neque enim aliud est doctrina Caluiniana quam vos hoc fœdere in Ecclesijs ditionis vestræ stabilitis, quàm moles quædam blasphemiarum ex omnibus fœdissimis sectis contra beatissimam Trinitatem, contra personas diuinas, contra Christum incarnatum & præcipuos symboli Apostolici articulos fideique Christianæ mysteria congestarum, cuius cõparatione Alcoranus Mahometis purum quodammodo Euangelium possit appellari? Et qui Caluinianũ siue *ministrum* siue *diaconum prædicantem*, contra Pontificem summum, monachos, Missam, sa-

cramenta

cramenta Ecclesiæ, inuocationem Sanctorum & istiusmodi perbacchari verat, perinde facit ac si elinguem eum reddat & os obstruat ne verbum possit effari, quãdo necessariò talibus emblematis omnes eorum conciones respersuntur, & ex hac materia vel omnino, vel saltem magna ex parte consistunt.

6 Verùm abeamus ab Ecclesia & religione Christi quàm certo certius immanissimis eius hostibus proditis. Vestram conditionem & statum contemplamini. Contemplamini autem non in fictis Caluinistarũ verbis & promissis quæ quanti ab illis fiãt superius exposuimus, sed omnium finitimorum exemplis vbi hæreticus adulando Catholicis, vel ad regnum comparandũ viam sibi strauit, vel ad illud hæresi inficiendũ Catholicorum opera abusus est. Et si nusquã in Europa hæreticum Catholicis proceribus fidelem fuisse deprehenditis, si ea sit hæresis huius natura vt Caluinismus nobilitatem Catholicam quantislibet officiis sibi assentatem ferre non possit, quàm iusulsum est suspicari hæresis huius aliam esse in Gallia quàm in ceteris regnis naturam aut id vobis in Gallia præstandum arbitrari, quod catholici Angli, quod Scoti, quod Flandri, quod ante oculos vestros Galli, & ij quoq. hæretici melioribus quàm vos fundamentis nixi sibi promiserunt, & spe sua turpissimè tum æterna labe & contumelia exciderunt. In Anglia quis Henrico VIII. ad arripiendum Ecclesiæ pontificatum præcipuam operam impendit? Cardinalis Wolseius, quem paulò post tyrannus ille indignissimè vexatum, & bonis omnibus expoliatum, iniuriis, opprobriis, & contumeliis ad mortem adegit, qui moribundus sanctè confessus est peccatum suum quòd regi nimiũ fuisset adulatus, illud præclarè adiiciens, *si Deo tam fideliter quàm regi seruijsset, in ætate senili nunquam ita fuisse*

ô.

Cap. 11.

Mori nobilium Anglorum qui regi hæretico contra Cath. fidem assentabãtur.

Henricus 8

V Wolseius.

Sto. in Chrõ Angl.

se à Deo, vt tum à rege derelinquendũ. Quis potest Wolseiũ proximus erat in ea tragœdia actor? Dux Norfolcius, potens ille quidem, & regi etiã contra Deũ tota vita fidelissimus, quem in tantæ fidelitatis cõpensationem tyrannus ille fortunis omnibus exuit, ipsum perpetuis mancipauit carceribus, filij amputauit caput, familiam totam penitus suo tempore dẽstruxit fundos & reditus eius vniuersos regio patrimonio adiungẽs. Quis fuit ea tempestate Marchione Exonienſi regis illius cõsobrino, vel reipub. vniuersæ charior, vel rebus contra Catholicos pro religione arma in regem sumentes fortiter gestis regi ipsi fidelior? Et tamẽ quàm repente nulla de causa illi quoque abscissum est caput, filio etiam eius Comite Deuonienſi ad perpetuos carceres damnato! Sed quid ego singularia exempla percurro? quãdo aliàs ex communibus historiis annotaui sub illo primo Angliæ Euangelico rege *principes viros permultos supplicia ingenti cruciatu subijsse, vsque eò vt Londini pons non secus atque laniena, principum & procerum sanguine rubesceret:* vt friuolum sit vnum & alterum singulatim numerare, quum in illo ponte nobiliũ capita contis infixa, non aliter quàm in macello ouiũ & boum capita, aceruatim prostarent. Neque suspicetur quis iustas aliquas fuisse hos nobilissimos viros interficiendi causas. Filia enim Henrici illius Maria lectissima regina quæ inter alios plærosque horum duorum principum posteros, filium Marchionis, & nepotem ducis Norfolcij pristinis honoribus restituit, illud non prius concesserit quàm pleno Parlamento, hoc est generali omnium regni ordinum assensu decretum fuisset eorum patres fuisse à criminibus intentatis innocentes. Et notum est parasitos aulicos qui contra illorum potentiam & amplitudinẽ perpetuo regijs auribus insusurrabãt, non

Dux Norfolcius.

Marchio Exoniensis

Supra fol. 486.

Eorum innocentia.

Parlamentum an. 1. Mariæ.

non crimen aliquod legitimè probatum mortem illorum procurasse. Hæc autem altera eius filia Eli- *Elizabe.*
zabetha, quoniam à regni legitima successione ob plurima & particularia illius regni, & generalia totius Christiani orbis impedimenta, hæresim adulterinos natales, Parlamentorum statuta, regis patris & fratris sui eam vt spuriam repudiantis edicta excludebatur, adeo vt non iure sed gratia, non legibus reipub. Christianæ sed populari fauore ad regium locum sibi necessario fuerit aspirãdum, duos è tota Nobilitate ipsis nobilibus populoque gratiosissimos & suis quoque viribus potentissimos Comitem Arundelium eiusque generum ducem Norfolcium multis promissis, eorumque alterum etiam obiecta matrimonij spe in sui amorem pellicicbat: omnibus autem aliis maximam & ferè certam præbebat fiduciam insignis lenitatis, clemẽtissimi imperij, & inprimis securæ conscientiarum libertatis Catholicis permittendæ, quanquam regina ipsa publicè Euangelium Luthero, Zuinglio, Caluinianũ, varium nimirum & ex multorum hæreticorum inuentis cõfictum pro suo nutu quæ *supremum ecclesiæ Anglicanæ caput* (vt prius patet) esse volebat, per illam Ecclesiã suã Anglicanã publicè personare voluerit. Vnde & non ita pridè cõsiliarij eius libello summa cũ authoritate vulgato asseruerũt. *Neminẽ ab ipso maiestatis reginæ aditu in regnũ, ob causã religionis fuisse mortuũ: neminẽ reũ factũ ob volumina, ob libellos, ob precũ formulas, ob Rom. ecclesiæ cæremonias, ob Põtificiã Monarchiã. Sed siue quis sit scholasticus, siue seminarius, siue sacerdos, siue Iesuita, siue Põtificius, hoc totũ in Anglia nihil cuiquam obesse.* Harũ aũt promissionũ & blandimentorũ effectus si quis scire desiderat, contueatur vt sub patris sic sub filiæ regno hodierno Pontem Londinẽsem enumeret virorum bonorum illic affixorum capi-

Sup. pag. 224. 225

Notabori. bilem impudentiam

Executiones iustitiæ Britanicæ pag. 22. 23. 63. 68.

Vide respõ. ad persecutores Anglos pagin. 282. 283 284.

ta, inquirat quas ob causas illi ita cæsi & in partes concisi fuerint: percontetur an non hæc filia suum illum patrem *laniena principum & procerum* & sacerdotum ad viuum referat, & quoad permulta superet etiam: ediscat an non illa *Lania Nobilium* & sacerdotum quæ tum Londini vel solum vel potissimũ exercebatur, nunc per totum regnum sit diffusa, nouis carceribus quia veteres non sufficiebant in vnoquoq. regni Comitatu ad Catholicos includendos extructis, & patibulis nouis ad eos laniãdos erectis: reducat ad memoriam vim quandam nouarum legum ab ista filia positarum, per quas & grauissima mysteria, & leuissimæ quædam Christianæ religionis cæremoniæ catholicis crudelissimam & exquisitam afferunt mortem: vbi Catholicum quemcunque quocunque genere & nobilitate, esse *Iesuitam*, vel *Diaconum*, vel *Sacerdotem*, vel *Episcopum*, hoc ipsũ est esse proditorem, esse perduellem, esse *Maiestatis læsæ reum*, iustamque causam præbet vt quis acerbissima tormenta perduellibus constituta sufferat.

Sup. pag. 227. 228

Neque magni illi Heroes qui Serenum cantibus deliniti hæretici principi & simul hæresi ad regnũ illud deuastandum opem tulerunt, debita mercede ab ipsis hæreticis persoluta caruerunt

Primus enim & ętate rerũque experientia aliis antecellens, & antiquissimæ apud Anglos Nobilitatis Comes Arundelius, vbi perdiu spem callidè oblatam regalis conſubij conceperat, quam item de industria accendebant quidam veteratores aulici qui nouo hæresis regno confirmando, viri eius gratiam videbant admodum necessariam: ad extremũ eam hæresi quam cupiebat potentiã assecuta, planè negligi & contemni cæpit. Quapropter videns spes suas defruescere, alios q. in ea esse gratia quam ipse aucupabatur, quũ iam ab ipsis hæreticis & tacitè & aperte

Comes Arundelius

apertè rideretur, quasi ingraueſcenti ætate vir diſpari coniugio iuuenculam deperiret, ſerò ſuæ inſipiẽtiæ pœnitens, ne oculis videret vel etiam auditione acciperet ea quæ ipſi erant moleſtiſſima, deceſſit ex Aula, & mox Inſula, temporiſque fallẽdi gratia diu per Flandriam, Germaniam, Italiamq. peregrinatus eſt. tandem reuerſus domum, perpetuo quodam angore conſcientiæ cõfectus quòd ita ab hæreticis circunuentus cauſam Chriſti prodidiſſet, ſeque ipſum hæreticis obieciſſet illudendum, à Catholicis hæreticiſque leuiter æſtimatus migrauit è vita. Ducem verò Norfolcium quamuis quoad fidem cum tempore mutatus, vel omnino vel certe maiori ex parte hæreticus & haberetur & eſſet, tamen quòd Reginę Scotorũ iniuſtiſſimæ vexationi indoleret, nec Mortono rebellibuſque Scotis tam eſſet contra reginam illam beneuolus quàm Caluiniſtæ Angli volebant, confictis impudenter criminibus quaſi Papiſta eſſet cum Pontifice Romano contra Reginam conſpiraret, perduellionis damnatum ſuſtulerunt è vita. Communemque vtriuſque filium, alterius natura, alterius adoptione. Comitem Arundelium qui hodierno die viuit quidem quanquam miſerrime in ergaſtulo Turris Londinenſis, & ad mortem damnatus, etiamſi nihil nec factu nec dicto reginam reginæve leges offenderat: tamen quaſi in grauiorem patris vltionem, eum quoque quòd conſcientiam ſuam inflectere non poſſet ad reginæ & Aulicorum Religionem, aliquot iam annis in carceribus detinent vexatum, oppreſſum, ſpoliatum facultatibus, diſtractum à chariſſima coniuge, in continua quotidianæ mortis expectatione, quum præter intrinſecam conſcientiæ perſuaſionem, nullam eius contra reginam eiuſque domeſticos aut regnum, vel leuiſſimam offenſæ qualiſcunque vm-

Alter dux Norfolcius

Buchan. hiſt. Scot. lib. 19. 20.

Alter Comes Arundelius.

bram aduersarij maximè malitiosi possent commi-
Comes Northumbrius nisci. Ad quem nouis terroribus exanimandum illud accessit facinus & formidabile & atrox, quòd in ipso eius iniustissimæ captiuitatis initio quum iam primùm nouus hospes Turri fuisset mancipatus, Comitem Northumbrium externa professione manifestè hæreticum, nec quicquam Catholici præ se ferentem, quia tamen occultè Catholicæ fidei fauere putabatur, nec ad probandas & fouendas Caluinistarum illorum in Flandria, Gallia, Scotiaque furiosas rebelliones & sanguinarias domi virorum bonorũ mactationes tam præceps erat quàm illi cupiebant, eadem Turri inclusum submisso nocte percussore barbarè trucidarunt: quamuis nihil obijcere possent quare vel per ipsorũ leges vel maximè sanguinarias & Draconianas morte mulctaretur. Et postea ad duplicandam iniuriam, ipsum
Hist. mendax de morte Comitis Northumbria. sibi manus nefariè intulisse in vulgus emiserunt, etiàsi historia de morte eius ab ipsis ædita illud horrebile mendacium euidenter redarguat. Alios autè nobiles qui quantulacunq. suspiciuncula catholicæ fidei bene vellè deprehenduntur, miserabiliter affligi vel infami morte, vel perpetuis ergastulis, & ereptis bonis omnibus (nisi repentino exilio tua sponte susceptò eorum carnifices & emissarios præoccupauerint) nec in hoc genere vel vxoribus nobilium, vel viduis, vel pueris, vel puellis parci, quid opus est singulatim explicare quando omnes Europę totius
Parlamen. an. regni Elizabet. 27. & 29. prouinciæ Catholicæ talium exulantium multitudine refertæ huius rei oculatæ sint testes; & eorum nouæ leges singulis propè annis aliqua noua crudelitatis recessione locupletatæ & contra Catholicos æditæ, in qua tyrannide amplificanda à primo huius reginæ anno vsque ad hodiernum diem progressi sunt, demonstrant eos nullùm velle statuere barba-

barbariæ & feriati suæ modum aut finem, donec omnes Catholicæ fidei & nobilitatis fibras euellerint. Et illa penè incredibilis Gallorum & Scotorũ reginæ, absolutæ principis, nullam aliá ob causam (quicquid aduersarij eius hæretico ore & fronte mentiuntur) nisi quod Catholica princeps erat, & regni illius more, ipsorum hæreticorum conscientia proxima Angliæ hæres, illa inquam plusquam Turcica & Tartarica tantæ principis interfectio Geometricè conuincit eos neminem Catholicum nobilem subditum suũ passuros viuere quem multis legum suarum nodis & laqueis possunt cõstringere, qui reginæ à legibus eorum liberæ & solutæ, hospitaliter ab eis inuitatæ, post decem & nouem annorum diram captiuitatem eam tantum ob causam quod Catholica esset vitam indignissimè eripuerunt.

Regina Scotiæ.

7. Nec in Scotia meliores habuerunt successus viri nobiles qui ridicula specie libertatem recuperandi quæ nunquam illis perierat, & Gallicana præsidia ex insula depellendi, cum hæreticis Anglis se iunxerunt & hæresi vnà irrumpenti viam aperuerunt. A quo tempore quis enumerare potest quot ex præcipuis familiis, Hamiltoniis, Hũtlæis, Ducibus, Comitibus, Archiepiscopis, in tumultuariis præliis cesi, in suis domibus interfecti, falsi iudicij specie ad mortẽ tracti, in Gallią Daniamq. & Flandriam fugati, varias Europæ regiones tragicis Scoticæ nobilitatis per euangelij ministros circũuentę & vastatæ historiis repleuerunt! Quid ego memoré ipsum regẽ horribile mortis genere, partim suspendio, partim incẽdio extinctum? Quid Archiepiscopo Hamiltonio barbara immanitate, fractą laqueo gulą? quid in vnico cõflictu nobiles Hamiltonij nominis septẽdecim trucidatos? quid in variis Iacobi Bastardi Leno-

7.

Buchan. hist. Scot. li. 16. &c.

Scoti nobiles hæresis fautores à Magistratu quàm probe remunerati.

tij,& Mortoni rebellibus Parlamentis centutias nobilium reginæ fauentium morti adiudicatas? Flumen nimirum malorum, idque potissimum contra nobilitatem ipsiusque nobilitatis caput regem & reginam continet Euangelissimus Scoticus, quæsi quis particulatim narrare voluerit, multis ei voluminibus, multis annalibus opus fuerit. Summa aût illius tempestatis & in qua tanquam in perfecto speculo quid sibi expectandũ sit dispicere possunt Catholici Galliæ hęreticis seruientes, ad hunc modũ à Scoto fidelissimo & præsenti rerũ gestarũ teste describitur. Sic ille cum ministris Caluinistis Scotiæ quoad hanc erga Nobiles eorũ authoritati & regno in Scotia stabiliendo maximè suffragatos perfidiam expostulat. *Arianus Comes* (Hamiltonii Ducis Chastelerautij filius) *pulchrum est vestræ leoninæ societatis exemplum, cuius authoritatem quamdiu vobis ad vestrã potestatem vsui esse poterat, simul & nomẽ mirificè coluistis. Vbi uero gratia vestra vobis in populum satis magna est visa, beneficiorum acceptorum immemores, eum in vincula comitũ flagris cæsum, & omnibus modis crudelissime acceptum tantum non exanimastis. Maiorem perfidiam in patre eius primæ nobilitatis viro à vobis prodito & perdito; item in Comite Huntleio ostendere possem.* Neque hoc perpetrarũt in istos solos, id quod potetat ex priuato odio & male uolentia profectum videri, sed in reliquam nobilitatẽ vniuersam. Isque est istius Caluinistmi genius, ut nisi Nobilitas Ministris seruiliter pareat, & Consistorio quiduis vel factu vel creditu absurdissimũ præcipiẽti ad nutum obtemperet, omnibus sit subiecta contumelijs & cruciatibus. Neque verò hoc Gallicana nobilitas vnquam effugere poterit, si vt nunc in quibusdã vrbibus Galliæ & Geneuæ vsurpatur, & in Scotia factum est, Beza Knoxum Scotię Archisuperintendentem ad illud impellente, & ne

Archibal. Hamilton. Calum. cõfusio demõstra li. 2. cap. 34.

Ministror. Scotiæ tyrannis in Nobiles.

Beza epist. Theolog.

Consi-

Consistorij supremam potentiam ad regem regisue consiliarios (vt in Anglia fit, & Biernæ ad Anglię imitationem à rege Nauarræo fieri videtur) transferri vnquam pateretur vehementissimis obtestationibus solicitante, Consistorium ministrorum supremam obtineat Ecclesiæ regendæ potentiam. Tũ enim vt Geneuæ Caluinus nobilissimos Gallos sue fecit maiestati obnoxios: vt ministri Scoti in *priuata domo* contra reginam suam tum inter eos regno suo fruentem depositionis sententiam protulerunt, & nobilibus Caluinianus mandarunt vt sententiam eam exequerentur: quemadmodum nuper ad huius ministralis potentiæ firmandæ argumentum rex Nauarræus Consistorio ministrorum Montalbanide sua fide ad normam Geneuensem (vt opinor) Euangelica satisfecit, ita certissimò cõstat hoc iugum vniuersæ esse nobilitati Gallicanæ subeundum, vt nisi & quoad fidem, & quoad ciuiles actiones Consistorio placuerint, eorum capita diris & anathematis sint deuouenda, illique mox tanquam patriæ hostes extremis supplicijs castigandi. Hoc enim in Ecclesia Scotica fuisse receptum, optimus est testis ille ipse Scotus quem prius memorauimus. Sic nimirum ille cum ministris, illis expostulare pergit. *Ingratos vestros animos contra totam nobilitatem recordamini, cuius viribus dum creuistis, perpetua quadam reuerentia coluistis. Nunc verò eorum armis in maiestatis vestræ solium subuecti, in omnium pariter colla superbissimè insultatis, excommunicationis primùm, tum proscriptionis sententiam in nobilissimum quemque fulminantes qui decretis vestris parere recusat &c. vt quum primò nihil postularetis nisi vt conscientiæ libertate vobis frui liceret, nunc versa vice, ea minimè contenti, crucem, vincula, mortis mille modos minitamini, si Catholicã fidem quis profiteatur.* In hac historia proceres Galli vestræ futurę

79. ad Knoxum.

Histoire de la vie de Caluin, ca. 12.

Suprà pag. 19.

Vbi suprà.

Tyrannica Ministrorum hypocrisis.

calamitatis imaginem ad viuum depictam intueri poteſtis Quoad Caluiniſmus in patria hac veſtra adoleuerit & ad ſtabilitatem ſuam veſtra ope indiguerit, eritis miniſtris illuſtriſſimi Duces Memorantij, eritis Comites, eritis fideles Gallicanæ coronæ ſubditi & Mareſcalli: & Mareſcallo Danuilio penſionem menſtruam duplo quàm principi ipſi Condæo ampliorem fideliter fortaſſe perſoluent, quia vident eum ſub Catholici nominis ſpecie duplo quàm Condæum eſſe Catholicæ religioni hoſti nocentiorem, & Caluiniſmo amicum duplo commodiorē. Vt primùm verò Caluiniſmus ætate matura per ſe ſtare poterit, & ſuis ſe viribus tueri, maximè ſi regem Caluiniſtam in ſolio regni Gallicani conſidentem habuerit, tum certè Caluiniſmus Scoticus prænuntiat quis ſit futurus Caluiniſmi Gallicani effectus, & huius veſtræ nefandæ vnionis exitus. Tum niſi ijdem nobiles qui iam ſunt Caluiniſmi illius nutricij & patroni, Caluinianis miniſtris prorſus, & ſimpliciter capita & conſcientias ſuas ſubiecerint; & *vincula, & flagra, & carceres & poſt excommunicationes conſiſtoriales proſcriptiones* ciuiles, & tormenta, & ſuſpendia, & denique quæcunque patriæ proditoribus & Dei hoſtibus in repub. quamuis optimè ordinata pœnæ & infamiæ ſunt conſtitutæ, eas ſibi perferendas eſſe certiſſimo Nauarriſtæ Galliæ Catholici nouerint. Nimirum vt egregius Macedonum rex Philippus dicere ſolebat ſe *proditionem quidem amare, ſed proditores non item*: & Iulius Cæſar ſe *proditores plurimum amare dum proderent, finita autem proditione eos damnare, quibus nec in leuiſſimis rebus volebat fidere*: non aliter Caluiniſtę ſiue miniſtri ſiue duces, veſtram proditionem, veſtram impietatem, veſtrum religionis Catholicæ neglectum amant & prædicant; at vos ipſos nec amant nec amare poſſunt.

Poplin. lib. 30 fol. 267. an. 1575. 6000. liu. Danuil. 3000. liu. Cond.

Aduertite Nobiles Franci.

Plutarch.

sunt. Vel si fucata quadam & simulata beneuolentia prosequantur; ea tam diu manebit, quousque proditio vestra illorum rationibus inseruiet. Quod quum desierit, tum nec in rebus vllius momenti vobis fidem habebunt, & optimo iure suspicabuntur vos qui paucis aureis vestram fidem & Ecclesiã illis cum Iuda vẽdere voluistis, totidem solidis aut etiam quadrantibus velle eorum Euangelismum & synagogam prodere, si tamen vlla eiusmodi penes vos sit facultas.

8 Quanquam autem ista sufficerent hominibus non prorsus obtusis & stupidis, tamen non possum penitus silentio prætermittere patriæ nostræ cum hac vestra comparationem, quando vtriusque tanta est similitudo, & vicinitas, vt qui Catholicus in statu Flandriæ ruinam Franciæ videre nolit, is in reprobum sensum datus, & à Deo sensuque etiã cõmuni planè derelictus cẽseatur. Nostri proceres Catholici, Dux Arescottanus, eius frater Marchio Hauerensis, Comites Lalenius. Egmondanus, Bossuius, Cardinalis Granuellani frater Champinius & alij eodem prorsus modo se submiserunt Aurãgio; quo memorantius, Danúillius, Thoræus & reliqui nobiles Catholici se iamdiu suppossuerunt Nauarræo. Vnio nostra Bruxellensis Catholicorum cum Caluinistis Aurangij, nihil omnino discrepabat ab vnione vestra cum Caluinistis Nauarræi. Illa fiebat *ad conseruationem nostræ sanctæ fidei & religionis Catholicæ, Apostolicæ Romanæ, ac tranquillitatis publicæ.* Vestra item vnio eũdem sibi finem proponit. Illic mutuo iuramento tenebantur *Catholici ad defensionem Protestantium, & Protestantes vicissim ad defensionem Catholicorum: nec Catholici Protestantibus, nec Protestantes Catholicis aliquo modo nocere, aut facto dictoue debebant offendere.* Idem est primarius articulus vnionis

8.

Particularis comparatio vnionis Catholicæ Flandrorum cũ Aurangio, & Francorum cum Nauarr.

Histoire des troubles du pays-bas. 4. fol. 320

Ibid. fol. 335. anno 1578. mense Aprili.

vnionis vestræ. Vos singulis conscientiæ suæ libertatem indulgentes prouidetis vt incastris vestris sint & sacerdotes qui sacrificium Christianorum parагant, & item ministri qui Caluinianè concionentur: non aliter quàm illi in suo immenso exercitu habebant duces militesque alios qui in dies singulos religiosè intererant Missis, alios qui gregatim frequentabant conciones. Nauarræus nunquam sincerius aut vehementius de suo erga patriam zelo, de amore quietis publicæ, de libertate conscientiæ, de Ecclesijs sacerdotibus nulla molestia afficiendis protestatur, quàm noster Aurangius & protestatus est, & iterum atque iterum iurauit. Quando omnes partes Vnionis vestræ attentissimè considero, nihil prorsus video discriminis, nisi quod apud nos quum è XVII. prouincijs duæ tantùm essent hæreticæ, Hollandia & Zelandia, quindecim autem reliquæ Catholicæ, & in ijs nulla vel vnica ciuitas vel pagus hæreticus, Nobilesque omnes Catholicam fidem profiterentur, qui etiam numero potentiáque hæreticos Hollandos cuiuscunque generis triplo quadruplóque superabant, longè maior erat fidei illius apud nos defendendæ probabilitas. At quis demum effectus ista fœdera, & iuramenta, & vniones cum hæreticis est insequutus? is nimirum qui perpetuò istiusmodi monstrosis coniunctionibus hæresis cum fide, morbi pestilentis cum sanitate, vitij cum virtute, luporum cum ouibus, virginum cum lenis & lenonibus indiuiduus comes adhæret nimirum vt hęresis fidem extingueret, membrum putridum & pestilens reliquas sanas corporis partes inficeret, vitium virtutem deleret, lupi oues deuorarēt, virginum castitas lenonum illecebris & delitijs corrumperetur, & denique Catholici hæreticorum & corpore & anima efficerentur

Peditum 14000. equitum 16000. Ibi. fol. 511.

Fœdus accurate fœlium pro religione Cathol.

tur mancipia. Et religioni quidem generaliter, & populo item Catholico quid factum sit, in vnica ciuitate Antuerpiensi reliquarum ciuitatum & omnium prouinciarum illarum principe contemplamini. Illo ipso huius vnionis anno subornati quidam ab Aurangio hæretici postulant suis concionibus Ecclesias Antuerpiæ designari, quæ ante hūc diem omnes solis Catholicis patebant, omnes & singulæ hæreticis cuiuscunque generis erant clausæ & Caluiniani concionatores, sed alligati ad multas cautiones de Catholicæ religionis securitate, ne quempiam Catholicum in religionis Catholicæ praxi, dicto factoue offenderent. Vt eadem religio instauraretur in Hollandia & Zelandia vbi iam diu fuerat intermissa, si tamē numerus Catholicorum hoc requirentium ad centenarium ascenderet. Interim nemini criminosum erit vel damnosum, quamcunque religionem in sua priuata domo exercuerit. Nemo vel in scriptis vel in concionibus aliquid proferet contra quamcunque religionem, sed ea tantummodo docebit quæ pertinent ad ædificationem auditorum. Abstinebitur vbique ab operibus manuarijs illis diebus omnibus quos Ecclesia Catholica statuit festos, hoc est præter dominicos & Apostolorum, diebus Annunciationis, Assumptionis, Purificationis, & Corporis Christi. Ad omnes honores & officia publica, Academias, Collegia, Hospitalia æqualiter admittentur Belgæ cuiuscunque religionis modò aliàs fuerint idonei. Denique magnanimi & potentes principes Archidux Matthias Belgij gubernator, & princeps Aurangius eius vicarius generalis, *scientes & volentes* eorūmque singuli *seipsos interponunt sponsores vades & obsides, quòd hæc integrè & arctissimè seruabuntur quoad Catholicos & Protestantes, hæcque illi promiserunt & iurarunt*

Diligenter notandum.

Anno 1578. Augusti die 1. Ibi. fol. 356

Ibi. art. 2.

3.

7.

11. 12.

17.

16. 19.

Ibi. fol. 359. De iour

bone scient, Entier accompliſſement & punctuelle obſeruatiõ.

rarunt in verbo principum per fidem & religionem quàm receperunt in baptiſmo: prætereaque adiecerunt ſe ſingulari cura defendere velle prælatos & alios Eccleſiaſticos quantum eſt poſſibile, nec paſſuros vt aliqua eis afferatur iniuria aut moleſtia, vel quoad corpora, vel quoad religionem, vel quoad bona. Poſtquam ergo his conditionibus & pactis Antuerpiam ingreſſus eſt Caluiniſmus, quamdiu hac æquabili cum ſectarijs libertate potiti ſunt Catholici? Nondum annus exierat, quum Colonię ad componendum tumultus bellicos conueniunt legati Imperatoris, regis Hiſpaniarum, & Ordinum Belgicorum. Ille conuentus quo Belgicis prouincijs fauſtus & ſalutaris eſſet, clericis & presbyteris Antuerpienſibus omnibus iniungitur vt generalibus precibus Dei bonitatem implorent. Conueniunt omnes in Eccleſiam Cathedralem, præſente etiam Gubernatore Matthia. Aurangius autem vel quia Euangelicus, vel quia in futura Tragicocomœdia præcipuus erat actor, adeſſe non poterat. Dum illic Catholici precibus & ſupplicationibus ſunt intenti, fit concurſus Caluiniſtarum: Eccleſiam turmis ſuis tanquam ciuitatem hoſtilem circunſident, multos egredi conantes vulnerant, nonnullos interficiunt, & internecionem omnibus comminantur niſi clerum Antuerpienſem dedant vt *de illo pro ſuo arbitratu poſsint diſponere.* Matthias timore conſternatus eos Caluiniſtis permittit, qui eos ignominioſe affectos è ciuitate, pellunt, & tribus nauibus principis Aurangij impoſitos, per dies nouem aut amplius (quaſi conſilium de eorum capitibus & fortunis interea caperent) in flumine vicino detinent tandem probris & contumelijs oneratos abire ſinunt ſed mox eoſdem fuga ſibi conſulentes inſequ-

Notabilis ſolennis fœderis Caluinianam obſeruationem.

Anno 1579. menſe Iulio.

Ibi fol. 392. Pour en pouuoir diſpoſer à leur volõté.

Vide hiſtoriam de rebus Belgicis impreſſam Francofurti, fol. 256.

insequuntur, & quos potuerunt comprehendere, verberibus cædunt, & pecunijs omnibus, ipsis etiam vestibus rapacissimè despoliant.

Paulóque pòst per ciuitatem vniuersam interdicitur, ne qua sacramenta, sacra, aut cultus diuinus Catholico more fieret. Nec publicè tantùm, sed priuatim quoque Catholicam religionem seueriss imè prohibent, centum aureorum mulcta ei impositâ qui vel clanculum domi priuatæ Missæ interesset, quam mulctam eadem de causa inter alios Antonius Spinola persoluit. Ita Catholici quibus solis superiore anno non tantùm priuatæ singulorum ædes, sed omnia & singula vrbis Antuerpiæ sacella Ecclesiæque patebant, nunc ista sua pulcherrima cum hæreticis vnione, tantulo tempore in eam sunt redacti miseriam & seruitutem, vt sacellis Ecclesijsque omnibus excluſi, nec in priuatis suis ædibus Christiano ritu Deum possint adorare. Eodémque tempore aut paulò antea Aurangij milites omnem circuncirca regionem Louanium vsque peruagati, *incredibilia damna omnibus Catholicis, potissimum Ecclesiasticis faciebant. Crematabant, vastabant, destruebant Monasteria, Abbatias, Ecclesias & Hospitalia. In publicis vijs vbique verneres presbyteros & religiosos, alios suspensos ex arboribus, alios traiectos bombardis &c.* Denique vt pulchrè annotauit historicus quidam Francus, tanquam in hac historia Francis futuræ suæ calamitatis miseriam certò affuturam voluerit prænuntiare: *Catholici Flandri qui Caluinistis libertatem religionis procurauerant, ipsi primi ob tantæ indulgentiæ præmium coacti sunt videre suam religionem prophanatam, bona vastata, vincula ijs omnibus iniecta qui aliquo vel leuissimo signo demonstrabāt hæc sibi displicere. Gādauenses diripiebāt Ecclesias,*

Mira metamorphósis.

Histoire des troubles du pays-bas, lib. 4. in fine.

Nobiles Catholici non minus quàm sacerdotes spoliati.

L'Histoire Flamand, de nostre temps par M. Pigl. lib. 2. cap. 9.

vinciebant & crudeliter dilaniatos trucidabant presbyteros, conculcabant & prædabantur Nobilitatem Catholicam. *Nec in hoc Antuerpienses quicquam erant Gandauensibus moderatiores.* Neque enim nobilibus magis quàm plebis parcebant, neque magis è demoliendis nobilium ædibus quàm Monachorum claustris abstinebant sed æquali penitus lance plebeios, monachos, nobiles tractabant & quoad expoliandas domos, & quoad extorquendas redemptionis ergò pecunias, & quoad turpissimam mortem absque redemptione illatam, si quando eorum prædones ceperunt vt monachum & plebeium, sic nobilem quemcunque qui ab eorum hæresi putabatur alienior. Vix autem quisquam etiam eorum qui principi Aurangio ad monarchiam euehendo maxime fuerunt vtiles, diuturnos tamen carceres & popularem ignominiam, & bonorum suorum direptionem euasit: atque ita aliquas pœnas dedit ab illo ipso homine castigatus, cuius iniustam causam Dei sanctissimas religioni tam nefariè prætulerat. Arscottanus enim Dux qui arcem Antuerpiensem munitissimum totius regionis propugnaculum Aurigio tradiderat, Gandaui à factiosis quibusdam Aurangij satellitibus captus, vnáque Episcopi Brugensis, Iperensis, Rassengemius Duaci & Insularum præfectus, Cardinalis Granuellani frater, & alij plurimi proximoque mense Groningæ multi prælati & nobiles eodem modo accepti, alij breuius, alij diutius carcerem molestias pertulerunt. Egmondanus in vili arcis Zelandicæ ergastulo aliquot annos miserabilem vitam egit. Paulò autem pòst, non per Antuerpiam, aut Gandauum, aut Groningam solùm, *sed passim per omnes Belgij ciuitates, primùm religiosi, deinde pastores, conciliarij, nobiles, magistratus, & quotquot Aurangij instituto minus fauere putabantur, ejiciuntur*

Supra fol. 693.

Nobiles misere ab Aurangio vexati.

Anno 1577. mense Oct. & Nou.

Rammekens.

Surius an. 1578. pa. 934.

ejiciuntur in exilium. Et ne singula consecter, quis vnus Catholicus, vel Dux, vel Marchio, vel Comes, vel etiam Baro, etiamsi plurimum ad regnum ei parandum opitulatus est, etiamsi contra Hispanos cum eo semper pertinacissime stetit, tamen aliquo tempore postquam in regno suo tyrannus ille firmatus est, veterem apud eum gratiam, aut prouinciæ alicuius gubernationem quanquam omnium patriæ Ordinum assensu traditam retinuit? Nonne crassissimis suis periurijs, & iniurijs, & mendacijs totas à se prouincias alienauit? Nonne Artesij, Hannonij, Atrebatenses, & alij Gandauensi pacificationi quam ille sæpenumero iurauerat addictissimi, idcirco ab eius societate discedebant, quia videbant in illo Caluinista, monstro potius quam homine nullum dissimulandi, nullum peierandi finem? Nonne clarissimi viri Marchio Gandauensis, Philippus Comes Lalenius, Comes Rennebergius, Baro Montignius, Richardotius, & alij permulti continenter ab eo ad principem Parmensem transibant, quia magno suo malo sentiebant in illo inexplebilem Catholicorum nobilium sanguinis fundendi cupidinem? Hic est fructus vnionis Catholicorum cum Caluinistis. Sic illi in *verbo principum & per fidem & religionem quam receperunt in baptismo* (à qua fide per hæresim suam Caluinianam plane Apostatæ facti sunt) quæ Catholicis de fide & securitate promiserunt, exoluunt. Quum autem idem sit Caluinismus & Atheismus in Gallia qui in Flandria, idem spiritus & vestrum Nauarræum Condæumque, & nostrum Aurangium rexerit, quum isti tres coniunctissimi tota vita sua fuerint, mutuis sese perpetuo iuuerunt consilijs, & roborarunt auxilijs, & ijsdem prouincias suas gubernarunt rationibus, hi se vicissim prudentes,

bonos, Christianos, Euangelicos, cæteros omnes Christiani orbis principes malesanos, impios, Antichristianos, hostes euangelij iudicarunt: certissimum est eandem esse Nauarræi & Aurangij erga Catholicos fidem, amorem & affectionem. Nihil ambigite Galliæ proceres Catholici cum hæreticis *vniti*, eandem fore conditionem vestram, si quando rerum gerendarum maturitas eo peruenerit, quæ fuit nostrorum in Flandria cum Aurangio *vnitorum* procerum, quorum turpem exitum ipsi oculis & auribus vestris hausistis. Fieri profecto nunquam potest vt nouus hæreticus veteris nobilitatie vllam rationem habeat: & diuine admodum ab excellenti martyre Roffensi Anglo dictum est in ipsis initijs huius Anglicanæ tragediæ, quum proceres ab Henrico illo instigati ita facile ad ecclesiarum expilationem & euersionem conniuerent, eorum quoque ruinam propediem esse sequuturam. Antiqua enim fides, antiqui mores, antiqua fidelitas, & antiqua Nobilitas pariter coniunctéque incedunt. Non autem hæresis vt à nouis & inquinatissimis moribus oritur, ita naturali sua propensione noua omnia concupiscit, nouos assecias, nouos sectarios, nouos nobiles nouisque moribus imbutos. Vtque in communi vitæ consuetudine similes similibus delectantur, & inter eos solos est amicitia: nec vnquam libidinosi cum continentibus parci cum prodigis, sapientes cum temerarijs amatores patriæ cum patriæ eiusdem proditoribus nisi perinuiti versantur: ita multo magis à natura rerum abhorret, vt antiquis Catholicis nobilibus cũ nouis Caluinianis principibus sincere conueniat. Est enim in Catholicis, potissimum nobilitatis antiquioris, libertas loquendi, est excelsior mentis indoles: sordes, luxurias, libidines, iniustas regis actiones

In Chronicis Angliæ

Noua hæresis non potest ferre veterem nobilitatẽ.

actiones, sacrilegas ecclesiarũ spoliationes laudare non possunt. Ergo Caluiniani principes qui & *sola fide* instructi credunt opera bona esse superflua & superstitiosa, & hæc opera mala esse maximè euangelica, & summum imperium nacti reprehensores cane peius & angue oderunt, quomodo ferent tales Catholicos vel in Senatu consiliarios, vel in aula domesticos? Ea fuit semper, semperque erit istiusmodi principum natura & ingenium, vt eos solos sibi ducant amicos & habeant familiares, qui (vt inquit Comicus) *imperarunt ipsimet sibi omnia assentari & principum ingenia admirari: quicquid principes dicant laudare id si negant laudare id quoque.* Sic olim Caligula Nestorem pantominum, Nero Menecratem citharædum, Valens Imperator Arrianus Demosthenem suum coquum, Aurangius Terlonem nescio quem, Henricus octauus sordidissime natum & educatum Crumwellum & vnum vel alterum lenonem, magis quam centum duces Norfolcios, centum Duces Memorantios, aut Marescallos Danuillios, intelligo nobilissimos proceres Comites Ducesq; Catholicos diligebat. *Terent.*

9. Ad clerum vero Gallicanum excitandum & officij sui admonendum, quid ego ijs quæ iam antea dicta & repetita sunt grauius aut efficacius adijcere potero? qui si tot infandis sacrilegijs, tot ecclesiarum incendijs, sanctarum reliquiarum exustionibus, diuini nominis blasphemijs, omnium sacrorum & sacramentorum contemptu nõ commouentur, si nec Dei maiestas violata, nec Christi incarnatio, vita, mors, omniaque ab eo tradita mysteria fœdissime contaminata, si Beatissimæ Trinitatis essentia & gloria tam nefarie & Satanice corrupta, si omnium Sanctorũ, Martyrũ, Episcop. in Ecclesia Gallicana maiorũ suorũ con- *Clerus Gallicanus quid potissimum cõsiderare debet.*

tumeliæ clerum Gallicanum ardenti zelo inflammare non possunt, si aperta hæc Atheismi & infidelitatis professio eos condocefacere nequeat vt sciant Caluinianum regem nunquam esse vllis conditionibus suscipiendum, tum ego certe quidē alia minora & abiectiora vitæ, fortunarum, libertatis, bonorum discrimina arbitror multo minus apud eos valitura. Et tamen si qui ita sint terrenis magis quam cælestibus, caducis quam æternis bonis affixi, meminerint ij quod est notissimum quā immani strage & incredili carnificina perpetuo Caluinistæ non tam iugulauerint, quam laniauerint, & discerpserint Catholicos, sed *imprimis & maximè clerum* in plærisque Galliæ ciuitatibus: plane in omnibus quas suo dominatu occupabant: *Aurelijs, Vindocini, Blesis, Turonibus, Andegauis, Cenomanis, Pictauij, Biturigibus, Engolesmi, Rothomagi, Lugduni, Catalauni iuxta Ararim, Matisconi, in maiori parte Delphinatus.* Meminerint in his (exempli gratia) locis istos fratres Caluinianos *veros Gotthos & Vandalos* nullā tum iniuria lacessitos *commisisse strages horribiles, & volutasse se in sanguine miserorum sacerdotum, quos enecabant omnibus supplicionum exquisitissimis generibus quæ à homine poterant excogitari.* Meminerint eos, tum publice omnibus in locis *protestatos se bellum gerere cum monachis & sacerdotibus* æternum & irreconciliabile, vtpote cum quibus eorum euangelium nullam admittit pacificationem, nisi prius manifesta Apostasia à Christo & fide eius deficiant. Meminerint (inquam) quocunq; modo egerint, quocunque modo simulauerint vel dissimulauerint, nisi tamen plane Christo renunciauerint, iam pridem latam esse de eorum capitibus sententiam. Quemadmodum in primo tumultu, si qui pastores docti, pij & constantes Catholicæ fidei cōtra Caluinismum defen-

Belforest annal. lib. 6. cap. 95. fol. 1631.

Hugonotæ omnium sacerdotū, hostes capitales.

sores

fores in eorum manus incidebant, illi statim absq; mora *tanquam religionis Euangelicæ hostes* occidebantur. Sin vero pastor aliquis lenitatis & moderationis nomine erat commendatus, qui contra Caluinismum nullum fortasse zelum & vehementiam ostenderat, manifeste tamen ad eius approbationem adduci non poterat: & ille quoque non minus quam priores crudeliter iugulabatur, exclamantibus perpetuo ministris quemadmodum à suo Apostolo Farello didicerat, *ho, c'est vn diable blanc, le faut oster du milieu des hommes*: ho iste talis est diabolus candidus, non minus quam reliqui illi è mundo tollendus: atque ita siue illis amice blandiamini, siue vt par est fortiter aduersemini, nisi plane Christum cum illis abnegare velitis, capita vestra morti sunt deuota, & semper illis estis *diaboli*, vel nigri vel candidi, semper estis diabolorum instar bellicis & bombardicis exorcismus istorum Angelorum (Satanæ) è mundo hoc ad inferos eijciendi. Memineritis deniq; ipsos Nauarræi antecursores iam nunc valde imprudenter dicere, illũ ecclesiæ quam instituit reformationẽ inchoaturum ab ecclesiasticorum bonis diripiẽdis. Iam pridem siquidem scribunt *Gallicanus ecclesias regis esse*, easq; posse à rege pro sua voluntate mutari, expilari, inuerti: & *diuitias esse venenum ecclesiæ Gallicanæ*, propterea q; eas contraria antidoto, necessario nimirum sanitati ecclesiasticorum medicamento esse tollendas, & in fiscum regis Nauarræi euẽtendas.

M. de Launay en la replique li. 2. cap. 16. §. 2. fol. 236.

Spolium ecclesiæ Gallicanæ imminet.

Apologie Catholique pag. 98.

Quod ne leuiter quasi forte fortuito istis hominibus elapsum Ecclesiastici negligentius aduertãt, aut molliori brachio prætereant, hoc vnum considerent præterea, hanc persuasionem iam olim in huius Nauarræi eiusque fratris Valesij mente, Curia, consiliarijs, totaq; vitę praxi à multis iam annis

inueterauisse. Siquidem penultimo conuentu Blesensi meminisse potestis Regem illum quasi tum huius prædationis initiũ facientẽ vehementur flagitasse vt omnia ecclesiæ Gallicanæ spiritualia (quæ vocantur) beneficia illius vnicæ voluntati ordinanda & dispensanda traderentur. Quod quum Archiepiscopus Lugdunensis egregijs rationibus dissuasisset, maioremque Comitiorum partim à regio postulato auertisset, Rexque propterea iratus eum ad se accersitum valde increpasset, & è contra Archiepiscopus quod sibi videretur disseruisset, Regis & Archiepiscopi sermones interrumpens non bene moratus, sed tamen Regis sui voluntatis optime conscius Cancellarius: *Duo sunt* (inquit) *potentissime Rex, quæ Episcopum istum statim faciant cum suis omnibus ratiunculis obmutescere: alterum, Clerum Gallicanum antiquitus iniusta fraude hoc ius regibus alioqui debitum surripuisse: alterum, non modo hoc quod vestra maiestas requirit, sed etiam præterea omnia simpliciter & vniuersè bona ecclesiasticorum in Francia, vestra esse, & propriè ad vos pertinere.* Cuius impudentiam quamuis constantissimus præsul ita statim coram rege libere prudentissimeque refutaret, vt *præ dolore & iracundia furiosus Cancellarius ad aliquot dies ægrotans, è cubiculo se mouere non posset*, tamẽ hanc doctrinam ita Regis illius animo inhæsisse vt deinceps continenter iuxta eam se regeret, & facultates Ecclesiasticorum tanquam suas gradatim ad se raperet, totus consequens vitæ eius cursus declarauit. Hoc ipso enim tempore postquam aliquot centena aureorum millia à Clero sibi annuatim persoluenda impetrasset, quod illi ad sex tantum annos certo modo certisque cum conditionibus concesserunt; vbi ad eorum annorum terminum iam fere peruentũ est, & Clerus ab illo onere ad aliquod saltem

Paplin. hist. li. 43.

Cancell. Birague.

Generalement tous les biens du Clerge de France.

Il en temba malade de colere &c.

433130.

saltem tempus se iam confideret respirare, tum religiosus iste rex tanquam proprie ecclesiarũ bonorumq; ad eas pertinentiũ dominus, de repente ne sciscitatus quidem à Clero vtrũ consentire vellet, sua absoluta authoritate quemadmodũ in alijs regni ordinarijs reditibus fieri consueuit, ita in singulis regni huius prouincijs nouos officiarios ad pecuniã eam extorquendam erigit, eosq; perpetuos facit officiaq; præsenti pecunia (vt moris illi erat) sub auctione vendit. Cumq; Clerus per Syndicum intercederet, & in Parlamento Parisiensi de magnitudine iniuriæ sibi illatæ vehementissime conquereretur, opponeretq; leges & Diuinas, & Imperatorias & Regias, & ius naturæ, perpetuaq; priuilegia Ecclesiæ Gallicanę, quę nisi sua spõte & gratuita concessione Clerum ad tale onus astringi prohibebant: tamen his nõ obstantibus, impius ille rex, vel Pharaone tyranno, vel Artaxerxe infideli Persa contra ecclesiam immanior, prȩcipit parlamento vt literas suas ea de re ad ipsos missas instar legũ ratas & fixas esse decernãt, nec quiçquã omnino faciant omnes contrarias Cleri per suum illũ Syndicũ oppositiones siue de scripturis, siue de iure naturæ, ciuili, aut alio quocunq; sumptas, quibus omnibus ex aduerso in altera quasi libræ lance appendi & præponderare suum vnius tyrãnicũ illud verbũ iubet, *Car tel est nostre plaisir*. Sic est volũtas nostra: sic volo, sic iubeo. Quo ille verbo viam manifeste præstruxit suo Nauarræo vt quantum vellet à Clero audacter liberrimeq; auferret. Qui enim nulla alia ratione quã sua solius voluntate vel voluptate ductus, quadringenta & tot prȩterea aureorũ millia annuatim in æternũ soluenda Clero imponere potuit, quãdo iã regis voluntas facta est suprema lex de ecclesiasticis bonis præscribẽdi, cur nõ Nauar. volũtas satis

Henric. Vales. initium facit spoliandæ ecclesiæ Gallicanæ.

Genes. 47. 1. Esdræ. 7 In Authẽt. Item nullæ communit. C. de Episc. & Cler. Decret. Greg. lib. 3 tit. 49. ca. Non minus & ca. Aduersus.

Litera data anno 1581. Iunij 29. à S. Maur.

Henric. Valesi. viã praestruxit ecclesia Gallic. penitus euertenda.

locuples amplaq; causa erit, vt octies centena millia, vel duplicata, si ita ei videatur, à Clero annuatim exigantur? Imo cur non hæc voluntas sufficiat Nauarræo vt sicut alibi fecit, ita in Gallia quoque integros ecclesiarum fundos redituſque sacerdotibus ademptos sibi assumat, eosque annis pensionibus iubeat esse contentos? Nihil enim interest, nec quicquam impedire potest, quin si Regis voluntas ad primum sufficiat, eadem sufficiat quoq; ad secundum. Si ea sola per se satis est ad regẽ ex trientẽ bonorum ecclesiæ possessorem efficiendum, eadẽ satis superq; valebit ad eũ ex dodrante, imo ex asse earundẽ facultatum hærodem cõstituendum integramq; earum possessionẽ veris dominis ablatam sibi vni assignandam. Neq; vero ab hoc tẽpore vnquam destitit pius ille Valesius prouentus episcopatuum, monasteriorũ, ecclesiarum quarumcunq; consiliarijs, aulicis, militibus, politicis, pueris, mulierculis, & meretriculis tanquã plane suos condonare & addicere. Posteaq; per libellos quotidie emissos vulgatosq; nihil in aula vel extra aulã personabat magis, quã *Regi plenam esse potestatem in bona omniũ subditorũ siue Laici essent siue Ecclesiastici, ideoq; & rectè posse eum tum Abbatias tum Episcopatus donare suis aulicis & militibus &c.* id quod omnibus Francis aliquid intelligentibus est notissimum. Nauarræus autem vt illius charissimi sui fratris pleraque sibi proponit imitanda, ita nihil magis quam hanc cleri spoliationem probat, qui etiam aliquando se plene integreque eius praxim in regno Gallicano facturum confidit, cuius iam diu illud fertur esse valde vsitatũ apophtegma, *Tum demũ Regem Franciæ fore verum potentemq; Franciæ monarchã, quando ecclesiarum reditus habuerit suis regalibus adiũctos.* Et hoc quod spe concipit in regno Galliæ, id re cõfecit & præstitit

Supra pag. 751.

præstitit in regno suo Biernæ, vbi omnes Ecclesiastici penitus tota & proprietate & vsufructu fundorum & bonorum quorumcunque priuantur: ijsque omnibus Regiæ coronæ adiunctis, ministri remanent merè pensionarij, quorum coniugato cuique assignantur annuatim libellæ Francicæ vel floreni 300. cælibi 260. è quibus tamen deducuntur decimæ regi tanquam supremo ipsorum Pontifici soluendæ: & quæ postea supereſt summa, quá maligne, inuidiosè, diminute, magnóque labore & non mediocri sumptu à thesaurijs extorqueatur, ex varijs ministrorum querelis & lamentationibus constat. Et qui suis quos putat veros ministros Domini tam iniquus & acerbus est, an vobis quos habet pro sacerdotibus Baal, futurus est æquior & indulgentior? Qui ita suos illos Euangelij præcones tractat, an vos quos credit seruos Antichristi, amicos Pōtificis Romani sui capitalis aduersarij, quos necessariò ipso ductu & impetu euangelij sui execratur tanquam idololatras, corruptores Euangelij, hæresis suæ (si verè Catholici estis) hostes immortales; an vos patietur tranquillam & iucundam cum bonis vestris sub eius dominatu vitam traducere? Ergo si homines estis, si vtilitatis vestrę, si honoris, si status, si ecclesiæ conseruandæ curam aliquam habetis, videtis necessitatem quādam vobis iniectam vt Nauarræi dominatui quàm acerrime resistatis. Sed hoc quanquam Ecclesiæ Gallicanæ quæ magis quàm Reipub. æterna est, & æternitatem intueri debet, ideóque & tenetur sua iura, libertates, atque priuilegia quæ ab anteceſſoribus accepit ad succeſſores integra & inuiolata trāsmittere, permagnum est serióque ponderandum: tamen singulis ecclesiæ Gallicanæ sacerdotibus, quorum mentes hac tempestate ad grauiora ad cel-

Clerus Biernensis spoliatus a Nauarr.

Idem expectandum Clero Gallicano.

siora & diuiniora debent attendere, minus æstimã-dum censeo: & eos illud alterum de fide, de religione, de præsenti morte quæ eorum capitibus imminet si Catholici permanent, magis versare, & noctes atque dies ruminare suadeo. Et nisi valde fallor, vt alia Nauarræi opera permulta non solùm historica sunt sed etiam symbolica, hoc est quæ præsignificant quid in futurum ab eo rege Gallorum, si quando eò peruenerit, expectandũ sit: ita vnum est in hoc genere quod Christianos omnes, imprimis autem sacerdotes solicitos vigilésque, & quasi in excubijs ad impediendum eius regimen armatos stare iubet. Illud intelligo quod propter rei Turcicam immanitatem homini Christiano vix credibile est; & nisi plurimi existerent qui in ea ipsa loca veritatis intuendæ & testificandæ gratia profecti oculati testes redijssent, mihi sane minime persuaderi potuisset, hominem titulo & specie externa Christianum, Christianis maioribus ortum, maxime qui sua purissima noui Euangelij professione Christianissimi Galliarum regni regem se sperat aliquando euasurum, tale quid vnquam vel in animo suo voluisse concipere, multò minus opere & facto complere. Quid illud? Nimirum quòd in contemptum religionis Christianæ, & ad terrorem verorum Christianorum, veteris Paganismi morem redintegrans, in sua ditione Biernensi patibula latronibus & homicidis suspendendis posita, quæ à temporibus primi Christiani Imperatoris Constantini, propter honorem Crucis Christi & Christi crucifixi in aliã à figura Crucis formam fabricata erant, ea iste princeps in regno suo ad veterem illam & à Paganis vsitatã formam reduxit, & in veris Christianæ adorationis & religionis crucibus latrones maleficosque suspendit. Et

Nauar. suspendium minatur omnibus Catholicis.

Response des vrais Catholiq. François aux Anglois pag. 60. 61.

Sozom. lib. 1. c. 8.

dit. Et hoc quid aliud significare potest quàm immensum Christianæ fidei odium & detestationem, quàm Paganismi veteris instaurationem, quàm perfidiam inuehendam contrariam fidei illi quam Constantinus Magnus coluit & per Imperiũ Romanum propagauit, quàm Crucis & Crucifixi summam despicientiam: imprimis autem sacerdotibus Crucis & Crucifixi adoratoribus denuntiat, eos istis crucibus esse affigendos, & cum Crucifixo crucifigendos (quod à Nauarræi militibus in multis Guiennæ oppidis factum constat) nisi Cruci & Crucifixo renuntiare, & omnem cultum quem ei impendunt relinquere, & spem quam in eum habent adijcere iam antea firmiter apud se proposuerint. Hoc est quod ego auribus sacerdotum omnium per Galliam, hoc est quod Episcopis, hoc est quod ipsis Cardinalibus qui (ô tempora, ô mores) factioni Nauarræi fauent, acute sonare, & circumsonare, & insonare cupio. Qui si neq; propter Christi Iesu gloriam, neque Christianæ religionis honorem, neque suam ipsorum salutem æternam, ab illo hæresiarcha per supremi pastoris iustissimam sententiam iam olim excommunicato auocari possunt, quid ego frustrà ad eos verba fundam, quos ex Saluatoris nostri sententia constat *sal esse insulsum & infatuatum, ad nihil prorsus vtile, neque ad terram neque ad sterquilinium, nisi vt mittantur foras, & ab omnibus conculcentur!*

Paganicũ factũ Nauarr.

Suprà pag. 357.

Matt. 5. 15. Luc. 14. 34.

10. Ad ciuitates autem, ad mercatores ciuésque, ad populum Catholicum toto hoc amplissimo regno diffusum, cuiusque in eo sustinendo magnus est labor & maximum onus, ad hos officij sui commonendos nõ opus est aliquid nouum excogitare præter ea quæ iam abundanter disputata sunt, & sunt eis cum alijs plerisque communia. Quatenus enim

10.

enim Christiani sunt, in eadem cum Clero & Episcopis suis fide eis & viuendum & moriendum est: quatenus Catholici, ostendimus quantopere tenentur hæreticorum communionem exhorrescere: quatenus reipub. Gallicanæ & ecclesiæ Christi membra, iam prius edocuimus eos diuinis & humanis legibus obstringi vt nullam capitis vitæque recusent dimicationem quò Regem hæreticum à regno ecclesiáque procul repellant. Hoc enim non officium est Nobilium solùm, non est officiũ Cleri aut episcoporum tantùm, non tantùm ad Iudam Machabæum & fratres eius pertinet, vel qui sunt ex genere Asamonæorum, hoc est proceres & nobiles, sed ad *omnes qui habent zelum legis*, ad Christianos omnes pro quibus non minus quam pro Nobilibus & Episcopis mortuus est Christus, & qui eadem qua Episcopi Nobilesque fide ad regnũ cælorum sibi viam munire debent. Illud fortassis hominum generi magis peculiare est, vt vrbiũ suarum contemplentur ornamenta & decorem, & in eum in antiquis legibus, in pulchertimis ecclesiis, in sanctissimis monasterijs maiore ex parte positum animaduertunt; tum certò sciant hæc omnia vna cum ipsis magistratibus à Caluiniano rege prorsus esse mutanda, diruenda, & exterminanda. Nouos enim necessariò mores, nouas leges, nouas ciuitatum gubernationes, hæc noua Caluinismi hæresis inducit, id quod ex omnibus hæreticis Guiennæ Gasconiæque ciuitatibus istius imperio subiectis patet. Neque magis aptæ cohæret aut consistere potest nouus hic Caluinismus cum veteribus Catholicorum regulis, quàm quadrata cum rotundis, aut Alcoranus Mahometis cum Euangelio Christi. Ecclesias autem, monasteria, & huiusmodi antiquissima Christianæ pietatis monumenta penitus excinden-

2. Mach. 8. 21.

In vrbibus omnia perturbanda sub Nauarrege.

excindenda fore, non minus certò colligatis ex tot millibus similium extructionum quas iam pridem alibi sceleratissimè disturbauit. Et qui Neraci regiam suam quam cum magna ostentatione amicis cum inuisentibus commonstrare solet, ædificauit ex ruinis ecclesiarum: qui eius ciuitatis ecclesiam principalem totam demolitus est præter campanile, quod ad maiorem Dei & Catholicorum contumeliam, vel perpetuam sacrilegiorum eius recordationem stare permisit: hoc quid aliud Catholici interpretari possunt quàm clarissimam prædicationem se idem in suis ciuitatibus perpessuros, si quãdo in illas eam quam Neraci obtinet regiam potestatem vir iste obtinuerit. Illud quoque fortasse vos ô ciues, & qui tertium huius reipub. Ordinem conficitis attingit propius, quod sub hoc rege nihil expectare potestis nisi continuam bonorum vestrorum ruinam & direptionem. Et hoc quoque ita necessariò & arcte cum rege hæresis huius defensore copulatum est, vt lumen à Sole & humorem ab aqua facilius sit separare, quàm æternam prædandi subditosque expilandi proprietatem à rege hæretico nullis legibus frænato auellere. Et ita qui iam ægre molestéque ferris asses aut francos à vobis requiri vt Catholicam fidem vobis filijsque vestris tueamini; tum aureos, ipsosque reditus vobis ereptos sustineatis necesse erit, ad hæresim in regno hoc cum sempiterna vestra posterorumque vestrorum damnatione constabiliendam. An cupitis certam miniméque fallacem huius miseriæ vobis euẽturæ demonstrationem? Conijcite oculos in proximam maximéque vobis vicinam insulam, & recolligite historiam Henrici VIII. quem à patre relictum fuisse omnium in Europa regum ditissimum, non modo historici domestici Angli, sed ipsi etiam externi,

Supra pag. 566.

Ecclesiæ euertendæ.

Ciuium bona eripiendi.

Henricus 8. Anglus.

Ionius hist. lib. 1.

Guicciard. Paradin. externi, Franci Italique (quia erat notissimum) memoriæ prodiderunt. Is autem postquam perruptis semel illis regiæ potestatis limitibus & repagulis quibus includi debebat, supremum se ecclesiæ caput fecit hæresimque amplexus est: præter thesauros eos dissipatos & profusos, non multis sui vnius regni annis plura tributa à populo exegit, quàm omnes ante eum reges simul in vnum coniuncti annis ferè quingentis, omnes dico quicunque in Anglia regnarunt à tempore Guilielmi primi Normanni quem Angli Conquestorem vocat. Cuius rei locupletissimus testis est Cardinalis Polus, qui hoc se ex ipsis libris rationum, & narratione eorum qui rationibus præerant, didicisse fideliter affirmat. Neque vno eo rapacitatis genere contentus fuit, vt per Parlamentaria Comitia tyrannico terrore coacta ad omnia fere quæ petebat largiendum, istiusmodi immensa portoria, vectigalia, subsidia, tributa, idque nouo & crudelissimo modo nec vnquam prius vllis temporibus vsitato exigeret, sed præterea postquam ea ratione quicquid poterat corrasisset, tum demum alia via in speciem leniore vsus, ab omnibus per regnum illud ecclesijs, nobilibus, episcopis, mercatoribus, villicis, & quibuscunque subditis quorum domesticæ facultates ad centum sexaginta aureos ascendere putabantur, infinitam summam pecuniæ, quam illi volentes nolentes præstare compellebantur mutuò sumpsit, sed datis chirographis regijs de ea cuique rependenda intra certos annos. Quæ chirographa ita accurate serióque promittebant pecuniæ eius restitutionem, vt plærique eam in dotem filiabus largirentur, plærique ijs chirographis tanquam præsente pecunia mercimonia venderent emerentque, plærique in supremis testamentis eam pecuniam

Populum suum immaniter expilauit 3. modis. 1. immensa tributa exigendo.

Polus de primatu lib. 3.

2. Mutuò accepta nũquam restituendo.

pecuniam inter suos distribuerent. Cæterùm cùm eius persoluendæ tempus aduentaret, tyrannicus rex conuocato Parlamento effecit vt Ordines omnia ea chirographa irrita & inania esse declararent, eamq; pecuniam regi donarent vniuersam, cum infinito & inexplicabili innumerabilium per regnum illud damno & iniuria. Et tamen post hæc & huius generis alia particularia multa quæ mihi percensere nec opus est nec breuitas huius loci patitur, tali deinceps fraude eáque tam atroci & execrabili vniuersum illud regnum, omnes & singulos dico homines à primo & primario Duce vel principe ad extremum mendicum ostiatim viuentem turpissime decepit & depeculatus est, vt planè obstupendum sit vel animum regis titulo & professione Christiani vnquam potuisse ad tam sordidam rapacitatem sese abijcere, vel aliquam reperiri in Aulis regum Christianorum tam profundam voraginem & Charybdim quæ tam innumerabilem pecuniæ massam potuit exorbere. Quid illud tandem? & ad hæc superiora quid magis infame & incredibile addi potest? Hoc nimirum quod loco pecuniæ argenteæ, qualis probatissima per regnum illud superioribus sæculis in vsu erat, ille corruptissimam ex meræ æris ferrique scoria confecit cum perexili argenti adiunctione. Hócque modo bonam monetam totius eius insulæ in suum fiscum inferens, eámque ita fœdè permixtam cursus in populum emittens, sic eos omnes occultissimo latrocinio diripuit, vt aliquot post eius mortem annis cùm filia patris hæres, vel flagitiosissima patris turpitudine, vel insigni regni dedecore, vel notabili mercatorum damno maximóq; subditorum incõmodo permota pecuniã eam abolere vellet, & iustum eius pretium subditis restituere; comper-

Parlamen. Henric. 8. anno 35. cap. 12.

3. Publicæ pecuniam corrumpen do.

compertum sit quod pater pro franco vel libella Francica ex ærario suo subditis venditabat, id reuera vix sextam eius partem æquauisse. Imò verò maximum semi-frãcorũ (idem siquidé valor est solidi Anglicani) numerum cudebat, quorum singuli singulis assibus non erant pares. Quæ iactura vt erat infinita, ita maxime in promiscuam plebem redũdabat. Ita enim factum est vt quumciuis quispiam collocandæ filiæ, aut mercator emendis mercibus mille aureos in cista repositos habere se arbitrabatur, tum ille vix centum reperiebat. reliquos autem omnes immanis ille prædo hæreticus rex suo regali latrocinio iam priùs surripuerat. Et tamen (quod est inter reliqua mirabilia maxime admirandũ) hoc ab eo rege factum est, qui post præcipuos Nobiles occisos, eorúmque facultates omnes ereptas, post Clerum semel atque iterum exhaustum & expilatum, post direpta & euersa omnia Angliæ monasteria numero fere quingenta domesticis facultatibus longe ditissima, ecclesiasticis verò opibus per annos mille summa populi & externorum etiam principum deuotione aggestis longe opulentiora (ex quorum vno, nec eo maximo amplissimoque, nec prorsus expoliato, quia quod ecclesiæ Cathedrali sufficeret satis relictum est, & tamen ex eo vno viginti sex currus pleni auro, argento, gemmis, vestibusque sacris operosè magnificèque contextis auecti, & regijs vsibus applicati, coniectura probabili declarant qualis gaza ex reliquis omnibus coagmentata sit) eorumque præterea reditus fundosque suis regalibus appositos, tantas auri argentique moles, & vt verius dicam, montes accumulauerat, vt non modò eius ætate, sed nec multis ætatibus consequentibus aliquid à populo tributi nomine requirendum viri prudentes diuinarent. Et quidem

Holinsh. in Chronic. pag. 1814 Stouu. pag. 1115

Post omnia monasteria euersa.

Cantuariensi.

De schismate Anglicano. li. 1 fol. 92.

f rex

si rex ille animum habuisset populi sui saluti & trā-quillo florentique statui vel mediocriter intentum, certissimū est potuisse cum multis deinceps annis, imò & sæculis subditos suos à quouis tributo seruasse liberos & immunes. Sed statim cū hæresi in regis animū ingressa, ingressa est hæc publica iniquitas. Cū impietate cōtra fidē, subitò se cōiunxit impietas contra rempub. & vt primum rex ille factus est *infidelis* quoad Deum, iuxta verissimam prę- *Isa. 1. 22. 23.* dictionem Isaiæ prophetæ, repente eodemq; momento factus est *socius furum*, populique sui non rex sed prædo: & cum inæstimabili populi publicæque reidetrimento *argentum mutauit in scoriam.*

Quam eandem mirificam metamorphōsim eadem de causa in vicina Flādria nuper vidimus, vbi mutationem religionis eadem prorsus reipub. mutatio cōsequuta est, & imprimis populi inexplicabilis quædam prædatio. Cōspiratum est illic à Catholicis contra Ducem Albanum cum hæretico Aurangio propter aliquot decimas tum quidem vrgente belli necessitate impositas, sed paulò pòst stato tempore desituras. At qui paucas illas decimas regi Catholico pro fide Catholica sustinenda persoluere nolebant, quot illi postea decimas semel, & iterum, & tertiò, & quartò, quintóq; repetitas Aurangio ad exterminandam fidem Catholicam dependere cōpulsi sunt? Quid de *decimis* loquor? quādo paulò pòst & ad *quintas* deuentum est, & bonorum omnium *quintæ* incredibili acerbitate exactæ. Sed nec in quintis perstiterūt diu: mox enim etiam ad medietatem bonorum à singulis extorquendam processum. Et hanc tyrannidem illi perferre coacti, mediámque bonorum partem ad fidem Catholicam radicitus extirpandam ex illis regionibus monstro illi impendere, qui aliquot decimas pro

Flandria quàm misere ab Aurangio expilata.

conſeruanda religione Catholica iuſto moderatiſſimoque ſuo regi tribuere recuſabant. Et his continuis perſolutionibus ad quantam miſeriam & mẽdicitatem opulentiſſima prouincia redacta ſit, ex vnica ciuitate Antuerpienſi poteſt æſtimari: quæ cùm paulò ante vbique celebraretur tanquam inexhauſta quædam præſentis pecuniæ ſcaturigo & emporium copioſiſſimum, & ferè vnicum populis Occidentalibus in eo genere monopolium, vbi regum oratores multis aureorum millionibus data cautione derepente mutuò acceptis regum ſuorum ingentes terra marique ſumptus ſuſtinebant: illa ciuitas vbi paucos annos ſub hac hæreticæ gubernationis tyrannide egerat, etſi interim omnia domi foriſque eccleſiaſtica vaſa conflauerat, etſi ex totis vicinis prouincijs omne aurum argentúmque illuc apportatum fuderat, etſi publicam pecuniæ bonitatem intermixto cupro & ſtanno valde imminuerat, etſi à populo immenſam pecuniæ vim extorſerat, etſi à regina Angliæ, à Duce Alençoniæ, & à fratre eius rege Franciæ non mediocre ſupplementum acceperat, tamen poſt hæc omnia, æs alienum tam innumerabile debebat, vt omnium hominum bona & facultates quæcunque, nec ſi ſub haſta vænirent, ei media ex parte ſoluendo eſſent ſatis. Idcóque inter alias conditiones quas à principe Parmenſi impetrarunt cùm ſub regis Philippi ditionem redirent, ea inter reliquas appoſita eſt & præcipuè flagitata, vt ciuitas Antuerpienſis ad integrum annum à debitis quæ contraxerat rependendis eſſet libera. Sic enim cum principe illo paciſcuntur. *Cum Antuerpienſes demõſtrarint ſe ſuaque bona vbique iudicijs ob immenſa ipſorum debita eſſe ſubiecta & detineri poſſe: voluit princeps vt ipſorum corpora atque bona anno abhinc integro libera maneant, nec vſquam detineantur, vt interim ratio*

Antuerpia

Guiccard. en deſcript. Brabant. in Antuerp.

Iurium cõmentar. an. 1585.

Artic. 21

vlm ratio moduſque inueniatur illos iuuandi, & creditoribus ſatisfaciendi. Et tamen, quod ad miſerias illius prouinciæ exaggerandas plurimùm facit, vulgus interim ad Antuerpienſes ſubleuandos, eadem immoderata tributa hoc tempore pendere tenebatur, quæ viuente Aurangio in medio belli vigentis ardore dependiſſet. Nam & hic eſt alter illius compoſitionis articulus. *Quamuis exoptataret princeps illuſtriſſimus vt omnes nouæ exactiones atque indictiones poſt hac ceſſarent & abrogarentur, vt vel tandem oppreſſi hactenus atque emuncti ſubditi nonnihil reſpirare poſſent, tamen vt facta nomina debitaque ſua immenſa ſoluantur, earundem exactionum continuationem Antuerpienſibus permiſit.* *Artic. 18.*

Et harum omnium Angliæ Flandriæque miſeriarum, in veſtra repub. ô Franciæ populares originem non intuemini? Imò an non magnam earum partem iam pridem præſenſiſtis? Non oculis videtis ſemen idque copioſiſſimum iactum, ex quo abſque vlla quæſtione harum calamitatum meſſis immenſa conſurget? Nam quid in vltimo Henrico (fatali vt opinor regibus ad regna deſtruenda nomine) experti eſtis quàm continuatam quandam bonorum veſtrorum ruinam, continuatam nouorum tributorum inuentionem? qui tamen vbi ex veſtro ſanguine milliones ſingulis annis exuxiſſet, eos ſtatim nequiſſimè nullum in publicum vſum, ſed vel in mimos & adulatores inutiliter, vel in hæreticos contra Rempublicam pernicioſe diſſipauit. Et quid aliud ab Henrico Nauartæo Aurangij æmulo expectare poteſtis, qui & hæreſim multò lætalius quàm Henricus ille Anglus imbibit, & vos Catholicos non minus vehementer quam ille Henricus Valeſius odit & perſequitur, & iam nunc eius *Henric. Valeſius.*

Henrici vindicem se fore profitetur; vt nemo sit Francus qui illius tyranni interitum optauit, qui propterea hunc hominem hostem sibi æternum & capitalem non sit habiturus. Qui præterea ita per Henrici Valesij adulatores Epernonios & similes sanguisugas stetit, ita per eos ad hãc amplitudinem peruenit, ita per eos quos iam in delicijs habet deinceps Remp. hanc recturus est, vt certò certius vobis polliceamini ea tributa, eas exactiones, eas direptiones quæ eorum ministerio sub illo Henrico cæperunt, sub hoc Henrico magno cum fœnore esse perpetuandas. Huc adiungite istius ad bella pro hæresi propaganda alacritatem, in quibus ab ipsa pueritia innutritus est, & quæ deinceps multò quàm hactenus promptius & ardentius suscipiet, non solùm quia maiore quàm hactenus potentia præditus maioribus propterea viribus eadem sibi bella gerenda censebit, sed etiam quia per ea bella duplici ratione seipsum suumque hæresis statum est firmaturus; partim quia directe hæreticos quos solos sibi putat subditos fideles, eò magis amplificabit; partim quia oblique vos eadem ratione exhauriet & attenuabit, quos quamdiu Catholici remanebitis, nunquam sibi persuadebit fore ex animo & sincere beneuolos. Hæc autem bella Hugonotica quàm immaniter & absque vlla misericordia à vestris bonis diripiendis incipiant, si nondum experimento vestro didicistis, poterstis à Languedocensibus, & Guiennensibus, & reliquis illis vicinis populis edisce re. Potestis percipere ex vnica illa Catholicorum & hæreticorum confœderatione, quæ cum infinito & æterno Galliæ damno ante annos quindecim cæpit. Quæ vt primùm inter Cõdæum Nauarræi vicarium generalem, & Danuillium confecta est, statim tanquam primarius eius

Catholici sub Nauar. perpetuis exactionibus exhaurientur.

Anno 1575.

rius eius confusionis articulus annectitur, *Vt impositio & exactio fiat omnis generis vectigalium, tributorum, reparationum, stipendiorum, accretionum, &* aliorum quę nec lingua mea nec calamus potest exprimere: prę- ter *iura terrarum regalium*, præter *quintas prædarum*, præter *duplicia tributa omnibus mercibus* imponenda, præter *octo decimas ab Archiepiscopis, Episcopis, Clero statim persoluendas*, ea conditione adiecta, vt nisi tempore præstituto eas numerauerint, omnes eorum reditus auferantur. Hanc isti cùm priuati authoritatem sibi arrogauerunt, vt vos sic degluberent; an iam regiam potentiam adepti non multò magis vos dilaniabunt? non multò licentiosius in vestris bonis luxuriabuntur? vestram carnem & sanguinem depascent? Aut verò deerit istis occasio & prætextus æterna à vobis subsidia flagitandi & eripiendi, qui tam multas fortissimas in Prouincia, in Delphinatu, in Gasconia, in Guienna, in Cenomannia, in Picardia, in Campania, in Burgundia, in Franciæ insula, in Normannia, in Britannia, in omnibus Galliæ prouincijs contra eum eiusque hæresim fœdere colligatas ciuitates, vestris opibus dissoluere, vestris opibus oppugnare, vestris bonis expugnare, subiugare, & à Catholica fide ad hæresim pertrahere conabitur? Et vos qui Catholici estis in his tam abominandis contra Deum, contra ecclesiam, contra Rempub. Gallicanam, contra corpora animásque vestras, contra salutem liberorum & posteritatis vestræ prælijs, facultates vestras insumetis? An opes vestras tam solicite & laboriosè partas, tam scelerate & nequiter ad charissimorum fratrũ vestrorum, ad eius fidei qua sola æternam in cœlis beatitudinem speratis, excidium & exterminationem impendi patiemini? An Catholici Catholicorum hominum mortem, Ca-

Poplin. lib. 39. Leues de toutes natures de tailles, &c.

A faute de paimẽt d'icelles, tout le reuen

tholicarum ciuitatem ruinam, Catholicarum ecclesiarum euersionem, vestris pecunijs procurabitis? An non ipsi multò vobis salutarius putatis iuxta Christi doctrinam, vt vos appensa ad collum mola asinaria vnà cũ pecunijs vestris in alto mari demergeremini? Marcus Arethusius sanctissimus ecclesiæ primitiuæ episcopus, cùm sub Iuliano Imperatore iuberetur delubrum Idolorum quod ipse sub Constantino diruerat reædificare, aut saltem pecuniæ aliquantulum, *exiguam licet portionem* in id opus contribuere, nullo modo ad eam impietatis vel leuissimam approbationem adduci potuit. Et quamuis propterea tam varijs acerrimorum cruciatuum generibus torqueretur, vt ea sine horrore Christianus nemo possit vel cogitare, nunquam tamen potuit à proposito dimoueri: illud subinde Imperatoris ministris respondens, summè *impium esse vel obulum in tam impium opus impendere.* Et vos vos ipsos in eum locum conijcietis, vbi ad opus fanorum ædificatione lõge detestabilius, ad ecclesias Catholicæ fidei diruendos, ad Catholicos mactandos, ad Catholicas ciuitates totas destruendas, ad innumerabiles animas à Christo ad Antichristum abducendas, non obolos, sed aureos, & aureorum millia proferre compellemini? Neque tamen hæc dico vt coaceruetis & recondatis diuitias vestras, quas effundi & dispergi si quando vnquam à repub Gallicana primò formata, hæc certè tempora inprimis requirunt & efflagitant. Neque verò eas seruare potestis, etiam si ferreis aut adamantinis capsis includatis. Quando igitur vos ineuitabilis vrget necessitas, vt aut pro fide vera de bonis vestris donetis liberaliter, aut contra fidem pro hæresi eadẽ vobis erepta patiamini multo largius: quin vos diuina gratia ducti necessitatem hanc in virtutem mu-

Matt. 18. 6.

Theodoret. lib. 3. ca. 6.

Optimus modus pecunias colligendi.

tem mutetis, & quod aliàs ad euersionem ecclesiæ Christi vobis per hęreticos auferetur inuitis, id volentes Catholicis ad eiusdem ecclesię defensionem conferatis. *Date* iam *& dispergite* liberaliter *in benedictionibus*, vt vos hortatur Apostolus, ad Christi causam sustinendā; *& iustitia vestra manebit in sæculū sæculi*, largissimāq; *in benedictionibus* à Christo percipietis compensationem Ista est hac miserabili tempestate expeditissima via pro perituris, coriaceis, & cannabinis sacculis, *sacculos vobis conficiendi æternos qui non veterascunt*, pro caduca & incerta possessione monetæ militari licētia aut furum improbitate auferendæ, *thesaurizandi vobis thesauros in cœlo vbi fures non effodiunt*, neque thesauros ita reconditos à vobis eripiunt. Hic est si non vnicus, certè præcipuus modus de illo *iniquitatis Mammona tales vobis amicos comparandi* iuxta Saluatoris doctrinam, vt *cùm hac vita, & terrestris domus huius habitationis* vobis defecerit, *in æterna* & nunquam defectura cælorum *tabernacula recipiamini*.

2. Corinth. 9. 6. Luc. 12. 33. Matt. 6. 19. Luc. 16. 9. 2. Cor. 5. 8.

11. Cæterùm hæc ego fusiùs presbyteris pastoribúsque vrgenda & demonstranda relinquo, & simul à Catholicis omnibus aliquantisper abeo, ad Caluinianos proceres Nobilesque impellente me & ipsa rei indignitate, & ipsorum miserrima & planè seruili conditione, qui à nequissimis illis Satanæ ministris seducti, non in animæ solum exitium, sed in corporum quoque seruitutem ignari aguntur, ipsique suis manibus restim nectunt, quo paulò post carnificum ministrorū operâ sunt strangulandi. Quanquam autem istorum permultos obstinate hæreticos esse arbitror qui ex professo reiecerunt Christum fidémque eius, & quos idcirco *suo ipsorum iudicio damnatos* in æternum Christus reprobauit, & quos proinde ad salutis suæ

11. *Ad nobiles Caluinianos.*

Tit. 3.

Iudas in epist. v. 12. curam intentiorem hortari perinde est acsi Æthiopem lauares, aut surdo caneres, vel parieti loquereris, quando tales *arbores infructuosas, bis mortuas, & radicitus euulsas* vocat Apostolus, vt de eorum pœnitentia non magis quàm de arborum ita mortuarú viriditate & fructu spes vlla supperat: tamen quia plurimos mera cæcitate & ignorantia laborare scio, nec ita desperanter esse improbos quin paratam ipsis ruinam defugerét si eam præuiderent, & verò multos ego in Germania Lutheranos, multos in Polonia Arianos, multos in Anglia sub Henrico VIII. regiæ, & sub Elizabetha regineæ fidei Protestantes audiui qui postea perspecta eius Atheismi turpitudine ad Catholicam Ecclesiam reuenerunt: talibus ego calamitatem quam ipsi sibi accersunt breuiter exponam. Neque tamen theologice iram diuinam, inferorum pœnas, hæresis quam profitentur grauitatem, scripturas sacras, primitiuam ecclesiam, omnem antiquitatem, omnem doctrinam ipsis aduersantem vrgebo, nec sacrilegia, depopulationes, vastitates, homicidia, infinitam morum corruptelam, fidelitatis & honestatis communis interitum qui eorum Caluinismo coniunctissime adhæret exaggerabo: nec illud dicam vix vllum esse Caluinianæ eorum professionis articulum qui non à vetustis hæresiarchis ante multas ætates sparsus, ab vniuersali Christianorum Ecclesia anathemate damnatus est, præter pauca quædam noua contra Beatissimam Trinitatem & Christum incarnatum conficta capita, eaque adeò horribilia vt vix ipse Satanas ea euomere fuerit ausus. Hæc & quæ sunt huius generis à libris & doctoribus petenda sunt, longéq; disputatione egent: istud ego vnicũ monebo, quo si vel guttam habent aut Fráci aut honesti sanguinis eos cõmoueri necesse est,

Caluinismus.

hanc

hanc eorum religionem eo tendere vt Francicum regnum penitus dissipetur, & Francica nobilitas non Catholica modo, sed ipsa quoque Caluiniana radicitus deleatur. Dico Caluinistas nobiles à suis ministris ad omnem nobilitatem recidendam & exterminandam cæcos & præcipites agi. Et huius rei quam facilis & prompta est demonstratio! Conuertite oculos in statum reipub. huius & singulas eius partes, potissimum illic vbi ministi & Consistoria pleno illo quod sibi vendicant iure fruuntur. Nonne illic plebei cum nobilibus eadem omnino æqualitate confunduntur? Nonne coloni æque ac Barones Comitesve, ad præfecturas & officia publica assumuntur? Nonne Montalbani, Nemausi, Rochellæ, proceres ipsi sæpenumero cõquesti sunt homines rusticanos sibi fuisse promiscue exæquatos, quibus tamen vtriusque pro sua libidine imperabant regaliter ministri? Nonne historici vestri has contumelias passim nobilibus fuisse illatas annotarunt? Quum regis frater subducens se ex Aula, Germanorum equitum & peditum magnum exercitum conduxisset, cui singulis mensibus dependere debebat octingenta francorum millia, ijque in Regni finibus præstolarentur primam stipendij solutionem, ad quam conficiendam ille à Rochellensibus aliquam pecuniæ summam poscebat, ad quos legationem ea de re misit? Non ad Nobiles (quorum tamen eo tempore Rochellæ maximam fuisse copiam nec princeps ille ignorabat) sed ad ciuium Concilium, & ministrorum Consistorium, vnáque literæ principis Condæi idem requirẽtis allatæ sunt, alteræ ad Conciliũ ciuium, alteræ ad ministros & Consistoriũ. Neq; tamen tantùm ad id quod petebatur impetrandum valuit vel ipsorum Comitum qui legati erant Rochepotij & Mongo-

Caluiniani Ministri Nobilitatis hostes.

La Val l. 31. anno 1576. Poplin.

merij præsentia, vel principis Condæi literæ; quantum Theodori Bezæ supremi istorum Caliphæ simulapportata ad Consistorium epistola, qua suadebat valde fore Euangelij rationibus commodum, vt magnæ illæ Germanorum copiæ ad exugendum Gallorum sanguinem & spoliandos pagos, Gallias ingrederentur. Si Rochellenses priuilegia ostentant per quæ solum Prætori & eius Consiliarijs ciuitatis administratio est antiquitus commissa, cur ministri quorum nec nomen in Gallia aut orbe Christiano antiquitus innotuerat quando ea priuilegia dabantur, Conciliũ habent Prætoriano æquale? Quod si priuilegia ferunt ministros Prætori & ciuibus effici in ciuitate regenda pares, cur Nobiles quorum & numerus erat illic longe maior & præsentia ciuitati tuendæ longe commodior, parem cum ministris honorem non assequuntur? Hoc autem tanto magis nobilitatem Caluinianam vulnerauit, quod eodem fere tempore à Rochellensibus petierant se quoque ad publicarum rerum, ad pacis belliquæ tractationem assumi, nec par esse vt ipsorum vita & fortunæ ex solo Prætoris & ministrorũ nutu penderent, quando in omnibus Rochellæ oppugnationibus & defensionibus nobiles magis quam vel ministri vel Prætoris consiliarij vitam suam fuissent periclitati. Verum hoc postulatum Rochellensibus & ciuibus & ministris improbum & perodiosum fuit, vt qui *nobilitatem plane contemnunt, nisi quando ipsis libuerit,* adeo permulti hanc ob vt causam ciuitatem illam deseruerint. Eodemque prorsus modo ante biennium regis fratre Duce Andegauensi, postea rege Rochellam obsidente, quam La-Noæus clarissimus & sine controuersia peritissimus tota Callia Hugonotici nominis dux defendebat, nihil ille de rebus

Nobilitas contempta à Ministris

Ne faisant grãd estat des gentilhommes si non de grace & quãd il leur plaist. La Val vbi supra fol. 307.

rebus bellicis vel magnum vel minutum cum tota nobilitate statuere poterat, nisi simul popularium, & inprimis ministrorum assensus obtineretur: & non semel sed sæpenumero quũ Nobilitas volebat inducias, Ministri volebant bellum: quum missos à Duce Andegauensi legatos recipere volebant Nobiles, ministri eos non admittẽdos sed vrbe prohibendos decernebant: Ministri nocturnis excubijs præfuerunt; Ministri & plebei de pace belloq;, fœderibus & inducijs quod libebat inuita Nobilitate concludebant: quæ quantumuis molestissime eam indignitatem ferret, ministrorũ tamen & plebeiorũ (qui semper coniuncti erant) imperijs cedere cogebatur. Quam contumeliam non ferens dux ille rebus pro euangelio Caluiniano gestis celeberrimus, in medio belli feruore vrbem dereliquit. Historiam illã & historiæ partes omnes atq; circunstantias expendite, & perspicietis vos ministros Caluinianos sustinendo, non ministros euangelij & amicos vestros, sed angelos Satanæ & capitales vobis hostes alere, & non aliter quam viperæ per exesam matris aluum, sic illi per vestram euersionem & nobilitatis totius interitum in Consistoriorũ suorum regalem maiestatem ascendere conãtur, interim autem vobis nõ minus seruiliter quam dominus aliquis imperiosus domesticis suis famulis abutuntur.

Poplin. lib. 33. & la Valle. 24.

La-noue.

Neque hoc in vna ciuitate Rochellensi patet, vbi & ministri & ciues sua quædam contemnendæ nobilitatis priuilegia iactant, sed in quauis Galliæ regione, vbi tamẽ Ministri eam obtinent potestatem quam per Euangelium Geneuense vendicant. Eodem anno quo obsidebatur Rochella, Caluinistæ fratres generali consensu in Languedoca, Delphinatu, Viuaresia, & prouincijs circumiacentibus formarunt sibi recip. politiam in qua ipsi eorumque posteri

Ministri proponunt funditus exterminare Nobilitatem.

Anno 1573.

Toplin. lib. 32. posteri viuerent, & Euangeliſmum ſuum defenderent. Num vnum aliquem nobilem vt in regno, aut multos nobiles (quorum, idque valde Euangelicorum in illis prouincijs magna erat copia) vt in Ariſtocratia, reipub. ſuæ principem aut principes efficiunt? Nequaquam, ſed vt in democratia popularem planè magiſtratum & politiam ordinant.

» Poſt indictum ſiquidem Niniuitarum exemplo ie-
» iunium & celebratam cænam, iurant ſe poſteróſ-
» que has inuiolatè leges ſeruaturos. I. Primum in
1. quaque ciuitate Caluiniana publicis populi ſuffra-
» gijs vnum eligunt Prætorem vel Caput, qui reli-
» quis imperet tam in bello quàm in pace. II. Eli-
2. gunt XXIIII. Conſiliarios, idque ſine acceptione
» perſonarum, *ſiue è nobilitate, ſiue è plebe, ſiue è ciuita-*
» *te, ſiue ex agro*, modò ſint apti ad procurandum bo-
» num publicum: *quam item æquabilitatem* (de nobili
» agricolæ nequaquam propter nobilitatem præfe-
» rendo) in Prætoris ſummique capitis electione
» præſcribunt ſequendam. III. Præter hos XXIIII.
3. Prætori adiunctos, & qui à Prætore nunquam diſ-
» cedent, eligantur alij 75. qui ſimul cum præce-
» dentibus numerum efficiant cẽtenarium, qui item
» promiſcuè capientur *ſiue ex ciuibus, ſiue ex nobilibus,*
» *ſiue ex agreſtibus*. Coram his omnes iudicabuntur
» in cauſis criminalibus, hoc eſt, vbi agitur de dam-
» natione ad mortem, exilium, aut membri alicuius
» mutilationem. IIII. Abſque Concilio XXIIII.
4. Prætor nihil poterit ſtatuere de bello, politia, aut
» rebus grauioris momenti. Neque Concilium
» XXV. ſine Concilio centum virali quicquam de-
» cernere poterit de legis nouæ latione aut veteris
» abrogatione, neque de pecunijs colligendis vel
» expẽdẽdis, de pace vel bello, aut de alijs rebus perti-
5. » nentibus ad publicum ſtatum. V. Singulis autem

annis

annis primo die Ianuarij, isti primarij XXV. officijs suis decedant, & sint vt antea priuatæ personæ &c. Hæc est illa reipub. forma ad quam Caluinistæ ministri totam Galliam pertrahere moliuntur. Hæc est idæa quam mentibus suis concipiunt, ad ipsam popularis Heluetiorum reipub. normam expressa. In hoc ministrorum istorum ambitiosissimorum intenduntur studia & molitiones, vt suppressa nobilitatis prærogatiua, annui Magistratus, præfecti militares, belli duces iudices ciuiles eligãtur indifferẽter siue ex *ciuibus*, siue *ex nobilibus*, siue *ex agrestibus*: vt in muneribus publicis nihil nobilitati supra colonos & rusticos tribuatur, omnibus autem vniuersè non aliter quàm Sol minoribus stellis ministrorum Consistorium præcellat & emineat, cuius rei viuam quandam imaginem in Scoticano Consistorio proceribus illis crudeliter insultante superius descripsimus. In Anglia quoque ministri etsi mirificè reginæ potentia supremum Ecclesiæ suæ pontificatum sibi arctè retinentis coërceantur, & quæ tanquam ad opprimendum Consistorium (quod Scotorum, & Gallorum, & Geneuensium exemplo in Angliam introducere ministri valde laborant) duos Archiepiscopos, & Episcopos aliquot ad similitudinem Ecclesiæ Catholicę, ministrorum dominos, sui vicarios in Ecclesia Anglicana creauit: non tamen propterea ministri & occultis cuniculis & apertis etiam machinis tũ Reginæ supremã in Ecclesiasticis iurisdictionẽ vt impiã, tũ Episcorũ ordinem & potestatem tanquam papisticam conuellere desinunt. Quem in finẽ an nullũ Ecclesię illius magistratum, nullum iudicẽ, rectorem nullum volunt? Nihil minus: sed ius illud & dominatum sibi ex verbo Dei conuenire asserunt. *Aucupantur* (inquit eorũ Archi-

Ministri omnes vbique affectant dominationẽ in Nobiles.

V. Vbriggist contra Pu-

vitanos tractat. 11. pag. 160.

Archiepiscopus Cantuariensis) *plusquam papalem iurisdictionem, & ad seipsos transferre nituntur Episcopi, & Archiepiscopi, & Regis Pontificisque authoritatem, principemque & nobilitatem redigere volunt in veram seruitutem.* Quam tyrannicam iurisdictionem in Palatinatu Rheni à Ministris illis etiam contra Palatini Principis consiliarios fuisse vsurpatam, ipsi Zuingliani scribunt, & non modo nominatim expiimunt qui in ea prouincia Rhenensi quosdam principis eius *consiliarios è nido pellere nitebatur, ægrè ferens quod vt Pontifex eis imperare non potuit*, sed etiam addere non verentur eam valde communem & fere generalem esse ministrorum consuetudinem, *vt Pontificem Romanum oppugnent, non tam ob Apostolicæ doctrinæ recuperationem, quam ob papalem Sedem illo inde detruso occupandam vel saltem similem sibi construendam, vnde nouus Papatus Saxonicus.* Huius autem tyrannidis manifesta signa & vestigia in tota hac Caluiniana Galliæ tragedia homines cordati continenter aduerterunt. In primis enim tumultibus & ministri in synodo Cabillonensi definierunt, & popularis factio Beza etiam approbante clamauit *exterminandas esse è republica Christiana tres illas orbis terrarum pestes & quisquilias, Pontificiam ecclesiam, nobilitatem, & iurisprudentiam. Esse siquidem alienissimum à pura religione, vt in republica isti dignitatum gradus & personarum ordines atque discrimina ponantur, quum Deus cunctos homines vno rege dempto pares esse voluerit.* Hacque illi persuasione ebrij non minus tota Gallia nobilium, procerum, ducum, principum insignia, monumenta, sepulchra, quam Catholicæ Ecclesiæ sacramenta, Sanctorumque & Christi Seruatoris imagines & memorias vbique destruebant, quod item vbique in Scotia, Anglia, & Germania inferiore factum est, Toroque hoc primo & secundo bello

Clebitius in Victoria veritatis, & ruina papatus Saxonici. in præfat. & cap. 3. argum. 8.

Nota quo tendat zelus Ministrorum.

Iohã. Vetus in Apolog. Pratensis in Elencho Alphabet. lib. 2. cap. 22.

bello ciuili, quamuis vixdum adoleuerant, vixdum produxerant cornua, & vt Caluinismus eorum in Gallia stabiliretur magnopere indigerét nobilium auxiliaribus copijs, quam tamen se impudenter & procaciter gesserunt etiam contra ipsum principem Condæum, virum quidem sine quæstione nobilissimum, sed ab illis impostoribus ad sempiternam corporis animæque mortem, nominisque infamiam misere seductum? Post pacem Carnotensem factam ciuitate ea nondum capta & direpta (quod ministri prius apud se decreuerant) tanquam moderatores & correctores eidem fuissent appositi, ita insolentissime & seditiosissime in concionibus suis & circulis militaribus eum lacerabant. Alij *pacificatorem* vocabant & qui *cum Regina matre colludebat & præuaricabatur*. Alij, *eum impedire ne aliquid boni ad Euangelium promouendum efficeretur*. Alij, coram & in os ei denunciabant pacem hanc ab eo factam fuisse contra Deum, & mereri *vt caput ei propterea amputaretur*. Virique fidelissimi & in ea tempestate tota principi familiares, memoriæ mandarunt principem illum fuisse pertractum quo ministri volebant, nec illis imperasse sed paruisse, eorum subiectum voluntati & libidini. Et an non omnibus pene notissimæ sunt literæ quas Beza scripsit ad Ministros Guiennæ & Aquitaniæ, quibus eos *hortatur vt in vrbibus quas ipsi suo dominatu tenent, & vbi eorum authoritas est potior, nullos admittant milites à principibus* (Condæo & Nauarræo) *ad earum præsidium missos*, sed Consistorij *Ministrorum & Synodi* in præsidiarijs eiusmodi militibus accipiendis *iudicium tantummodo* sequantur? Quo exemplo vt euidentissime constat, id quod & Gallici scriptores inculcant, istos Satanæ *ministros sensim auferre nobilibus suam authoritatem, eamq; tradere in manus*

Ministrorum erga principem Condæum impudens arrogatia.

Anno 1568. M. Launay en la repliq. lib. 2. cap. 13. §. c. 6.

Ce faisant de paix.

Sa vie en respondrois Ibid.

Aduertãt hoc proceres Caluiniani.

Anno 1577. M. Launay vbi supra cap. 17. §. 18.

in manus populo & ministris, eum in finem vt tandem inuecta in Galliam democratia Helvetica, nobiles de gradu deiectos cum ignobilibus confundant & permisceant: ita ego alias huius generis historias omittis quæ sunt in vulgaribus historicis crebrimæ, in hac vna velim Nobiles hæreticos intueri conditionem & infælicitatem suam, qui pugnant non dico contra Deum, contra eius certissimam veritatem, cõtra Christum, contra omnes maiores suos, quod est tamen verissimum: sed (quod est clarissimum) contra patriam, contrà nobilitatem omnem, contra seipsos, contra honorem & dignitatem suam, idque vt paucos sordidos & lutulentos Bezas, ministros omnium turpitudinum seruos suis capitibus dominos imponant, seque eorum imperijs & Consistorijs abiectissimè substernant. Et quousque tandem Franci Nobiles quondam vere nobilissimi, nobilitatem vestram his furoribus deformabitis? Quousque Francorum nomen plusquam mille annis tota Europa & Asia Africaque glorioſum, vestris impijs contra patriam & Deum rebellionibus inquinabitis? Quousque ebriosa & contraria apostatæ Lutheri, & duorum Geneuensium scurrarum Epicuro & Diagora impuriorum deliria tanquam sacrosancta Christi Iesu oracula amplexabimini? Quandiu in his tenebris ipsa caligine Cimmeria & Ægiptiaca quæ vel manibus tractari poterat crassioribus somnolenti iacebitis? Quandiu isti imperiti & studidi impostores vos eludẽt? Quãdiu in eorùm gratiam corpora vestra his perpetuis ciuilium bellorum tumultibus exponetis? Nónne aduertitis quàm illi apertè vestra patientia abutantur? vestræ gloriæ insidientur? vestro sanguine regnum sibi, seruitutem vobis in Gallia machinẽtur? Expergiscamini verò tandem aliquando, & cogi-

Ad proceres Caluinianos.

tationem

tationem Christianorum Francorum nobilium vel ad breue aliquod tempus susscipite: & qui occæcati ignorantia & errore decepti, ab Ecclesia Catholica ad istorum synagogas discessistis spe Christianæ veritatis illic reperiendæ, nunc quum scire poteritis omnia esse apud eos blasphema & abominãda, eos impiè sentire de Deo, nefariè docere de Christo, Turcicè negare Spiritum sanctum & sacrosanctam Trinitatem, eos de inferno & cœlo fidem solidam habere nullam, & solifidiana persuasione in vitam communem monstra quædam scelerum & flagitiorum inuehere; quum præter ista, adeò impudenter etiam ciuiles vobis honores inuideãt, & nobilitatis dignitatem vobis auferant, vosque incitent & arment ad perpetuam ignominiam ac ignobilitatem vobis ipsis posterisque vestris inurendam; si Christiani estis reueremini Dei maiestatem, Christique nomen, fidem, & religionem Catholicam, à qua olim in baptismo susscepta manifestè iam desciuistis, longius ab ea quam Gentiles & Pagani per hanc perfidiam Caluinianam remoti: si Frãci estis, defendite leges patrias quas diu oppugnastis, & amplitudinem regni quàm diuturnis bellis miserè labefecistis: si nobiles, ostendite aliqua eius nobilitatis signa, insistendo nobilissimorum patrum vestigijs à quorum nobili sanguine hæc nobilitas ad vos deriuata manauit. Et deniq; si omnino viti communis honestatis & prudentiæ haberi vultis, imminentem Atheismum & seruitutem miserrimam à ceruicibus vestris depellite, quorum alterum nunquam declinabitis nisi Caluinismum ab animis vestris penitus amoueatis. Illum enim admittendo simul necesse est vel ministros capita Ecclesiarum vestrarum à vobis adorari, vt nuper in Scotia, & adhuc Geneuæ, & ita illis insolentissimis

Suprà cap. 5.

Nobiles Caluiniani futuri vel serui vel Atheis.

dominis seruieritis; cuius experimentum aliquod in Gallia Scotiáque habuistis: vel regem vestrum Ecclesiæ caput constitui vt in Anglia, & tum illud omne tanquam euangelicum credere compellemini, quicquid rex ille à suis aulicis & mulierculis in hanc & illam credendi formam inflexus vobis credendum edixerit, atque ita euadetis merè Athei omnis certæ & constantis fidei expertes, cuius luctuosum Christianis omnibus exemplum infælix Anglia multis iam annis suppeditauit.

12. 12 Quem vel Atheismum vel Alcoranismum necessitatem nimirum credendi quod vnus aut alter Sergius siue Mahometis, siue rex siue minister iusserit, quò minùs timeam posse in Galliam ingraescere, vel saltem stabilem illic sedem figere, quemadmodum in Græcia, Asia, Africa, Angliáque multos iam annos vsuuenit: facit partim Atheismi huius iam satis multis experimentis explorata & vnicuique cognita nequitia & turpitudo, partim ipsorum Gallorum à maioribus ducta naturæ quędam bonitas & honestas, qui quum nunquam ne Pagani quidem, hostes essent Catholicorum, quam improbabile est eos post tam diuturnam multis annorum centenarijs Christianam fidei professionem, velle infidelitati Christianis mysterijs ita ex diametro repugnanti perpetuò adhæresce re, & tam infinitè à maiorum virtute degenerare; etsi ab impostoribus ad tempus seducti, cum Mahomete, & Sergio, & Turcis, & Saracenis contra Ecclesiam Catholicam matrem suam noua hæresum portenta sequuntur. Multò autem magis hanc spem amplificat præclara Gallicanæ reipub institutio, singularum reipub. partium zelus & virtus, in populo antiquæ fidei simplicitas & amor, in multis ex nobilitate excellens fortitudo & cōstantia, in clero pietas, doctrina,

Suprà pag. 589.

Quare de repub. & Ecclesia Gallicana bene sperandum.

doctrina, studium, eámque fidem vel libris, vel cõcionibus, vel etiam sanguine confirmandi mirabiles propensio & alacritas: regis denique ipsius etiãsi adhuc ab istis proditoribus à regni possessione detineatur, summa & singularis religio, in Deo ad hãc tempestatem sedandam precibus implorando rara & insignis sanctitas, à teneris annis in Ecclesia Christi defendenda, versata mens & prudentia, ætas rebus ordinandis maturrima, coniuncta cũ regia maiestate sacerdotalis grauitas, magna apud homines reuerentia, maior apud Deum gratia: Auget hanc spẽ multò maximè & inprimis Dei ipsius qui perpetuò ostendit eximiã Ecclesiæ Gallicanæ curam extraordinaria quædam prouidentia, ex eo quod huic Ecclesiæ fabricandæ tã glorioſos dedit architectos & Apostolos, ipsos Christi Iesu domesticos, eiusq; principũ Apostolorũ & Pontificum, Petri, Pauli, & Clementis familiares, Lazaros, Nathanaeles, Marthas, Dionysios Areopagitas, Crescentes, Trophymos, Eutropios, Photinos, Sixtos, Saturninos, Martiales, & alios Apostolicæ familiaritatis, ætatis, & spiritus permultos: ex eo quòd huius ædificij muros copioso fortissimorum Martyrum sanguine temperauit, Irenæi & Lugdunensium contra Romanos Imperatores, Vincentij & Lingonensium contra Vandalos, Prætextati & plurimorum Rothomagensium, Nannetensium, & Britannorum contra Normannos, & nuper innumerabilium in omnibus penè regni huius prouincijs religiosorum contra Caluinistas: ex eo quòd omnibus sæculis præstãtissimos huic Ecclesiæ Episcopos dedit, Martinos, Exuperios, Hilarios, Prosperos, Eucherios, Mamercos, Remigios, Gregorios, Vedastos, Audoænos, Hinc maros, Iuones, qui mirabili exemplo vitæ & doctissimis scriptis populum Gallicanum

Apostoli Gallia.

Martyres Gallia.

Episcopi Gallia.

Reges Gallia. in Apostolica maiorum religione continuerunt: ex eo quòd à primo Christianissimo rege S. Clodoueo nemo regno huic præfuit, vnico isto extremo tyranno Valesio excepto, aut hæreticus, aut pertinax in Ecclesia oppugnanda aduersarius. Sed etiamsi pauci quidam in peccatis auaritiæ & luxuriæ dissolutiores, vt Dagobertus, valde Ecclesias ad aliquod tempus oppresserunt; ijdem tamen postea magna impietatis suæ pœnitentia correpti, larga compensatione multis Ecclesijs vel penitus extructis vel regali munificentia locupletatis, priorem impietatem correxerunt: ex eo denique quod ut hæc respub. to-

Respub. Gallicana. ta à prima conuersione per Apostolos & Apostolorum discipulos facta, nunquam à fide semel tradita ad hæresim quamcunque discessit, etiamsi propterea grauissimas à Saracenis, ab Arianis, à Lógobardis, à Germanis, ab Albigensibus bellorum procellas sustinuerit: ita nunc videmus eiusdem reipub. membra omnia, piam plebem, religiosum clerum, heroicam nobilitatem, pari studio conniti vt quam fidem à maioribus acceperunt, eandem ad posteros puram & incorruptam transmittant, adeo vt vix possibile sit fidem in Gallia Catholicam tantis in terra bonorum hominum, tantis in cœlo sanctorum Confessorum martyrum & Apostolorum præsidijs suffultam deleri & extingui. Huc accedit quòd quæ eius loco sufficienda est fides Caluiniana, adeò est

Calumissimus. tetra & nefanda, ministrorum qui eam prædicant vita adeò impura, mores adeò iniquinati, ambitio adeò immensa, tyrannica, & intolerabilis, sectariorum quorum armis eam plantare moliti sunt facta adeò scelerata, crudelia, sanguinaria, & sacrilega, vt nemo vir mediocriter bonus vel fidem eam possit amare, vel facta non odisse, vel sectarios non damnare vel ministros omnium authores non exhorrescere.

Ideo-

Ideoq; vt Gregorius Naziãzenus poſtquã Chriſtiani ſui tẽporis Iuliani Apoſtatæ miniſtrorũ inſolẽtiã & furores guſtaſſent, & ab ijſdẽ ſub Iouiano Imperatore reſpiraſsẽt, cõfidenter pronũtiat Chriſtianos nunquam deinceps laturos ſimile alterius Iuliani aut Iulianiſtarum imperium: non aliter ego tot Francorum pietatis conſtantiæ & fortitudinis argumentis fretus, quum illi quoque iam olim immaniſſimã Caluiniſtarum Iuliani militibus ſimillimorum feritatem innumeris ijſque cruentiſſimis exemplis teſtatam experti ſunt, & à qua per regũm & principum Catholicorum diuinam bonitatem reſpirarunt, ea qua Nazianzenus confidentia plenus, quod ille de Romanis Chriſtianis, idem ego de Francis Chriſtianis præſumo, & cum Nazianzeno de Francis aſſeuerari poſſe ſpero. *Non iam deinceps ſacroſanctis noſtris Eccleſijs Iulianiſtæ (Caluiniſtæ) oculos flagitioſos inijcient. Non iam altaria à puriſsimo & incruento ſacrificio nomen habentia ſceleſto ſanguine fœdabunt. Non iam ſacrilega manu donaria diripient & prophanabunt impietatem auaritia cumulantes. Non iam presbyterorum caniciem, diaconorum grauitatem, virginum pudorem contumelia afficient. Non iam ſanctorum inciſorum præcordijs impuros porcos immittent, vt ſimul & pabulo & præcordiis expleantur. Non iam martyrum ſepulchris ignem admouebunt, vt per eorum ignominiam alios à certamine deterreant. Non iam Sanctorum reliquias, cum oſsibus viliſsimis per contemptum permixtas flammis abſument, aut in ventos mittent, vt eos honore talibus hominibus debito ſpoliẽt. Non iam Cathedram peſtilentiæ (& Cõſiſtoriũ Geneuenſe) inſtruentes, maledictis & conuitiis aduerſus Epiſcopos presbyteros, inſuperque prophetas & Apoſtolos, Chriſtúmque adeò ipſum contortis oblectabunt.* Hæc & alia huiuſmodi olim contra Chriſtianos facere ſolebant Iuliani Apoſtatæ ſatellites:

Nazian. or. 110. 2. in Iulian.

θυσιαστήριον.

Suprà pa. 270.

Opera Caluiniſtarum & Paganorum quam ſimilia.

Suprà pag. 300. 301. 302. &c.

eadem hodie facere consueuerunt contra Catholicos Caluini Apostatæ discipuli. Hæc & huius generis alia quia semel à Iulianistis passi fuerant Christiani, Christianos nunquam deinceps passuros certò sibi pollicetur sanctissimus vir. Et quia hæc eadem & atrociora in Catholicos Francos commiserunt Caluinistæ, Christiani omnes per Europam certò sibi pollicentur Catholicos Francos eadem rursus nunqua toleraturos, sed tali dedecori, & sacrilegio, & impietati, & diuini nominis contumeliæ, mille honestissima aduerso pectore vulnera & pulcherrimam pro Christi gloria mortem antelaturos. Quis enim Christianus non malit tristissimam mortem iterum atque iterum oppetere, quàm in tam nefario hominum nequissimorum, verbo factoque Christum & Christiana omnia blasphemantium grege, siue paucos menses, siue Nestoris annos viuere? Et si primi Christiani sic intimis sensibus vexabantur, quum leues quosdam errores (si cum Caluinianis blasphemijs comparentur) contra Catholicam veritatem in priuatis ædibus prædicari audirent, vt mortis quàm vitæ cupidiores exclamarint, *Deus bone in quæ tempora nos reseruasti?* quemadmodum ad vitam hanc contemnendam animati esse debent Catholici, quum videnthas Caluinistarum monstrosas & plusquam Mahometanas in Deum Christúmque contumelias publicè è suggestu in Christianorum templis circumsonare? Vitæ nimirum cursus breuis est, pietatis merces æterna, & hoc caducum corpus vel morbo vel aduerso aliquo casu, vel saltem ætate, paucis pòst annis est dissoluendum: anima autem ad immortalitatẽ in cœlis cum Deo perfruẽdam est creata, quò pietatis, & charitatis, & Christianæ fortitudinis officijs est ascendendum. Quò vt perueniret olim

Ad Francos Catholicos vniuersos.

Eusib.

olim Christiani Franci, nullum vitæ periculum recusarunt. Et quum sic affecti pro Christi gloria vitam neglexerunt, & contempta morte Christi hostes intrepidè sunt aggressi, Christus eis longam & glorioſam in hoc etiã mundo vitã est largitus, & eorum virtutem præclarissimis sæpenumero victorijs honorauit. Quæ enim historiæ tacent Simonem Comitem Montfortium ducem Catholicorum in Gallia contra Albigenses: à quorum vasto exercitu centum millia complectente, in oppidulo quodam Gasconiæ obsessus, cum Catholicis mille ducentis animosè pro Christi honore caput suum morti deuouens, in eos erupit, & septendecim millia cum eorum duce Petro rege Aragoniæ occidit, reliquósque omnes in fugam vertit: vel superiori seculo Balduinum Gottofredi Bullionij fratrem, qui Hierosolymis ab hoste in arctum conclusus, quum iam de eo actum putaretur, is cum suis copiolis 260. equitum & nongentorum peditum, strenuè contempta morte contra infideles dimicans, Caliphæ exercitum fudit, in quo erant equitum millia nouem, & peditum millia viginti: quo in prælio præter pedites plurimos, quinque equitum millia desiderata sunt: aut etiam ante hos vtrosque Carolum Martellum, qui in campis Turonensibus Saracenorum & Arianorum trecenta septuaginta quinque millia, minima suorum cæde interfecit. Neque similia trophæa Catholicis contra hæreticos & Paganos, nostra hac ætate in extremo Oriente & Occidentali America, & sub oculis nostris hic in Europa à Deo optimo maximo donatæ defuerunt. *Facile est quidem* (vt ait egregius dux Machabæus) *concludi multos in manu paucorũ*, quũ pauci illi iustitiã causæ, recta conscientia, spe & fiducia in Deum armati, & de morte propter eius veritatem & honorem

Victoriæ Catholicorũ de hostibus.

Belforest. Annal. lib. 3. cap. 80.

Baptist. Fulgos. & Ægnatius lib. 3. cap. 2.

Suprà fol. 691.

Ozorius.

1. Machab. 3. v. 18.

adeunda non soliciti, eius inimicos, Paganos, infideles, hæreticos animo magno & excelso adoriuntur: *& non est differentia in conspectu Dei cœli liberare in multis vel in paucis: quoniam non in multitudine exercitus, sed de cœlo victoria belli & fortitudo est.* Ita nimirum in omnibus illis contra Christi hostes prælijs animati erant Franci, quemadmodum idem Machabæus suis Hebræis concionatur: *ipsi veniunt ad nos in multitudine contumaci & superbia vt disperdant nos, & vxores, & filios nostros, & vt spolient nos. Nos autem pugnabimus pro animabus nostris, & legibus nostris, & ipse dominus conteret eos ante faciem nostram.* Quo spiritu & zelo pugnandi pro legibus Dei, & reipub. & animabus suis & suorum, quum Catholici aggrediuntur aduersarios, Deus eorum piam fortitudinem sua extraordinaria gratia solet prosequi. Et quid pro Christi nomine formidarent Christiani milites, quibus in prælio cæsis æterna paratur in cœlo merces & corona, quando Romani, Græci, Lacedæmonij, & alij Pagani sola popularis gloriæ suauitate deliniti, vel honesta naturę indole vt reipub. suæ prodessent ducti, voluntariam mortem sæpenumero adiuerunt: Quum in primo bello Punico Romanus exercitus ita esset ab hostili circunclusus, vt euadere non posset, nisi ex eis aliqui collem hostibus vicinum cum certo vitæ discrimine occupantes hostilem exercitum eò auerterent, Calphurnius Flamma trecentis voluntarijs præfectus, conspicatus præsens exercitus Romani periculum, *Moriamur* inquit *milites, & morte nostra liberemus circumuentas legiones*: nec quisquam ex tanto numero detrectauit, quò minus in locum mortis suæ, certatim quasi ad apparatas aliquas epulas procurreret. Quę intuẽtes Franci, quantò magis inflãmati debẽt, vt pro sua, ciuiúmque suorum, & reipub. Gallicanę, innu-

Ibid.

Ibid.

Fortitudo Romanorum.

Liuius de-cade 3. li. 7.

innumerabilium videlicet Christianorum salute tũ temporali tum ęterna, vitam hanc caducam si opus sit despiciant, nec quacunque conditione aut pacificatione ferant Caluinistam, hoc est patriæ suæ, & religionis, & corporum, & animarum hostem Pæno quouis, aut Antiocho, aut Calipha Babylonio, aut Petro Albigensium duce tertiorem, Francorum Imperio præfici. Si Franci Catholici sunt, aut cum rege & fide Catholica eis viuendum, aut pro rege & fide Catholica eis moriendũ est. Si Catholici sunt, contra hæreticos Caluinistas capitales & æternos Catholicorum, & hominum & mysteriorum hostes, tam ambitiosè regnum vt Catholica omnia radicitus extirpent affectantes, ad extremum vsque vitæ spiritum depugnandum est. Hoc est eorum si Christiani Catholici sunt, officium. Hoc ab eis requirunt eorum Catholici maiores, fortissimi Martyres, sanctissimi Confessores, clarissimi reges, optimi omnium ętatum & conditionum Franci, qui acceptam ab Apostolis Catholicam fidem, inuitis Tyrãnis inuitis persecutorib. inuitis Saracenis, inuitis Arianis & hæreticis, furente & fremente Satana, incorruptam eis tradiderunt, & vt idem ab istis suis quoque posteris præstetur expectant. Hoc denique ab eis postulat Christus Iesus qui eos in baptismo suæ Catholicæ fidei consecratos, ad perpetuã eiusdem defensionem sacrosancto voto obligauit. *Catholicorũ officium.*

Quòd si quis in Frãcia Catholicus adeò sit mollis & effæminatus, vt istis nihil commotus, quouis timore, vel amore, vel fuga belli, vel desiderio quietis, si inclinet ad iniustissimum Nauarræi aut Caluinistæ cuiusque regnum approbandum: de tali homine etiamsi aliàs viro bono, quid ego aliud dicam, quàm quod de Marco Arethusio Gregorius Nazianzenus: à quo vt cœpi ita cum eodem ter- *Conclusio.*

minabo hanc Iuliani & Nauarrei comparationem, Marcus autem ille, Episcopus *eximiæ vitæ & singularis doctrinæ*, à Iuliani satellitibus comprehensus, post. quam omnia pertulisset cruciamentorum genera quæ humanum ingenium poterat excogitare, *verberibus cæsus, & in omnibus corporis partibus laceratus flagris, abiectus in cloacas, & deinceps per plateas à viris & mulieribus aptatus, tum traditus pueris vexandus, qui eũ in sublime iactatum excepere stylis, deinde inuoluerunt reti, & oleo melleq; delibutum in alto suspenderunt, apes & vespæ ad eum depascendũ inuitantes, à quibus ambesus est:* adeo vt glorioſissimis martyribus Laurentio, Vincentio, Georgio, incredibilium tormentorum perpesione non multùm concederet: tamen post hæc omnia animo inuicto tolerata, diuinus Theologus pronũciat hæc eum & his duriora promeritum hanc ob causam: quia *vnus fuisset ex eis qui impurum & nefandũ Iulianum morti à Constantio destinatum furtim subduxerant & seruarant, quo solo nomine meritò fortasse hæc patiebatur, ac plura perpeti merebatur, quod tantum malum vniuerso terrarum orbi imprudens seruasset.* Hoc idem de se dictum verisimè interpretentur Catholici Franci, Episcopi, Ecclesiastici, Duces, Comites, Nobiles, populares, quicunque Nauarræo ad regnum hoc inuadendum qualemcunque opem præbuerint: qui si deinde omnibus contumeliarum & supplicioru generibus excarnificati fuerint, quæ tyrannica crudelitas fingere poterit, si vt Marcus ille Iuliani seruator, sic isti Nauarræi fautores promiscuè mulierũ, virorum, & puerorum Caluinistarum multitudini exponantur cædendi flagris, raptandi per plateas, abiiciendi in cloacas, configendi cultris & scalpellis, conficiendi à vespis & crabronibus, & denique in partes minutissimas discerpendi (sic autem vt Paganismus, ita Caluinismus quoque suos remunerate

Theod. ibi. at Sozomẽ. lib. 5. ca. 9.

Naxian. Orat. 1. in Iulianum.

rare solet catholicos patronos, nec quicquã est vel Paganismo vel Caluinismo contra Christianos etiã amicos crudelius & ingratius) hæc omnia & his (si fiere posset) immaniora eos suo merito pati orbis christianus iudicabit, qui nõ vt Marcus ille casu, sed industria, non errore, sed iudicio, nõ imprudentes, sed prudẽtes scientesq; euidentissimis nimirum & terribilibus exemplis exercitæ à Caluinistis principibus in Anglia, Flandria, Scotia, Germania, ipsaq; etiam Gallia, tyrannicæ perfidiæ, sanguinariæ feritatis, & sacrilegi legum humanarum diuinarumq; contemptus edocti, talem *impurum & nefarium* Caluinistam, *Iudianum* alterum, certum orbis Christiani malum, facem & turbinem, reipub. Gallicanæ regẽ admittere voluerunt.

LAVS DEO

Priuilegij summa.

REGIÆ Catholicæ Maiestatis authoritate cautum est, ne quis intra sex annos proximos, citra *Ioannis Keerbergij* voluntatem, hunc librum *De Iusta reipub. Christianæ in Reges impios et Hæreticos authoritate &c. G. Gulielmo Rossæo Authore*, Imprimat, vel alibi impressum in has regiones importet, vel vllo modo distrahat. Qui secus faxit, præter confiscationem librorum omnium, pœna aurei Carolini pro vnoquoque exemplari mulctabitur. Vt latius patet, in ipso diplomate dato Bruxellis, Septimo decembris Anno 1591.

Subsig.

Prats.

INDEX RERVM MAGIS MEMORABILIVM QVAE HOC IN OPERE CONTINENTVR.

ALBIGENSIVM Satanica contra Christum impietas, pag. 362.

Alençoniæ Dux proditionis damnatus, pag. 414.

Anastasii Imperatoris mirabilis interitus, pag. 641.

Anglia sub hæresi miserè oppressa, pag. 42. 43. Angliæ leges capitales contra religionem, 226. 227.

Angliæ regina. 224. 225. Eius nuptiæ cum Duce Alençoniæ, pag. 701. 702.

Anglia hæretica quantum nocuit Scotiæ, 483. Galliæ, 483. Flandriæ, pag. 484.

Anglorum hæreticorum perfidia erga regem Hispaniæ. 701. 702. erga omnes reges Christianos. 713. Hispaniæ regis pecuniæ ab eis perfidiosè interceptæ. 703. eorum tum fœdus cum eo rege. 704. Eorundem perfidia erga regem Galliæ. 704. 705. Fœdus solenne reginæ cum eo rege. 705. 706. quam perfidè statim violatum. 707. Angli rebellibus semper, Galliæ regi nunquam opem ferunt. 705. 708. 709. Eorum miranda perfidia erga reginam & regem Scotiæ. 709. 710. Incredibilis professio defendendi rebelles & regicidas. 711. 712.

Angli protestantes Athei. 42. 158. persecutores Iuliano Apostatæ similes. 228. 229. eorum in mentiendo horribilis impudentia. 777. 778.

Angli nobiles qui Henrico VIII. & Elizabethæ in schismate vel hæresi introducenda fauerunt, ab ijsdem mactati. pag. 575. 776. 777. 778. 779.

Anglicorum nostri temporis *Martyrum* innocentia. pag. 219. 220. 221. 222. &c.

Antiochus

Antiochus legitimus Iudæorum rex, 618. persequitur veram religionem, 618. propterea Machabæi iustè contra eum rebellant, 618. 619. Machab. contra eum bella à Synagoga, Deoque probantur, 621. 622. 623. Antiocho promittenti religionem saluam Iudæi obediunt, 621. contra eum promissa fallentem rursum arma sumunt, 621. Regnum illud Antiocho ereptum iustè occupant, 622. 623.
Aurangius princeps, 110. eius multiplex & incredibile periurium, 690. 691. 692. 693. 694. 695. 791. Atheus, 695. 696. ingratissimus proditor, 696. Vide *Flandria*.

B.

Bella pro fide contra eius hostes sunt iustissima, 579. 580. 581. &c. Tali iure Aquitania & Gasconia sunt occupatæ à Gallis, 381. 382. Clodouæi bella pro fide laudantur ab Imperatore Græco, 382. Childeberti eius filij bella pro fide, 382. Item Iustiniani contra Vandalos, eiusque mirabilis victoria, 383. 384. Heraclij contra Persas ob eandem causam cum successu mirabili, 384. 385. 386.
Bezæ amentia, 306. 307. quale monstrum, 364.
Borbonia domus olim clarissima, 756. 757.

C.

Caligulæ dira vox, 31. 46.
Caluinus quale monstrum, 363. 364. liberat suos à iuramentis, & fide Catholicis regibus seruanda, 393. 394. 691. eius iudicium de Henrico VIII. Anglo, & eius filia, pag. 486. 487.
Caluinus docet Christum in cruce desperasse 300. 302. 304. Christo suos ministros anteponit, 301. facit Christum peccatorem, 303. & dignum æterna damnatione, 303. Negat Christi mortem humano generi profuisse, 304. Christum non minus quam Iudam damnatum asserit, 304. Negat eum fuisse mundi redemptorem, 305. Resurrectio Christi negata ab alijs, 306.
Caluinismus aliarum sectarum maximè execrabilis, 267. quare pag. 272. 273.
Omnes ecclesiæ Caluinianæ sunt Arrianæ, 275. 276. Vide *Deus*.
Caluinismus in Gallia viam præstruit Mahometismo, 489. Cognatio Caluinismi & Mahometismi, 490.
Caluinismi horrenda impietas, 324. Caluinismo Lutheranismus præstat, 322. 323. eius summa & finis, 567. 823.

Caluiniſtæ ſcriptores impudenter mendaces, 217. per Caluiniſtas Turciſmus in Poloniam introductus, 268. 269. ſunt hoſtes S. Trinitatis, 269. 274. 275. Omnes ſunt hæretici perditiſſimi, 308. 309. viam præparãt Mahometiſmo, 310. ſunt valde mutabiles in fidei ſuæ confeſſionibus, 311. 312. non habent vera ſacramenta, 316. Baptiſmus quid apud eos valet, 317. & cœna, 318.

Caluiniſtæ neceſſario periuri, 691. ex natura profeſſionis ſuæ, 699. nullam habent fidem aut Deum per quem iurent, 688. In omnibus ſuis actionibus bellicis periuri, 698. ſunt toti poſſeſſi à Satana, 287. 325. vera monſtra in eccleſia Chriſti, 325. 326. Caluiniſtæ quales, 273. 294. 325. Quales eorum ſynagogæ, 669. ſunt ferarum luſtra. 769.

Caluiniſtarum fidei mutatio recens quoad bella ſubditorum contra reges, 601. 602. 603. 604. &c. In hoc noui Caluiniſtæ diſſentiunt à veteribus, 650. 651. 652. 653. 654.

Carolus Borbonius rex, 736. 753.

Caſimiri inſolentia erga regem & regnum Galliæ, 404.

Caſtalionis confeſſio de Deo Caluiniſtarum, 290. 291.

Catholica fides præcipuum locum habet in republica Chriſtiana, 153. 154. Catholicorum & eccleſiæ Catholicæ deſcriptio ex ſcripturis, 462. 463. 464.

Chriſtiana religio ius naturæ in rebuſp. ordinandis non ſuſtulit ſed perfecit, 40.

Colignius Admiralius primus Hugonotarum rex in Gallia, 342. 346. eius impudentia in Germanis contra regem Carolum ſolicitandis, 347. 348. Ille & ſui obfirmati in mentiendo, 348. eius poteſtas quo directa, 349. 350. forma eius regni in Gallia, 377. fuit rex & pontifex, 378. 379. abſolutus monarcha Hugonotarum, 380.

Conſtantinopolis Epiſcopi authoritas in creando Imperatore, pag. 61. 62.

Conſtantinus Copronymus qualis tyrannus, 134. 135. 159. 160. hæreticus Caluiniſta, 134. 135. 632.

D.

DEus Caluiniſtis eſt omnis peccati author, 277. 278. De eo ſumma Caluinianæ doctrinæ, 279. 280. 281. & de libero arbitrio homini negato, 284. 285. Quàm horribilia abſurda ex ea doctrina ſequantur, 286. 287. Tollit extremum Chriſti iudicium, 287. facit Chriſtum tyrannum iniquiſſimum, 287. 288. Eſt acre calcar ad omnem vitæ turpitudinem, 296. 297. Duæ peccandi regulæ ex hac doctrina deductæ, 297. 298.

Diaboli ex scripturis descriptio, 287.288. Diabolus est Caluinistarum Deus, 289.290. probatur clarè. 290.291.292.&c.

E.

Ecclesia noui testamenti æterna, regitur per Episcopos. pag. 121. quibus reges quoad ecclesiastica subijciuntur, 121. 122.123.124. Ecclesia, vt item Synagoga, perfecta absque regibus, 523. Ecclesia non mutatur mutato Imperio, 524.
Ecclesiarum millia ab Hugonottis euersa, 361.566.
Episcoporum magna authoritas in Ecclesia, 522.523. Eorum in Imperatores Imperium, 503. 507. 508. Vide Reges.
Episcopalis erga impios reges libertatis exempla egregia, 500. 501. 502. 503. 504, &c.
Euangelij noui definitio, 360.
Excommunicant Episcopi Hispani reges suos impios, 65.66.558. Poloni suos, 560. Scoti suos, 543.
Excommunicatio & depositio solennis regis Galliæ hæretici per D. Remigium, 561.562.563.

F.

Flandriæ Catholicorum Nobilium cum Aurangio, & Francorum cum Nauarræo, particularis & exacta comparatio, 785.786. Fœdus accuratè factum pro Cathol. religione. 786.787.788. improbissimè statim violatum, 788.789. Flandri nobiles ab Aurangianis non minus quàm sacerdotes spoliati, 789. & ab Aurangio miserè vexati, 790.
Flandria ab Aurangio quàm misere spoliata, 807. Antuerpia à veteri opulentia quantum decidit, 808.809.
Francorum antiqua gloria, 331. Eorum constantia in fide Catholica, 333. Eorum primorum Apostolorum, 334. seruatæ reliquiæ, 335. Francia semper libera ab hæreticis. Vide *Gallia*.
Francorum veterum bella pro religione contra Saracenos, 587. 588. Eorum virtus imitanda posteris, 589.590. Singularis prærogatiua Francorum, 590. Victoriæ de Saracenis, 592. De Frisijs, 592. De Longobardis, 593.594. De Saxonibus, Bauaris, & alijs, 594. 595. Francorum gloria hoc sæculo, 595. Eorũ victoriæ sub Carolo Magno, 596. 597. Magna pars Hispaniæ ab ijs subacta, 597. 598. Religio Francorum in prælio committendo, 599. Contra hos Francos & Francorum reges, hæreticorum debacchatio, 655.656.

G.

Gallia sæpe in varia regna fuit diuisa, 15.16. Arcet fœminas à successione regni, 16. Spurij aliquando facti reges

reges Galliæ, pag. 15.
Galliæ regni Ordines, regibus leges ponunt, 87.88.89.90. Imdicæ regum damnationes ab Ordinibus reuocatæ, 95.
Galliæ populus, est propriè regalis patrimonij Dominus non autem rex, 97.98.
Galliæ Rex non est absolutus prouinciarum Galliæ Dominus, pag. 96. 97. Tenet coronam regiam cum obligatione defendendi Catholicos, & exterminandi hæreticos. 140. 141. Hostis altarium & ecclesiarum, non potest esse rex Gallorum, 644. Eius creandi & coronandi mos antiquus, 52.53. Iuramentum, pag. 53.
Contra morem & necessitatem sacrandi reges Galliæ, obiectiones Hugonotarum, 438. Soluuntur, 439. Mos vngendi reges Christianos in Gallia antiquissimus, 439.
Galliæ rex Philippus excommunicatus & depositus, 57. Constantia Galliæ Episcoporum erga eum excommunicatum, pag. 538.539.
Gallicanæ reipub. prima pars, religio Catholica, 338. altera, obedientia legibus, 340. De eius sanitate quare optimè sperandum, 824.825.826.
Ad Galliæ episcopos vt officio suo fungantur contra Nauarræum, 556. imitantes constantiam episcoporum Hispaniæ, 56.558. vel Germaniæ, 558.559. vel Poloniæ, 560. vel S. Remigii, 561.562.563.
Clerus Galliæ quid hoc tẽpore potissimùm considerare debet, 793.794. Hugonotæ, cleri hostes capitales, 794. 795. Spolium ecclesiæ Gallicanæ à Nauarræo & suis intenditur, (quod iam pridem ab eo Biernæ factum est) 799. & Catholicorum sacerdotum suspendium. 800.
Ad Galliæ Nobiles Catholicos vt constanter repellant Nauarræũ à regno, 452.453.488.492.493.657.658. Gallia hæretica quantum nocebit orbi Christiano, 486.
Ad Galliæ Nobiles Catholicos hæreticis vnitos, 767.768. quantum promouent hæresim, Ibid. Eorum consociatio cum hæreticis, 768. quàm grande peccatum, 769. 770.772. 773. 774. Grandius schismate Core & Dathanis, 771. Si in eo statu moriuntur, certò damnantur, 772. Stabilita hæresi, hæretici eos vt proditores & Atheos contemnent, 783. 784. Vide *Anglos, Scotos, Flandros.*
Ad Nobiles Galliæ Caluinianos, 814.815, &c. 822. omnes futuri sunt vel serui vel Athei, 822. Vide *Ministri*
Ad ciuitates & ciues Galliæ, 801. 802. Sub rege hæretico omnia ciuitatum iura peruertentur, 802. ciues perpetuis tributis exhaurientur. 810. Quemadmodum diuites

optimè iam pecunias ſuas collocent, 812.813.
Ad omnes Galliæ Catholicos, 731. 732. 733. &c. *Genevæ pag.* 748.
Guiſia familia eccleſiæ contra hæreticos propugnatrix, 758. Claudius Guiſius. Filij eius Franciſcus. Daumalius, 758. 759. Cardinales Lotharingus, 760. Henricus Dux Guiſius, 760. 761. Eius mors & Ludouici fratris Cardinalis, Galliæ quàm ſalutaris, 762. 763. Carolus Deus Mayennenſis, 764. 765. 766. Veri nepotes Caroli Magni, 766.

H.

HAEreſis omnium peccatorum maximum, 458. *hereticorum deſcriptio* ex ſcripturis, 465. hæretici quemadmodum appellandi, 128. rectè pœnis coguntur ad fidem Catholicam, 665. 666. ſunt homicidæ omnium teterrimi, 667. quid in Catholicis eos plectentibus debent aduertere, 667. 669.
Hæreticus magis Paganus quàm Chriſtianus, 177. 178. iuxta doctrinam Chriſti & omnium patrum, 178. 179. & leges Imperiales, 179. eſt Pagano deterior, 180. 181. Vide *Proteſtantes, & Paganiſmus.*
Henricus VIII. *Anglus* lege prohibuit ſe vocari tyrannum, 108. Damnatur pro tyranno à ſuis, 135. 222. Caluino 486. eius libido vera cauſa fuit cur ſchiſmaticus euadens, Anglicanæ eccleſiæ ſe fecit caput ſupremum, 219. 220. 221. 222.
Eius inceſtæ nuptiæ cum Anna Bolena damnatæ, etiam à Proteſtantibus, 225. damnatæ à ſeipſo, 224. eius in Nobiles crudelitas, 487.
Henricus VIII. quàm immaniter populum ſuum expilauit, 1. immenſa tributa exigendo, 803. 804. 2. mutuò ſumpta nunquam reſtituendo, 804. 805. publicam pecuniam corrumpendo, 805. 806. idque poſt omnia Angliæ monaſteria ſpoliata & euerſa, 806.
Henricus Valeſius perditor Poloniæ, 78. 79. Illic omnes hæreſes admiſit, Ibid. Nullam habuit eius reipub. curam, 79. deponitur à Nobilibus Poloniæ, 80. 81. libere de officio ſuo monetur ab Archiepiſ. Lugdunenſi, 140. 141. perfectus in omni genere tyrannus. Bona ſubditorum diſſipat. 147. Quantum pecuniæ vno anno ſuis paraſitis donauit, 149. Rempub. & Eccleſiã omni turpitudine & Atheiſmo inficit, 150. 151. Curiæ eius Theologia plena Atheiſmi 151. 152. Euertit fidem, 160. Epitome rerum ab eo contra eccleſiam geſtarum, 161. vſque ad 171. per Galliam omnes

fiam omnes hæreſes permittit, 161. 162. probat Hugonotarum rebelliones, 163. Spoliat eccleſiam Gallicanam. 164. defendit rebelles Geuſios, 164. probat hæreticorum fœdera, quæ in Catholicis improbat, 165. 167. 168. Compater magni Turcæ, 166. Atheus, 166. minatur euerſionem ciuitati Pariſienſi, 167. AEmulatur Turcam, 167. molitur excidium Catholicorum, 168. 169. priuat ſeipſum Corona Galliæ, 169. Occidit Ducem & Cardinalem Guiſium, 169. ciuitates Catholicas prodit hæreticis, 170. Omnium tyrannorum impuriſſimus, 170. 171. Deteſtatio eius nequitiæ, qui ſpecie Catholicus, hæreticum deſignauit ſucceſſorem, 743. 744. 745. 746. 747. 748. eſt vera cauſa omnium Galliæ malorum, 749.

Henricus Valeſius & Conſtantius Arianus, Nauarreus & Iulianus Apoſtata, Romani Imperij & regni Galliæ, ſtatus inter ſe comparantur, 740. 741. 742. Henric. Valeſ. fundamentum iecit ſpoliandæ eccleſiæ Galliæ, 796. 798. Bona eccleſiarum inuadit & vſurpat vt ſua, 797.

Hiſpaniæ reges obligati ad regendum iuxta leges, 64. 65. regis Philippi erga Flandros indulgentia, 108. 109. priuatur regio iure per rebelles ſubditos, 110. Hiſpanorum imperium inchoatum à Francis, 598.

Homo natura factus ad ſocietatem ciuilem, 3. 4. humanæ naturæ infirmitas. 2. 3.

Hugonis Capeti ius ad regnum Galliæ, 74.

Hugonotæ non ſunt Galli quoad religionem, 541. 343. ſed Gallograeci, 343. Eorum primus in Gallia rex Colignius, 342 Eius in Gallia regni initium ex fraude, mendacijs, 344. & ſacrilegijs, 361. 362. & 359. Hugonotarum ſacrilegia Aurelijs, 351. 352. 353. Infidelitas, Ibid. immanitas, 302. Sacrilega crudelitas in principes, epiſcopos, & Sanctos defunctos, 353. 354. in Apoſtolos Chriſti, & D. Ioan. Baptiſtam, 355. 356. in Chriſtum ipſum, 357. 362. 363. in ſacerdotes Chriſti, 357. 358. pluſquã Tartarica, 359. Eorũ primi Apoſt. Caluin. & Beza, quales beſtiæ, 349. 350. 363. 364.

Hugonotæ quoad ſacrilegia nequiores Paganis aut Turcis, 367. 368. 369. vel Iuliano Apoſtata, 370. Similes Normannis infidelibus, 405. Paganis, 492. 588. Perſis, 584. Arianis, 601. Iuliani Apoſtatæ militibus, 370.

Hugonotæ non ſunt Galli quoad obedientiam regibus & legibus Galliæ, 371. 372. impudenter ſe illis opponunt, 372. 373. 374. 375. Sunt in Gallia populus diſtinctus à populo Gallicano, 381. 382. profitẽtur ſe omniũ Chriſtianorũ hoſtes, 382. 383. Nobiles Galliæ ab illis occiſi, 384. Gentiũ in

bells iura,385. non seruata ab Hugonotis, vt quod legatos regis admittere recusant,386. vel admissos perfidiosè violant,387. vrbes indicto bello occupant,387. viros principes contra fidem datam occidunt,388.389. nulla fœdera cum rege seruant,390.391. per doctrinam suam liberantur à fide & iuramentis seruandis,393. praxis eius doctrinæ,394.395. non possunt præstare fidem datam Catholicis,395.396. Sunt necessariò Paganis perfidiosiores,396. Conclusio eos verè minus esse Gallos vel Francos, quam sunt Burgundi & Hispani,405.406.408. Hugonotæ magis quàm illi vastarunt Galliam, regem, populum, 406. 407. quàm intolerandas pacis conditiones à rege requirunt,416.417. Requirunt impossibilia,419. immania eorum scelera quibus se fatentur Galliæ proditores, 418.

Hugonotarum immanitas in populum Galliæ, 397. particulatim Engolesmi,398.399. Tria genera tormentorum illic vsitata,399.400. Sunt infestissimi hostes Galliæ,401. Externos hostes ad eam depopulandam inducunt,402.403. Germanis vnde soluerunt stipendia, 403.

Hugonotici Galliæ scriptores refellunt, quoad infinitam regum potentiam, 21.22.23. &c. quod ius coronandorum regum,51.52.53. quoad regum depositionem,84.85. quod omnia subditorum bona faciunt regum propria, 91.92. 93. quod negant Caluinistam comparandum Pagano aut Turcæ,177.178. quod asserunt Catholicos & Caluinistas non dissentire nisi in leuibus cæremonijs, 307.308. & vtrosque esse eiusdem ecclesiæ filios,& fratres,313. Eorum stultissima argumenta quod subditis contra regem hæreticum non licet arma sumere, 601.602.603. refelluntur, 603.604. &c. quod negant Nauarræum esse hæreticum relapsum,665.666. Sunt Nauarræi calumniatores egregij, 670.674.675. faciunt eum verum monstrum, pag. 679.680.

Hugonotici scriptores quàm crasse mentiuntur, vocando se *Catholicos Romanos*,217. narrando historiam regum Anglicarum,219. quàm stultè Nauarræo vendicãt regnum Galliæ ob memoriam S.Ludouici,439.440.441. qui est Nauarræi hostis æternus,442. Vide *S.Ludouicus*.

I.

IEroboam author regij in Ecclesia primatus, pag.513.
Imperator Germaniæ valde alligatus,13. in Imperio non succeditur.Ibid.
Imperatores Græciæ iustè depositi, 77.78.

Imperium ab Oriente in Occidentem iura traſlatum, 84. 85. propter Græcorum Imperatorum hæreſim, 536.537. Imperij vtriuſq; limites, 529. Græcorum improbitas & impietas, 550.551.
Iudicium extremum examinat opera, 252.253.
Iuramentum iurantem non ſemper obligat, 68.69.72.73.
Iuramenta regum Galliæ Rhemenſi iuramento contraria, eum non obligant, 96.
Iuramentum veterum militiæ ducum de tenenda ſemper fide Catholica, 130.
S. *Iuo* vt ſe geſſit erga regem Galliæ excommunicatum, pag. 538.539.541.
Ius in ſcriptura quid aliquando ſignificat, 102.

L.

LAtronum diuerſum ſupplicium in diuerſis regionibus, pag. 16.17.
Legiſlatores omnes, voluerunt ſuos ciues efficere bonos, 112.113.114.
Leo Iſaurus tyrannus, 159. & Leo IIII. 160.
Libertas religionis ſi à Nauarræo concedatur, erit Galliæ peſtis, 479.480.481. Nauarr. regis exemplum plus valebit contra quàm omnia eius edicta pro Catholica fide, 479. Dare talem libertatem eſt diabolicum, 482.
Luciferi ſcripta contra Conſtantium Imperatorem hæreticum, valde probata ab epiſcopis eius ætatis, 477.478.
S. Ludouicus radix domus Borboniæ, 754. eius ſanguis in Nauarræo corruptiſſimus, 461. eius immortale odium contra Nauarr. & omnes hæreticos, 441. Articuli pacificationis cum Comite Toloſano. Ibid. eius nobiles actiones, 754.755. Borbonijs. Ibid.
Lutherus quàm libidinoſus, 187.321.322. qualis deſcribitur à Zuinglio, 193. inſtructus à diabolo, 185.

M.

M*Acchiauellus*, impius, pagin. 40. eius regula de periurijs principum licitis, 709. amplificata à Caluino Ibid.
Magiſtratuum neceſſitas, 6.7. Nulla vel maximè barbara natio ijs caret, 8.
Marci Arethuſij conſtantia, 812.813.
Maria regina Scotiæ, 109. quare è regno eiecta, pag. 19.20.

Ministri Scotici ferunt sententiam depositionis contra reginã Scotiæ, & quare, 20. eorum impudentia, 20.21. libido immensa, 190. eorum in nobiles Scotos tyrannica crudelitas, 582.583.

Ministri Gallici Nobilitatis hostes, 815. 816. proponunt fundituς exterminare Nobilitatem, 817.818 vbique affectant imperium in nobiles, 819. Eorum summa insolentia erga principem Condæum, 821. Excludunt nobiles à gubernatione, 822.

Monachi & sacerdotes pro fide arma sumunt contra hæreticum Imperatorem, 634. vsque ad 641. multa in ea historia singularia, 638.639.

N.

Nauarræus hæreticus non potest esse successor veterum Galliæ regum, 59. non potest esse Christianorum rex, 413.739.740. est Galliæ proditor, 215. Ille & sui habent omnes Galliæ Ordines pro perduellibus, 420.421. Maximum eorum odium in ciuitates Galliæ, 426.427. quibus vltionem minantur. Ibid. Mirabilis futura Galliæ inuersio sub Nauarr. rege, 429. de natalibus eius, 430.

Nauarræus non potest coronari rex Franciæ, 431. 432. nec vllam coronationis particulam suscipere, 433.434. nec aliquam iuramenti regij partem præstare, 434.435.436. sine quo nunquam potest esse rex, 437. Si fingatur esse rex Galliæ, regnabit contra veteres Imperatores, 443.444. contra veteres Galliæ reges. 444. 445. & reges omnes Christianos, 446.447.

Nauarræus neminem nobilitare potest, 448. nec ipse esse Eques alicuius Ordinis, 449. nouus nobilitatis Ordo ab eo inuentus, 450. Est nullo modo nec ciuiliter nec Christianè habilis ad Coronam Galliæ, 451. non magis habilis quàm Turca, 462. quàm Iudas, 563.564.574.739. Omnia in orbe iura & leges repellunt eum, 452.492.493.494. leges Imperiales, 454.455. per quas est *hæreticus infamis*, & ab omni officio excluſus, 456.457. leges pontificum, 458. per quas Christiani tenentur ei non obedire, 458.459. leges Conciliorũ, 459.460. Scripturæ noui testamenti fusè, à pag. 463. ad 468. Scripturæ testamenti veteris, 468.469. Consensus patrum primitiuæ ecclesiæ, idque per scripturas, à pag. 470. vsque ad 478. Est nulla conditione admittendus rex, 478. erit carnifex Nobilium Galliæ, 487.488. Afferet vltimam ruinam Galliæ, 491. 492.573. per D. Remigium repellitur à regno tanquam alter Iudas, 562. 563. repellendus exemplo hæreticorum qui Catholicum regem

regem ferre nolunt, 568. 569. Non est Catholicus qui ei fauet, 570. Quiuis Christianus habet melius ius in regno Galliæ quàm Nauarr. 573. De libertate religionis quam concedit, Vide in *Libertas religionis.*

Nauarræus an hæreticus relapsus, 663.664. Euidentia Catholicæ veritatis ad eam fuit conuersus, 671. 672. probatur euidenter literis Cardinalis Borbonij, 673.674. literis ipsius Nauarræi, 675. eius edictis pro fide Catholica, 676.677. eius actionibus Catholicis, 678. Conclusio eum esse *hæreticum relapsum*, ideoque regio honore inter Christianos indignum, 681.682. à quo prohibetur legibus ciuilibus, ecclesiasticis, & omni ratione, 682.683.684.685.

Nauarræo iuranti nunquam est credendum, 686.687. profitetur se non seruaturum fidem datam Catholicis, 716. nec per doctrinam suam potest, 717.718.719. Actionum eius perfidiosissimarum exempla, 720.721.722.723. Sacrilegus Baltazare peior, 722. Certa via de eius promissis iudicandi, 725. Stultissimum est Catholicis ei credere, 726. cui ipsi Caluinistæ diffidunt, 727. Conclusio de eo vera & notanda, 732. hostibus Galliæ optandum vt rex fiat, 736. est publicus Dei hostis omniumque Galliæ Ordinum, 738.739. Intendit spolium ecclesiæ Gallicanæ, 799. quod iamdudum præstitit Biernæ, Ibid. eius Paganicum factum contra crucem Christi, 800. quid significat, 801. In ciuitatibus Galliæ sub eo rege omnia peruertentur, 802. euertet ecclesias, 803. spoliabit ciues, Ibid. & 810.811.

Nobilitas ciuilis nulla, sine vera virtute, 750.751. nec *Christiana*, sine fide Catholica, 751.752.448.449. hæresis facit ignobilem, 449. hæresis ferre non potest veterem Nobilitatem pag. 792.

O.

Octauianus Cæsar vetuit se vocari Dominum, 30.

Opera bona omnia sunt Protestantibus peccata, 232. 233. (excepta re *Venerea*) Deus nihil ea curat, pag. 233. 234.255. doctrina Protestantium in hoc est nequior Paganica, 236.237.240.&c. Tollit è mundo Dei prouidentiam & Deum ipsum, 238.249. euertit respub. 239. tollit Dei iudicium extremum, 254. 255. directè aduersatur Christo, 255. condemnat Christi iudicium summæ iniustitiæ. 258.259.

Ordo in repub. necessarius, 7.

Ordinis S. *Michaelis* articuli, 448.

P.

PAgani & Indæi reliquijs Sanctorũ infestissimi, 335. Hugonotæ infestiores, 355, 356. 357. Pagani Protestãtibus meliores in sacrificio, 201. in eo quòd duxerunt religionem suam à Dijs, vt Lycurgus, Numa, &c. 182. ita quoque Mahometes, 183. Techellis, & Sophus Persa, 183. 184. ad imitationem Moysis, 184. Lutherus fatetur suum Euangelium venisse à Satana, 185. & Zuinglius suum, 186. Pagani & Turcæ habent professionem castitatis, 187. 188. Puniunt votifragos, 188. Protestantium Ministrorum libido immensa, 189. 190. 321. 322. Omnes eorum sectarij maximè libidinosi, 189. 190. 262. Viuunt vt bestiæ, & Athei, 191. Longè deteriores Turcis, Ibid.

Paganismus propiùs accedit ad Christianismum quàm Caluinismus, 313. 314. 315. Probatur ex particulari vtriusque comparatione. 316. 317. 318. 319. 320.

Parlamenti Parisiensis magna olim existimatio, 339. 340.

Petri maxima potestas in Testamento nouo, 518. 519. per eum ecclesia est fundata, 519. 520. 521.

Poloniæ maximum periculum à Caluinistis, 270. 271.

Populi liberi & seruilia differentia, 29. 30. 91.

Pontificis Rom. Alexandri summa æquitas & constãtia, 549.

Penes Pontifices in lege Moysis erat supremum iudicium controuersiarum de lege, 469. 509. 510. 511. cui rex subijciebatur, 468. 469. 509. Omnes à Lege Apostatæ eorum iudicio damnabantur ad mortem, 510. 511. Reges illud recusantes terribilius plectebantur, 513. 514. 515. Azarias rex depositus, & Athalia regina occisa ex præscripto Pontificum, 516. 517.

Prophetarum authoritas in reges impios, 512. quàm liberè in eos inuehuntur, 505. 506. 507.

Protestantes impudenter damnant totam ecclesiam primitiuam in doctrina de sacrificio, 196. de sacrificio & oratione pro defunctis, 197. 198. de satisfactione, 216. de quadragesima, & coniugio sacerdotum, 216. de B. Trinitate, Ibid. Veteres hæreses renouarunt, 250. 251. Vide Caluinistæ, Hugonotæ, Pagani, Sacrificium, Deus & opera

Protestantium dissensiones certum argumentum falsitatis, 192. 193. eorum sectæ plusquam ducentæ, 193.

R.

REgiminis diuersa ratio apud diuersos populos vnde venit. pag. 8. 9.

Reipub. apud omnes populos fines tres 1. vita ciuilis in pace 2. cum

ce 2. cum virtute,113.114.115. 3. & religione Deique cultu,qui semper vbique cum sacrificio iunctus fuit, 115. 116.117.118. Sine quo nulla est vera iustitia,nec societas inter homines, 118.hæc omnia Christus aprobauit, 120.
Respub. contra regem impium vel negligentem potest prouidere sibi,28.29.30.31.32. potest quam velit regiminis formam assumere,23.eius potestas est supra reges,33.104.
Regia potestas venit à populo,9.10. Eius instituendæ causa, 37. multis modis apud alios laxatur, apud alios restringitur,Romæ,Lacedæmoni, 10.38.39. apud Molucchas & Indos,11. apud Polonos,Danos,&c. 12. diuersi modi regibus defunctis alios substituendi, 12.13.
De quibus regibus hîc agatur,9. regnum splendor,498. honor eis debetur. Ibid. regi suprema reipub. regendæ authoritas data,sed limitata. 28.29.
Regius principatus cæteris melior,26. antiquior, 35.36,37. facilis lapsus à regno ad tyrannidem, 26.27.
Regum filij maiores natu non semper aut necessariò succedunt patrib.in Anglia,13.nec in Hispania,14.nec in in Gallia, 15. 89. 90. Spurij aliquando facti sunt reges Galliæ, pag. 15.16.
Regum successio habet vnà adiunctam electionem quãdam, 48.50. maximè inGallia,46.47.51.52.53. vsque ad 59.74. 75.76. in Germania antiquitus, 59.60.
Regibus succedentibus, ante coronationem quale ius regni competit, 58.63.
Reges Christiani multi facti à Pontifice, 528. Imperator Occidentis, 528.529.530.531. orbe Christiano approbante, 531. Imperatoriæ successionis leges à Pontifice positæ, 532. Rex Hungariæ,533. reges Siciliæ, & Neapolis, & Portugalliæ, 533.534.
Reges *Poloniæ* & *Bohemiæ* facti ab Imperatore, 535.
Reges quò magis legibus astricti,eò meliores, 41.43.44. eorum potestas est finita, 28. 29. 503. 504. & sic maximè laudabilis, 507. 508. habent sibi circundata vincula vel aurea vel ferrea, 615.
De regibus supra respublicas sordida quorundam opinio, 21. 22.23. duo errores circa potestatem regiam, 18. regibus etiam nequissimis infinita potestas tributa,23.24.25. hæc opinio euertit respublicas, 27.ad 33.
Rex Christianus omnium in regno suo bonorum propriè non est Dominus,91.ad 97. non potest sua sola voluntate tributum nouum imponere subditis. 93.94.
Regis & *Tyranni* differentia,29.437. regis Christiani & Pagani com-

ni comparatio, 141.142.
Reges *Europæ* omnes ad regendum iuxta ecclesiæ & reip. suæ leges alligati,45.143.144.145. Imperator Germaniæ,45. 46. Rex Galliæ,47.62.63. Rex Angliæ,48. Rex Poloniæ, 49.50. Horum singulatim iuramenta & modum inaugurandi, vide ibid. Rex Hispaniæ,64.65. eius iuramentum,66. non est plenè rex ante coronationem, 534.
Regia *potestas* apud Christianos regibus confertur per episcopos,47.48.49.51.53.60.61.62.66. Maximè ordinatur ad præsidium ecclesiæ,600. regalis gladij vsus,47. regalis gladius est ecclesiasticus,55. In quo omnia Christiana regna conueniunt, 67.
Regum *vnctio* quid significat,534.535. Illis contra ecclesiam præcipientibus non est obediendum, 130.131.
Rex *hæreticus* ab optimis episcopis maximè contemptus, à D:Hilario,499.500. à Babyla martyre,501. Est quouis cane vilior D.Chrysostomo,ibid. Athanasio,502.à Lucifero 503.504. exemplo omnium Prophetarum,505.506.507. caret authoritate in Catholicos. 559.560.
Reges *quoad ecclesiastica* subijciuntur episcopis, 121. 122.123. 124.137.138.499.524.525. 526. 541. 615. Non debent tractare ecclesiastica,122.123.124. Debent promulgare & rata facere decreta episcoporum, 125.126.127.128.129. hæreticos ab episcopis damnatos ex ecclesijs eijcere, 126. prouidere vt definita in Concilijs nunquam in quæstionē deinceps vocentur.126.127. Libros hæreticos abolere, 127. prohibere hæreticorum conuenticula,Ibid.leges suas conformare ad sacros Canones, 128.129. ecclesiam in fideChristiana propaganda iuuare, 137.139.In hoc proprie cōsistit regū christianorū officiū 136.137.138.525.526.ad id præstandū varijs modis obligātur,139. hoc officiū peruertens aut transgrediens rex Christianus,ius suum regale perdit,140.141. sempérque pro tyranno habitus est: vt Constantius.132.133. & alij, Ibid. Vide *Tyrannus*.
Rex *hæreticus* omnium mortalium nequissimus,132. antiqui patres quàm liberè in talem inuehuntur, 132.133.500. 501.502.503.504.505. iuxta scripturas est interficiendus, 471. non potest esse rex Christianorum,Ibid. nec testis in iudicio contra Catholicum,471.472. cum eo Christianus nullum debet habere commercium, 472.473.474.475. qualis sit iudicio ecclesiæ primitiuę,475.476.477.infestior religioni Catholicæ quàm Turca,572. per hæresim è rege fit priuatus,612.614.vsurpans sacerdotalem statim perdit regalem, Ibid. nulla ei obedientia debetur, 571.609. maximè,

maximè, contra sententiam ecclesiæ. 515.
Reges à subditis depositi in Anglia, 69.70. in Hispania, 70. in Gallia, 71.73.74.75.76. in Polonia, 78. 81. in Suecia, 83. in Dania, Ibid. Regum omnium in Europa ius ex eo pendet, quod rex tyrannicus potest per populum deponi, pag. 82.
Reges armis subditorum iustè coacti in ordinem in Anglia, 85.86. in Gallia, 86.87.88.
Regem fieri *Caput ecclesiæ* (vt in Anglia) est omnium hæresum seges, & quare, 158.159.
Reges excommunicati & depositi: Philippus Galliæ, 538. 539. Iohannes Angliæ, 542. Duo reges Scotiæ: Frechardi, 543. Sanctius rex Portugalliæ, 544. 545. Boleslaus Poloniæ, 545. 546. Fridericus Imperator Germaniæ, 547. 548. Orbe Christiano, ipsâque ecclesia Græca Pontificum sententiam approbante. 548. 549. Optimi fuerunt illi Pontifices qui ita reges & Imperatores deposuerunt, quod sigillatim ostenditur, 551. 552. 553. 554. 555. Nauarræi cum illis regibus ita depositis comparatio, & quod longe magis deponi meretur. 564.565.566.567. Reges hæreticos per pontifices deponi posse est fides Catholica, 555.556.
Reges hæretici quicquid promittunt & iurant, sunt tamen natura hæresis Catholicis infesti & infidi, 730.731.
D. *Remigij* mandatum de excommunicando & abijciendo Nauarræo. 561.562.573.
Rhemensis archiepiscopi authoritas in Gallorum rege creando, 53.54.55.562.563. est præter regis Galliæ, 562.
Rochellenses diffidunt regi Nauarr. 727.728. & principi Condæo, 728. Tumultus Rochellæ de eo in vrbem recipiendo, pag. 729.
Romani Tarquinium regem iustè abiecerunt, 38.39. cum eo abiecta est authoritas regia, Ibid. Romanorum etiam Paganorum magna religio. 116. fortitudo & virtus. 830.

S.

Sacrificio omnes in orbe nationes & sectæ Deum coluerunt 116.117.118. præter Epicurum, 118. & Protestantes, 199. 200. sacrificium in lege naturæ, 195. apud omnes gentes, Ibid. apud omnes Christianos à Christi temporibus iuxta Protestantium confessionē. 196.197.199. qui etiam sacrificarunt pro defunctis, 198.
Gentilium error in modo colendi Dei, & sacrificandi, correctus à Christo, 120.

Turcæ

Turcæ *sacrificant & orant* pro defunctis, pag.201.202. Idem fecerunt veteres Iudæi in lege Moysis,pag.202.203. Orant item Iudæi nostri temporis,204. & veteres Pagani. Ibid. Duæ causæ orandi pro defunctis communes Christianis & Paganis. Primò, quia prodest animæ defuncti, 205. Secundò, quia statuit immortalitatem animæ, 206. 207. Tollere has preces est via ad tollendam immortalitatem animæ,208. Lutherus statuit animam dormire sine sensu, 208.209. plurimi Protestantes immortalitatem eius planè negant, 210. 211.212. Totáque eorum doctrina eo tendit, 212.213.214.

Sanctorum reliquiæ in primitiua ecclesia religiosè seruatæ, 334.335. quare, 336. Item sepulchra in magno honore: & quare, 365.366.377.

Saulis tyrannicum *ius* in Iudæos, 101.102.

Schisma solum damnat hominem alioqui in tota fide Catholicum. 323.

Scoti nobiles hæresis fautores quàm egregiè à ministris remunerati, 781.782.783.784.

Sepulchra Christianorum apud Turcas inuiolata, 367. sepulchrum Gottofredi Bullionij, 368.

Sixti Quinti Pontificis excommunicatio contra Nauarræum, pag.575.

Sleidani mendacia, 229.

Sola fides cardo Protestantici Euangelij, 231. 232, per eam Protestantes faciunt se pares B.virgini, ipsíque Christo, 247.248.

Subditus non tenetur obedire regi nisi iuxta leges imperanti, 50.67.68. nec alias iuramentum eum obligat. pag.68.69. 72.73.

Subditos contra reges suos pro fide arma sumere posse est fides Caluinistarum,568. Bezæ & est verum, 608. 609. lex Dei ita iubet, 610. populus peccat obediens regi hæretico, 611.

Subditos contra regem hæreticum recte bellare probatur exemplo Germanorum,616.617. tota historia Machabæorum, 618.619.620.621. 622.623. Vide *Antiochus*. Antiquiores Iudæi eadem de causa iustè rebellant contra regem Ioramum idololatram, 624.625. & Amasiam regem interficiunt, 626. Scripturæ probant istiusmodi subditorum bella, & antiqui patres sic scripturas exponunt, 627,628. 629. Sacerdotes & monachi vi resistunt Basilisco hæretico Imperatori,pag.634. Idem faciunt Constantinopolitani contra Anastasium,636. Monachis iuuantibus, & vi Impera-

vi Imperatoris duces frænantibus,637.638.639.640. Deo eorum factum approbante, 640.641. Latinæ Ecclesiæ fides & praxis cum Græca consentit, 642. in Germania contra Othonem & VVenceslaum, 642.643. in Francorum motu contra *Ludouicum Iuniorem* propter vnicum actum sacrilegum, 644.645. Hoc modò posse pro fide bellare contra reges impios,est omnium subditorum ius à Deo ipso positum,646.647.648.649. Ecclesia idem statuit,fundans se in iure diuino, 649.650.
Caluiniana synagoga idem docuit vsque ad annum 1585. 650. Hac in re Caluinianæ doctrinæ summa, 651. subditum rectè bellare contra impium regem, Ibid. non obstante iuramento,651. Rex à populo potest deponi, 652. Idque in multis rebuspub. iure factum est, 652.653. & fieri posse scriptura probat.653. mutua obligatio regis & populi, 654. Lutheranorum eadem est cum Caluinistis hac in re fides, 654.655.
Stephanus Poloniæ rex, 272.
Successor quis sit, 59.
Synagoga Iudæorum figura ecclesiæ. 509.

T.

TEridatis assentoria ad Neronem oratio, 24.
Tiberius tyrannus, 287.288.
Truchsesius pseudoepiscopus Colonienſis,452. eius multiplex periurium, 697.698.699.700.
Apud Turcas,quoad diuina,Imperator subest pontifici, 138. Turcæ de extremo iudicio melius credunt quam Protestantes, 252.259.
Tyrannus est qui contra populi voluntatem regnum inuadit.17.18.64. Tyranni & regis differentia ex Iosepho & veteri testamento,101.102.103. Tyrannus verus diligẽter distinguendus, 111.112. ex finibus reipub. Vide *Respub.* Tyranni discernendi notæ, 171.172.
Tyranni nomen omnibus odiosissimum, 107.108. *Henricus* VIII. Angliæ tyrannus lege prohibuit se vocari tyrannum,108. descriptio tyranni,Ibid.Hæretici optimos reges vocant tyrannos, 109.110.111.
Tyrannus triplex. 1. quoad bona, 143. 2. qui contra leges reipub. dominatur, 144. 145. & publicam honestatem corrumpit,146. Exempla talium tyrannorum, Ibid. tertius reliquis execrabilior, qui Christianus fidem Christianam regia potentia impugnat,153.154.155.173. Omnis rex hæreticus est necessariò tyrannus in hoc tertio genere,

nere, 156. Tyrannorum tertij generis exempla, 157.
Tyranni apud Christianos maximè sunt hæretici reges, hostes ecclesiæ: vt Constantius Arrianus Imperator, 132. Iulianus Apostata, & Valens Arrianus, 133. Constantius Copronymus, 134. Henricus VIII. Anglus, 135. Henricus Valesius. Vide *Henricus*.
Tyranni multi occisi apud Hebræos, 108.
Tyranni Galliæ cæsi à suis, 62.63. Decretum Concilij Toletani contra regem tyrannum, 65.
Tyrannus Cambaiæ, 267.268.

V.

VAlentis Imper. Arriani contra Christianos immanitas, pag. 133.134.
Victoriæ Catholicorum de hostibus, 829.830.

Z.

ZAleuci seueritas, 115.
Zuinglius in Euangelismo suo instructus à dæmone, 186.
quàm fuit libidinosus. Ibid.

FINIS.

HVnc librum de religione Catholica præclarè tractantem, dignum iudico qui hoc tempore ab omnibus orthodoxæ fidei zelatoribus legatur, ac proinde in vsum reipub. Christianæ recudatur. Actum Antuerp. 16. Octob. 1591.

Ita est D. Henricus Sibertus Dunghius, S. T. Doct. Canon. Cathed. Ecclesiæ Beatæ Mariæ Virginis Librorumque Censor.


Idem attestor hac 3. die Decemb. anno 1591.

Siluester Pardo S. Theol. Licent. Cathed. Eccl. Antuerp. Can. Librorumque Censor.

Idem & ego attestor infrascriptus Librorum Censor 3. Decemb. 1591.


Michael Hetsroey Bruegelius Canon. Beatæ Mariæ Antuerpiens.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

